C statimque ei oculi effossi sunt, cum nihil ei opis attulissent archiepiscopi, qui missi fuerant ad reddendam rationem cur nihil ei esset patiendum. Erant hi Chalcedonis archiepiscopus et Heracleæ, et Coloniæ Theophilus, quibus etiam in memoriam redegit jusjurandum et justam Dei indignationem. Ipsi vero quamvis opitulari instituissent, ægre id facere et cum difficultate haud poterant, cum crudeles et impii homines ipsi correpto oculos sine ulla commiseratione effodissent ac sine ulla humanitate. Perductus autem vili jumento usque ad Propontidem, veluti putridum cadaver, cui oculi essent effossi, caput et os inflatum, vermibus plenum et fœtore, cum paucis diebus supervixisset, miserabiliter et ante obitum male olens excessit e vita,
D in **705** Prota insula cinerem deponens; ubi novum ille monasterium ædificarat, ab uxore sua et Augusta sumptuose curatus ac sepultus, relicta miseriarum et calamitatum, quas sustinuit, et infortuniorum exsuperantium omnia quæcunque antea audita fuerint memoria. In talibus autem ac tot malis nullum maledictum protulit, neque aliquid nefarii locutus est, sed Deo gratias agere perseverabat et casus æquo animo ferre. Dicuntur autem quæ contra ipsum facta sunt insciente et invito imperatore Michaele facta, ut postea ipse jurejurando adhibito asseverabat, Cæsare hæc clam et occulte administrante ac perficiente. Hic imperator episcopatum Nazianzi ad jura metropolitana perduxit·

Imperavit usque ad id tempus quo captus est, annos tres, menses octo.

A ὁμενος. Νόστου δὲ εὐθὺς μιμνήσκεται ὁ Ἀνδρόνικος, καὶ τὸν Διογένην μεθ' ἑαυτοῦ ἑφελκόμενος μελανειμονοῦντα, ἐν ευτελεῖ ὑποζυγίῳ ὀχούμενον, δι' ἐκείνων τῶν κωμῶν καὶ τῶν χωρῶν (30) αἷς τὸ πρὶν ἰσόθεος ἐγνωρίζετο. Μέχρι δὲ τοῦ Κοτυαείου τὴν ὁδοιπορίαν ὀδυνηρῶς ποιησάμενος (ἦν γὰρ νοσηλευόμενος ἀπὸ κοιλιακῆς διαθέσεως ἐκ κωνείου προποθέντος αὐτῷ ἐξ ἐπιβουλῆς ἐπιγενομένης) ἐκεῖσε δὲ κατεσχέθη, ἄχρις ἂν ἐκ βασιλέως τὸ ποιητέον αὐτῷ ὁρισθῇ. Ἀλλ' ἦκεν ἡμέραις ὕστερον ἡ κατὰ τοῦ μάτην δυστυχοῦντος ἀπόφασις διοριζομένη τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ διορυγῆναι. Οὓς καὶ παραυτίκα ἐξορύττεται, τῶν ἀρχιερέων (31) τῶν ἐπὶ τῷ δοῦναι λόγον ἀπαθείας ἐσταλμένων μηδ' ὅλως ἐπαρηξάντων αὐτῷ· οἵτινες ἦσαν ὅ τε Χαλκηδόνος, ὁ Ἡρακλείας καὶ ὁ Κολωνείας Θεόφιλος, οὓς καὶ τῶν ὅρκων ὑπεμίμνησκε καὶ τῶν ἐκ τοῦ Θείου νεμέσεων. Οἱ δὲ καίπερ βοηθῆσαι προαιρούμενοι ἀσθενῶς εἶχον καὶ ἀδυνάτως, ἀνδρῶν ὠμηστῶν καὶ ἀπηνῶν ἁναρπασάντων αὐτὸν, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ ἐξορυξάντων ἀνηλεῶς καὶ ἀφιλανθρώπως· Προαχθεὶς ἐν εὐτελεῖ τῷ ὑποζυγίῳ μέχρι τῆς Ἱροποντίδος ὥσπερ πτῶμα σεσηπὸς, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἔχων ἐξορωρυγμένους, τὴν δὲ κεφαλὴν *καὶ* τὸ πρόσωπον ἐξῳδηκὸς, σκωλήκων βρύον καὶ δυσωδίας, ἡμέρας ὀλίγας ἐπιβιοὺς ἐπωδύνως, καὶ πρὸ τῆς τελευτῆς ὁδωδὼς ἀπολείπει τὸν βίον, τῇ νήσῳ Πρώτῃ τὸν χοῦν ἀποθέμενος, [P. 845] ἔνθα νέον ἐκεῖνος ἐδείματο φροντιστήριον, κηδευθεὶς πολυτελῶς παρὰ τῆς ὁμευνέτιδος καὶ βασιλίδος Εὐδοκίας, μνήμην καταλιπὼν πειρασμῶν καὶ δυστυχημάτων ὑπερβαινόντων ἀκρόασιν. Ἐπὶ δὲ τοῖς τοσούτοις καὶ τηλικούτοις κακοῖς οὐδὲν βλάσφημον ἢ ἀπόφημον (32) ἐφθέγξατο· εὐχαριστῶν δὲ διετέλει, φέρων εὐμαρῶς τὰ προσπίπτοντα. Λέγεται δὲ τὰ κατ' αὐτοῦ πραχθέντα γνώμης ἄτερ γενέσθαι τοῦ βασιλέως Μιχαὴλ, ὡς ὕστερον αὐτός ἐνωμότως διισχυρίζετο, τοῦ Καίσαρος ὑπὸ σκότῳ καὶ ἀφανείᾳ ταῦτα τελεσιουργοῦντος καὶ διαπραττομένου. Οὗτος ὁ βασιλεὺς καὶ τὴν ἐπισκοπὴν Ναζιανζοῦ εἰς μητροπολικὸν διεβίβασε δίκαιον. Ἐβασίλευσε δὲ ἄχρι τῆς αἰχμαλωσίας αὐτοῦ ἔτη τρία καὶ μῆνας ὀκτώ.

Michael autem hac ratione adeptus imperium, et moderatus vir videbatur et senex inter juvenes propter imbecillitatem et demissionem ac mollitiem, et idcirco adjunxerat sibi Joannem Sidæ metropolitam ad rem publicam gubernandam, eunuchum natura, sed strennum et solertem, primum præsidem protosyncellorum, virum omnibus bonis ornatum; ex quo imperatoris vitium, quod dissolutæ vitæ attribuebatur et mollitiei, ut ita dixerim, muliebri ad gubernandam rem publicam, et inertiam hujus mores et ad hæc dexteritas et studium adornabat et corrigebat. Verum cum hoc tritico etiam zizanium mistum fuerat. Erat **706** enim eunuchus quidam nomine Nicephorus, quem diminuentes Nicephoritzem appellabant, a Bucellariis oriundus, peritus et doctus in excogitandis perturbationibus et consuendis dolis atque excitandis tempestatibus et procellis tranquillo tempore; qui cum patri Michaelis minister fuisset a secretis, ubi compertus est manifesto seditiosus et calumniator et malorum egregius commentator, quique imperatori adversus imperatricem adulterii crimen insusurraverat, invidia simul ei opitulante, dux autem Antiochiæ de-

B Διαδεξάμενος δὲ τὴν βασιλείαν τοῦτον τὸν τρόπον ὁ Μιχαὴλ ἐπιεικής τε ἐδόκει καὶ γέρων ἐν νέοις διὰ τὸ παρειμένον καὶ ἀναπεπτωκὸς καὶ ἁπαλόν. Προσελάβετο δὲ διὰ τοῦτο Ἰωάννην τὸν Σίδης μητροπολίτην εἰς τὸ τὰ κοινὰ διοικεῖν, εὐνοῦχον μὲν τὴν φύσιν, δραστήριον δὲ καὶ ἀμφιδέξιον, πρωτοπρόεδρον τῶν πρωτοσυγκέλλων τυγχάνοντα, ἄνδρα πᾶσι τοῖς ἀγαθοῖς σεμνυνόμενον· ὅθεν τὸ τοῦ βασιλέως ἔκλυτον καὶ περὶ τὸ διοικεῖν τὰ κοινὰ, ὡς εἰπεῖν, θῆλυ καὶ ἀναπεπτωκὸς καὶ ἀδέξιον ὁ τούτου τρόπος καὶ ἡ περὶ ταῦτα ἐντρέχεια καὶ σπουδὴ ἐπεκόσμει τε καὶ κατήρτυε. Ἁρεμίγη δὲ τῷ σίτῳ τούτῳ καὶ ζιζάνιον. Ἦν γάρ τις εὐνουγος Νικηφόρος ὄνομα, ὃν ὑποκορίζοντες Νικηφορίτζην (33) ὠνόμαζον, ἐκ Βουκελλαρίων ἕλκων τὸ γένος, δεινὸς ἐπινοῆσαι συγχύσεις καὶ ῥάψαι πράγματα καὶ τρικυμίας ἐγεῖραι ἐν γαλήνῃ καὶ ἀκαταστασίας ἐν καταστάσει ἐπενεγκεῖν, ὡς εἰς τάξιν σεκρεταρίου (34) τῷ πατρὶ τοῦ Μιχαὴλ ὑπηρετησάμενος, ἐπεὶ σκαιὸς καὶ διαβολεὺς ἐφάνη καὶ σοφιστὴς τῶν κακῶν κερδαλέος, καὶ τῷ βασιλεῖ κατὰ τῆς βασιλίδος μοιχείας ἔγκλημα ὑποψιθυρίσας, φθόνῳ τοῦ συνεξυπηρετουμένου. Δοὺξ δὲ Ἀντιοχείας ἀναδειχθεὶς καὶ ἅπαξ καὶ δεύτερον μυρίων ὀχλήσεων καὶ ταραχῶν

JACOBI GOARI NOTÆ.

(30) Expono *per illos vicos et urbes iter habebat.* Χώρα enim modernis dicitur *urbs.*

(31) Mihi verba sonant : *Nihil opitulantibus, qui ad salutis incolumitatisque ejus pollicitum obtinendum missi fuerant, pontificibus.*

(32) Summa deploratis in rebus infortunati principis laus, quod tragicis querelis repudiatis et elegiaco sermone a Græcis adversa sorte jactatis frequenter usurpato, ad divinæ Providentiæ decreta, non dicam laudanda, sed excipienda se converterit, Τὸ εὐχαριστεῖν enim *contentum esse* dicunt moderni, sicut et εὐχαριστημένον *cui abunde satisfactum est;* quamvis qui calamitatibus oppressus Deum in animum revocat, frequenter ad eum vocibus his suspiret, δόξα σοι, ὁ Θεός ac proinde εὐχαριστεῖν manifeste percipiatur.

(33) Diminutivorum genus unum est apud modernos quale cernitur in hac voce Νικηφορίτζης vice Νικηφόρος Cedrenus similes habet Θεοφιλίτζην, Διακονίτζην, etc. aliud terminatur in ακιος : sic ille Βασιλάκιος cujus nomen Βασίλειος. Tertium ex voce πῶλος et quacunque altera componitur : sic Κομητόπωλον sive Κομητόπουλον scripsit Cedrenus, et auctor seq. p. 852 Λογγιβαρδόπουλον *Lombardi filium*, seu etiam ita dicam, *Lombardulum.*

(34) Quem Meursius eumdem vult ac τὸν ἀσηκρητις, qui *judex* frequentius censetur. At cum hic τῷ πατρὶ τοῦ Μιχαὴλ ὑπηρετησάμενος describatur, principis potius minister *a secretis*, quam judex cujus opera populo impenditur, renuntiandus est.

τῇ Συρίᾳ γέγονεν αἴτιος. Ὅμως δ' οὖν κατηγορηθεὶς, A
συλληφθεὶς ἐκεῖσε, τῇ τοῦ θέματος φρουρᾷ παραδί-
δοται· καὶ ἦν ἔμφρουρος ἐπὶ χρόνον τινὰ ὁ πρὶν
περίδοξος γνωριζόμενος. Ἀναῤῥυσθεὶς δὲ τῇ τοῦ
Διογένους ἀναγορεύσει καὶ εἰς νῆσόν τινα ἐξορισθεὶς,
ὑποσχέσει χρημάτων δικαστὴς Ἑλλάδος καὶ Ἑλλη-
σπόντου προβέβληται, καὶ τὰ κατ' ἐκείνην ἦν διοικῶν.
Τοῦτον ἐπὶ κακῷ τῶν Ῥωμαίων ὁ βασιλεὺς Μιχαὴλ
μεταπεμψάμενος εἰς τὴν τῶν κοινῶν διοίκησιν κατ-
εστήσατο, [P. 846] λογοθέτην αὐτὸν προβαλόμενος.
Καὶ γίνεται ὁ βασιλεὺς ἁλώσιμος ταῖς αὐτοῦ τερα-
τείαις καὶ μαγγανείαις οἷα μὴ εὐμοιρῶν φρονήμα-
τος ἀνδρείου καὶ σταθηροῦ· διὸ καὶ ἐξωθεῖται μὲν
ὁ Σίδης, πάντα δὲ αὐτὸς εἰς ἑαυτὸν ἀναδέχεται,
ἀθύρμασι τοῦ Μιχαὴλ καὶ παιδιαῖς παιδαριώδεσι
προσκειμένου, τοῦ ὑπάτου τῶν φιλοσόφων Κωνστα- B
τίνου τοῦ Ψελλοῦ πρὸς ἅπαν ἔργον ἀδέξιον αὐτὸν καὶ
ἄπρακτον ἀπεργασαμένου. Παραγκωνίζεται δὲ καὶ
τὸν τοῦ βασιλεύοντος θεῖον Ἰωάννην τὸν Καίσαρα, καὶ
τῷ ἀνεψιῷ καὶ βασιλεῖ ὕποπτον ἀπεργάζεται. Καὶ πάν-
τας ἁπλῶς τοὺς οἰκειοτάτους ὡς πολεμιωτάτους συκο-
φαντεῖ, καὶ πάντων ἀποξενοῖ τὴν τοῦ βασιλέως διά-
θεσιν, ὅλον τε τὸν μειρακίσκον ὑποποιεῖται ἄνακτα.
Κἀκεῖνο πᾶσι βασιλικὸν ἐνομίζετο πρόσταγμα, ὃ τῷ
μηχανορράφῳ τούτῳ ἐδόκει. Ἐντεῦθεν κατηγορίαι
καὶ ἀπαιτήσεις ἀθώων καὶ ἀκατακρίτων ἀνδρῶν καὶ
τίσεις ἀχρεωστήτων, καὶ κρίσις τῷ δημοσίῳ τὸ
πλέον, οὐ τῷ δικαίῳ βραβεύουσα, ἀφ' ὧν δημεύσεις
καθολικαί τε καὶ μερικαὶ κατηγορίαι συχναὶ καὶ πί-
στις εὐθὺς ἀπαραλόγιστος, καὶ τῶν πασχόντων θρῆ-
νος ἐλεεινὸς, καὶ τῶν γυμνουμένων κωκυτὸς ἀφόρη- C
τος καὶ πολύδακρυς. Ἀλλὰ τούτων οὕτω γυμνουμέ-
νων θεήλατός τις ὀργὴ τὴν Ἑῴαν κατείληφε. Τῶν
γὰρ πρὸς Διογένην εἰρηνικῶν συμφώνων ἀργῶν
μεινάντων καὶ ἀπράκτων, θυμῷ συνεχόμενοι οἱ Τοῦρ-
κοι ἐφ' οἷς, ὃν αὐτοὶ ὡς ἐχθρὸν εἰληφότες καὶ ὑπο-
χείριον πάσης κομιδῆς καὶ τιμῆς ἠξιώκασι καὶ τῇ
ἰδίᾳ ἐπικρατείᾳ αὖθις ἀποκατέστησαν, οἱ οἰκεῖοι
μανιωδῶς ὡς ἐχθρῷ προσενεχθέντες ἀσπόνδῳ, ἃ παρ'
αὐτοῖς ἐχρῆν αὐτὸν παθεῖν, οἱ γνωστοὶ καὶ συγγενεῖς
καὶ τοῖς τῆς εἰρήνης νόμοις ἀγόμενοι διαπεπράχασι
καὶ οἰκτίστῳ καὶ ἐπωδύνῳ θανάτῳ παραδεδώκασιν
(ὑπῆλγουν γὰρ αὐτῷ καὶ οἱ ἀλλότριοι διὰ τὸ πλῆθος
τῶν δεινῶν καὶ τὸ τῆς συμφορᾶς ἀπαρηγόρητον)·
ἅπαντες ἐκ Περσίδος παμπληθεῖς, ὡς μηδενὸς ὄντος
τοῦ κωλύοντος, τοῖς Ῥωμαϊκοῖς ἐπιστρατεύουσι
θέμασι, καὶ ταῦτα κατελυμήναντο, οὐ σποράδες D
ἐπιφοιτῶντες ὡς τὸ πρὶν, καὶ φυγάδες αὐτόχρημα,
μᾶλλον δὲ ὡς δεσπόται τῶν προστυχόντων κατακυ-
ριεύοντες. Ταῦτα διενωτιζόμενος ὁ βασιλεύων, συν-
αγείρων στρατόπεδον ἱκανὸν στρατηγὸν αὐτοῦ ἐφ-
ίστησι τὸν Κομνηνὸν Ἰσαάκιον. Συνίστησι δ' αὐτῷ
καὶ Ῥουσέλιον τὸν Λατῖνον μετὰ Φραγγικοῦ συντά-
γματος, εἰς τετρακοσίους Φράγγους ἀναβαίνοντος.
Ἐν τῷ Ἰκονίῳ δὲ τοῦ στρατοπέδου γενομένου παντὸς,
φιλονεικίας συμβάσης τινὸς ἀποστατεῖ τηνικαῦτα ὁ
Ῥουσέλιος προφανῶς, καὶ τοὺς Φράγγους παρελαβὼν
ἑτέραν ἐτράπετο, καὶ τὰ καθ' ἑαυτὸν τῷ ἰδίῳ ἐπιτρέπει
θελήματι. [P. 847] Ἀνελθὼν δὲ εἰς Μελιτηνὴν, Τούρ-

claratus semel atque iterum infinitarum perturbationum et seditionum Syriæ auctor fuerat; attamen accusatus et comprehensus illic in custodiam traditus fuerat, ubi aliquandiu detinebatur, prius ibi illustris cognitus. Effugiens vero quo tempore Diogenes fuit declaratus, et in quamdam insulam relegatus, pecuniarum pollicitatione judex Græciæ et Peloponnesi delectus est, et res ad eam pertinentes moderabatur. Hunc Romanorum malo Michael accersitum rei publicæ administrationi præfecit, logothetam ipsum declarans. Capiturque imperator illius præstigiis et machinationibus, utpote qui virilis mentis et stabilis expers esset. Et idcirco expellitur Sidæ præfectus, omniaque ipse ad se unum revocat, Michaele interim nugis et ludis puerilibus perpetuo vacante, cum philosophorum præstantissimus Constantinus Psellus ipsum imperatorem ad omne opus inutilem et minus idoneum **707** reddidisset. Sed et imperatoris patruum Joannem Cæsarem submovit et fratris filio ipsique imperatori suspectum effecit. Et omnes prorsus maxime familiares ut inimicissimos calumniatur, omnesque imperatoris benevolentia privat, ac totum adolescentulum sibi regem subjicit. Atque illud omnibus pro imperatoris edicto habebatur quodcunque huic machinatori videretur. Hinc accusationes et frequentes delationes eorum qui indicta causa damnarentur, et pœnæ minime debitæ, et judicium sæpius ad voluntatem vulgi quam juste prolatum. Unde bonorum publicationes tum universorum, tum singulorum, crebræ accusationes et fides statim temeraria, eorum qui patiebantur miserabilis lamentatio, et spoliatorum luctus intolerabilis et multæ lacrymæ. Verum his ita spoliatis divinitus quædam immissa ira Orientem invasit. Nam cum pacis fœdus erga Diogenem violaretur atque irritum esset, ira perciti Turci, propterea quod quem ipsi ut inimicum captum et in suam potestatem redactum omni cura et honore dignati fuerant propriumque ei imperium restituerant, sui erga ipsum furiose ut inimicum minime conciliatum se gesserant, et quæ ab ipsis illum pati oportuerat, amici et cognati in pace præsertim degentes in illum perpetraverant et miserabili ac luctuosa morte affecerant (nam externi quoque ob multitudinem calamitatum ipsius et infortunium vix consolabile summopere dolebant), e Perside **708** cum omnibus copiis profecti nullo obvio impedimento in Romanas regiones invadunt, easque vexarunt, non dispersi accedentes ut prius, et exsules statim, sed potius ut domini eorum in quæ inciderant. Hæc audiens imperator coacto idoneo exercitu ducem ei præficit Isaacium Comnenum, eique collegam tradit Ruselium Latinum cum Francica legione quadringentorum Francorum numero. Cumque Iconium pervenisset omnis exercitus, exorta quadam contentione, Ruselius aperte rebellans, secum Francos abducens, in aliam partem iter arripuit, data suis venia quo vellent abeundi. Cum vero ad

Melitenem pervenisset, in Turcos repente invadens superior evadit, et reliquam exercitus partem ad Cæsaream appellit. Comnenus quoque mediatus in hostes repente impetum facere progrediebatur nocte, quasi imparatos ipsos aggressurus : sed aliter atque opinatus fuerat ei accidit. Incidit enim in ipsos compositos et paratos, et invitus cum ipsis congressus superatur et illico capitur. Omnia quoque quæ intra vallum erant, corripiuntur, multis interfectis Romanis, vivis quibusdam captis : plures autem sibi fuga salutem quæsivere. Cumque fama ad imperatorem pervenisset, visus est tristior et dolore affectus. Non tamen omnino ab inferenda civibus injuria neque a nefariis rebus sese abstinuit, quod Nicephori monitis pareret. **709** Cum enim eo esset ingenia ut discernere non posset facile, neque ea mente esset ut vigilaret, omne quod imperabatur a Nicephoro faciebat quasi mancipium. Ex eo tempore igitur licentiam nacti Agareni Orientis regionem percurrentes non desistebant eam vexare atque vastare. Cum autem Isaacius multis sese pecuniis redemisset et pleno marsupio, statim summus dux Joannes Cæsar declaratur; qui cum transisset usque ad Dorylæum, profectus inde ulterius progressus est, et usque ad Zompi pontem pervenit. Sed antequam Sangarium transiret, advenit Resulius ex Armeniaco multo studio, et ibi castra locat. Cumque misisset Cæsar legatos tanquam ad eum qui offendisset atque peccasset, si mutato consilio se proprium dominum agnosceret, veniam et malorum oblivionem promisit. Fremente vero barbaro veluti eo qui propriis manibus et bello fidebat et suorum multitudine nitebatur, legatio re infecta et inanis rediit. Idcirco prælio de summa rerum decertandum statuit. Igitur Cæsar cum fluvium transisset, et collega ipsius Nicephorus Botaniates cum reliquo exercitu, statim prælio cum Ruselio congressus est. Non sustinentibus autem Romanis Francorum impetum, omnis exercitus in fugam vertitur, et a Ruselio Cæsur capitur aliique multi; solis Botaniates cum paucis quibusdem fugit. Ex eo tempore **710** magnus Ruselius et celebris evasit prosperi successus magnitudine, rectaque Byzantium contendens Cæsarem vinctum habebat, multis afflictum malis et fluctibus calamitatum subinde succedentium exagitatum. Ubi autem hoc quoque domesticum infortunium imperatori nuntiatum fuit et Franci adventus omnes deterruit, ingens sollicitudo et cura animos omnium occupavit et ipsius imperatoris. Ruselius igitur inde profectus, secum adductis Cæsare et Basilio Malese, qui nuper a captivitate cum Diogene liberatus fuerat, in Chrysopoli tabernaculum collocat, et ædificia quæ illic erant igne incendit. Quo facto ingentem excitavit clamorem et luctum indigenarum. Imperator autem mollire studens barbari audaciam, pollicetur ei curopalatæ honorem, et insuper ad eum mittit uxorem et liberos. Sed clam contra ipsum Turcos

A κοις περιτυχὼν ἀριστεύει, ἐξ ἐφόδου τούτοις ἐπεισπεσών. Τὸ δὲ λοιπὸν στράτευμα τῇ Καισαρέων παραβάλλει. Σκεψάμενος δὲ καὶ ὁ Κομνηνὸς τοῖς ἐναντίοις προσβαλεῖν ἐξ ἐφόδου, προῆει μὲν [ὡς] διὰ τῆς νυκτὸς, ὡς ἀπαρασκεύοις ἂν ἐπιπέσοι αὐτοῖς, τὸ δ' ἐναντίον πάσχει τῆς οἰκείας βουλῆς· ἐμπαρασκεύοις γὰρ καὶ ἡτοιμασμένοις ἐντυγχάνει αὐτοῖς· Συβρήγνυσι δὲ τούτοις καὶ μὴ βουλόμενος, καὶ ἡττᾶται εὐθὺς, καὶ αὐτίκα αἰχμάλωτος γίνεται. Ἁλίσκεται δὲ καὶ τὰ ἐν τῷ χάρακι ἅπαντα, πολλῶν μὲν Ῥωμαίων πεσόντων, ζωγρίᾳ δὲ ληφθέντων τινῶν. πλειόνων δὲ τὴν σωτηρίαν εὑραμένων φυγῇ. Τῆς δὲ φήμης τὸν βασιλέα καταλαβούσης ἔδοξε μέν τι σκυθρωπὸν παθεῖν, οὐ μὴν δὲ παντάπασι τῶν πολιτικῶν ἀδικημάτων καὶ τῶν κοσμικῶν ἀπέσχετο ταῖς τοῦ Νικηφόρου ὑποθημοσύναις· μὴ ἔχων γὰρ φύσιν διαγνω-
B στικὴν καὶ ξῖν διακριτικὴν καὶ ἐγρηγορυῖαν, πᾶν τὸ προστατ τόμενον παρὰ τοῦ Νικηφόρου ἐποίει ὥσπερ ἀνδράποδον. Ἔκτοτε οὖν ἀδείας λαβόμενοι οἱ τὴν Ἐφὰν κατατρέχοντες Ἀγαρηνοὶ οὐκ ἐπαύοντο καθ' ἑκάστην κεραΐζοντες καὶ ταύτην καταλυμαινόμενοι. Ἀλλαξαμένου δὲ τοῦ Ἰσακίου τὴν αἰχμαλωσίαν χρημάτων πολλῶν καὶ βαλαντίου ἀδροῦ, αὖθις στρατηγὸς αὐτοκράτωρ ὁ Καῖσαρ Ἰωάννης προχειρίζεται, ὃς διαπεραιωθοὶς καὶ μέχρι τοῦ Δορυλαίου προϊὼν ἄρας ἐκεῖθεν ποῤῥωτέρω πεπόρευται, καὶ μέχρι τῆς γεφύρας τοῦ Ζόμπου κατέλαβε. Πρὸ δὲ τοῦ περαιωθῆναι τὸν Σαγγάριον ἀφικνεῖται ὁ Ῥουσέλης ἐκ τοῦ Ἀρμενιακοῦ σπουδῇ πολλῇ καὶ στρατοπεδείαν ἐκεῖσε πήγνυσι. Πέμψας
C δ' ὁ Καῖσαρ ὡς καθὰ προσκρούσαντι καὶ ἐξαμαρτόντι, εἰ γνωσιμαχήσοι καὶ τὸν οἰκεῖον ἐπιγνοίη δεσπότην, συμπάθειαν καὶ ἀμνηστίαν κακῶν ἐπηγγέλλετο. Φρυαξαμένου δὲ τοῦ Βαρβάρου οἷα ἐπὶ ταῖς ἰδίαις χερσὶ καὶ τῷ πολέμῳ θαῤῥοῦντος καὶ τῷ πλήθει τῶν σὺν αὐτῷ ἐρειδομένου, ἄπρακτος ἡ πρεσβεία ἐδείχθη καὶ κενή· διὸ καὶ πολέμῳ κριθῆναι τὸ πᾶν ἔδοξε. Διαβὰς οὖν τὸν ποταμὸν ὁ Καῖσαρ καὶ ὁ συστράτηγος αὐτοῦ Νικηφόρος ὁ Βοτανειάτης μετὰ τῆς λοιπῆς πληθύος αὐτίκα πρὸς πόλεμον τῷ Ῥουσελίῳ προσέβαλε Μὴ ἐνεγκόντων
D δὲ τῶν Ῥωμαίων τὴν τῶν Φράγγων ἐπίθεσιν, φυγὴ γίνεται παντὸς τοῦ στρατοῦ, καὶ ἁλώσιμος ὁ Καῖσαρ τῷ Ῥουσελίῳ καθίσταται καὶ ἄλλοι πολλοὶ, τοῦ Βοτανειάτου μόνου φυγόντος σὺν ὀλίγοις τισίν. Ἐγεγόνει τοίνυν ὁ Ῥουσέλιος ἐκ τούτου μέγας καὶ διαβόητος τῷ μεγέθει τοῦ κατορθώματος. Χωρῶν δὲ κατευθὺ τοῦ Βυζαντίου τὸν Καίσαρα εἶχε σιδηρόδετον καὶ πολλοῖς ἀνιαροῖς ἐπαντλούμενον καὶ λυπηρῶν κύμασιν ἀλλεπαλλήλοις [P. 848] βαλλόμενον. Ὡς δὲ προσηγγέλθη καὶ τοῦτο τὸ οἰκειακὸν ἀτύχημα τῷ βασιλεῖ καὶ ἡ τοῦ Φράγγου ἐπιδημία τοὺς πάντας ἐξέπληξε, πολλή τις ἀθυμία καὶ μέριμνα κατεῖχεν αὐτόν τε καὶ τοὺς λοιποὺς ἅπαντας. Τὴν ἐξ ἐκείνου οὖν ὁδοιπορίαν διηνεκῶς ὁ Ῥουσέλιος ἐπαγόμενος μεθ' ἑαυτοῦ τόν τε Καίσαρα καὶ τὸν Μαλέσην Βασίλειον, ἄρτι τῆς σὺν τῷ Διογένει αἰχμαλωσίας ἀπολυθέντα, κατασκηνοῖ ἐν Χρυσοπόλει, καὶ ταῖς ἐκεῖσε οἰκίαις ἐνῆκε τὸ πῦρ, καὶ

πολλὴν ἐνήγειρε τοῖς ἐποίκοις τὴν βοὴν καὶ τὸν κωκυτόν. Καταμαλάξαι δὲ σπεύδων ὁ βασιλεὺς τὴν τοῦ Βαρδάρου θρασύτητα ἀξίωμά τε ὑπισχνεῖται δοῦναι αὐτῷ κουροπαλάτου, προσεπιπέμπει δὲ καὶ τὴν γυναῖκα καὶ τὰ τέκνα. Μεταπέμπεται δὲ καὶ Τούρκους κατ' αὐτοῦ λαθραίως, πολλαῖς ὑποσχέσεσι πείθων τὸν Ῥουσέλιον καταγωνίσασθαι. Ὁρῶν δὲ οὗτος ἑαυτὸν ἀσθενῆ πρὸς τοσαύτην πληθὺν, ἀπολύσας τῶν δεσμῶν τὸν Καίσαρα ἀναγορεύει βασιλέα, εὐφημίαις μεγαλοπρεπέσι καὶ διατόροις τὸ κράτος αὐτῷ συγκατεστησάμενος. Μήπω δὲ τῆς φήμης ἁπλωθείσης μηδὲ πλατυνθείσης τῆς τοῦ Καίσαρος ἀναῤῥήσεως, καὶ διὰ τοῦτο μήτε στρατιωτῶν προσχωρησάντων, ἐξαίφνης περὶ τὸ ὄρος τὸν Σόφωνα πληθὺς Τουρκικὴ παραφαίνεται, πέντε ἢ καὶ ἓξ χιλιάσιν εἰκαζομένη. Καὶ αὐτίκα ὁ Ῥουσέλιος ἐξήρτυε τὰ πρὸς πόλεμον. Ἀνέστελλον δὲ τὴν ὁρμὴν αὐτοῦ ὅ τε Καῖσαρ καί τινες τῶν ἐξοχωτέρων, ὡς ἂν διαγνοῖεν πρότερον τὴν πληθὺν ὁπόση τις εἴη τῶν φανέντων. Μὴ ἐνεγκὼν, ἀλλ' ἀδοξίαν ἄκραν ἡγούμενος εἰ πρὸς ἓξ ἢ δέκα χιλιάδας ἀμφιγνωμονεῖ ὁ Ῥουσέλιος, σὺν πολλῇ ῥύμῃ τοῖς ἐναντίοις ἐπῆλθε μετὰ τῶν Φράγγων. Ἔπεσον οὖν τῶν Τούρκων πολλοί, μηδενὸς τῶν Φράγγων κενὸν τὸ δόρυ ἐσχηκότος, οἱ δὲ λοιποὶ πρὸς φυγὴν ὥρμησαν. Τῆς διώξεως δὲ ἐπὶ πολὺ γενομένης παρὰ τὸ εἰθισμένον πρότου, καὶ ταῦτα δι' ὀρέων ἀβάτων καὶ δυσδιεξιτήτων, ἔλαθε τοὺς πλείους τῶν σὺν αὐτῷ ἀπολιπὼν ἁπίσω, αὐτὸς δὲ μετὰ βραχέων τινῶν ὑπολειφθείς καὶ τοῦ Καίσαρος ἐν ἵπποις κεκμηκόσι τῷ συνεχεῖ τῆς διώξεως καὶ ἐπιτεταμένῳ. Οὕτω δὲ ἔχοντι ἀνεφάνη πλῆθος ἕτερον Τούρκων ἄπειρον, εἰς ἑκατὸν χιλιάδας ποσοῦσθαι στοχαζόμενον. Περιστοιχισθεὶς οὖν πάντοθεν καὶ ἄκων αὐτοῖς προσρήγνυται μετ' ὀλίγων πάνυ τῶν περὶ αὐτόν. Ἀντέσχον μὲν οὖν οἱ Τοῦρκοι, ἔπεσον μέντοι καὶ τότε πολλοί. Ὅμως κυκλωθέντες ὑπὸ τοσούτου πλήθους ἐκηβόλοις τοῖς βέλεσιν, ἀποβαλόντες τοὺς ἵππους καὶ πεζοὶ ὑπολειφθέντες σύμπαντες οὕτως ἐνέδωκαν. Πίπτουσι δ' ὅμως πολλοί, καὶ Τοῦρκοι δὲ δεκάκις τοσοῦτοι. Ἁλίσκεται δὲ ὅ τε Καῖσαρ καὶ ὁ Ῥουσέλιος καὶ οἱ σὺν αὐτῷ. [P. 849] Οἱ δὲ τῶν Φράγγων ὑπολειφθέντες εἰς τὸ τῆς Μεταβολῆς φρούριον συμφυγόντες μετὰ τῆς τοῦ Ῥουσελίου γυναικὸς δι' ἐπιμελείας ἐποιοῦντο τὴν τούτου φυλακὴν καὶ συντήρησιν. Οἱ δὲ Τοῦρκοι τὸν μὲν Ῥουσέλιον ποδοκάκῃ ἀσφαλισάμενοι, τὸν Καίσαρα ἄνετον εἶχον καὶ ἐν τῇ ἰδίᾳ ἦγον τιμῇ. Τοῦ δὲ τιμήματος τῶν ἁλωκότων ἐπιζητουμένου ἔσπευδε μὲν ὠνήσασθαι τοῦτον ὁ βασιλεύς· ἐπικατέλαβε γὰρ καὶ ὁ Μαλέσης ἄρτι ἀπολυθεὶς παρὰ τοῦ Καίσαρος, καὶ αὐτίκα εἰς ὑπεροψίαν στέλλεται δημεύσει τε καθυποβάλλεται, αἰχμαλωσίαν αἰχμαλωσίας τῆς σὺν τῷ Διογένει τὴν τοῦ Ῥουσελίου καὶ δήμευσιν καὶ ἐξορίαν τούτων ἀνταλλαξάμενος, ἀλλ' ἡ τοῦ Ῥουσελίου γυνὴ, σπουδῇ πολλῇ τοῦτον ἐλυτρώσατο. Ὅθεν οἱ παρὰ τοῦ βασιλέως σταλέντες τὸν Καίσαρα μόνον λυτρωσάμενοι· ἀνεχώρησαν. Ἐν δὲ τῇ Προποντίδι γενόμενος, εὐλαβηθεὶς μή ποτε ὡς ἀποστάτης καὶ ὕποπτος νομι-

A accersit, multis pollicitationibus persuadens ut Ruselium debellent. Videns autem iste se imbecillem adversus ejusmodi multitudinem. Cæsarem e vinculis liberatum imperatorem declarat, laudibus magnificis et claris celebrans, eique imperium tribuit. Nondum autem divulgata fama neque dilatata Cæsaris declaratione, et idcirco neque milites concurrerant, statim ad montem Sophonem manus Turcica apparet, quæ videbatur quinque aut sex millium. Atque e vestigio Ruselius se ad prælium comparavit. Verum illius impetum coercebant et Cæsar et quidam ex præstantioribus, 711 ut prius dignoscerent quanta esset hostium vis. Sed ille haud sustinens, quin potius loco summæ ignominiæ ducens, si adversus sex aut B decem millia pugnam Ruselius cunctaretur, multo impetu in hostes cum Francis invasit. Cecidere igitur ex Turcis plures, cum Francorum nemo hasta inani usus esset. Reliqui in fugam conjecti sunt. Cum vero diutius persequeretur, præter id quod consueverat, præsertim per inaccessos atque invios montes, non animadvertit a tergo se suorum plures reliquisse. Ipse autem cum paucis quibusdam relictus, et Cæsare inter equites defatigato continua et longa hostium insectatione, incidit in eam calamitatem quam mox dicemus. Nam in ipsum ita laborantem altera Turcorum infinita manus, fere centum mille, quantum conjectura assequi poterant, invasit. Undique igitur circumventus vel invitus cum hostibus congreditur, cum C paucis admodum quos circum habebat. Igitur restitere Turci, et tamen multi tunc quoque ex ipsis cecidere. Verum enimvero circumventi a tanta multitudine telis, quæ longe jaciebantur, amissis equis, pedites omnes relicti ita cesserunt. Attamen multi cadunt, et Turci decuplo plures. Capiuntur Cæsar et Ruselius et qui cum ipso erant. Ex Francis autem qui relicti fuerant fuga ad Metaboles oppidum se recepere, una cum Ruselii uxore, quod summo studio servabant. Turci vero Ruselium compedibus vinctum 712 asservantes, Cæsarem autem solutum in honore habebant. Cumque exigeretur captivorum pretium, studebat imperator eum redimere: nam paulo ante Maleses quoque absolutus a Cæsare statim in exsilium missus est publicatis bonis, Ruselii captivitatem cum captivitate Diogenis et publicationem et exsilium commutans. D Verum Ruselii uxor ipsum redemerat. Quare missi ab imperatore Cæsare solum redempto rediere. Cum vero ad Propontidem pervenisset, veritus ne forte ut rebellis et suspectus aliquid mali et ejuscemodi cui remedium adhiberi non posset sustineret, deposita veste usitata capillisque detonsis, monachorum habitum induit, et ita vili indumento ad regiam se recepit; exquibus omnibus sanæ mentis homines divinam iram ratiocinabantur, et quemadmodum Deus ipsis inimicus effectus fuerat propter divinorum mandatorum ac præceptorum violationem et contemptum, quorum sibi conscii

ad ingentia bella et pericula non prius placato divino nomine Romanas copias adducunt, et cum male afficiantur semperque vincantur, non tamen ullum divinæ indignationis percipiunt sensum. Antiqui vero Romani non ita facientes immensas illas et prosperas pugnas edebant,sed virtutem et justitiam et charitatem et veritatem profitentes, et omnino omnia hunesta et bona pro viribus tractantes; quare etiam divinum numen illis aderat,et omnibus modis hostes debellabant.

A σθεὶς πάθη τι φαῦλον καὶ ἀνήκεστον, τὴν κοσμικὴν ἀποβαλόμενος ἐσθῆτα τὴν τρίχα κείρεται καὶ τὰ μοναχῶν ἀμφιέννυται, καὶ οὕτως ἐν εὐτελεῖ τῷ σχήματι τοῖς βασιλείοις παρέβαλεν. Ἐξ ὧν ἁπάντων οἱ εὖ φρονοῦντες τὴν θεομηνίαν συνελογίζοντο, καὶ ὅπως αὐτοῖς τὸ Θεῖον ἐκπεπολέμωται διὰ τὴν τῶν θείων ἐντολῶν καὶ ἐνταλμάτων παρόρασιν καὶ ἀθέτησιν, ἃς καίπερ ἑαυτοῖς συνεπιστάμενοι εἰς πολέμους μεγάλους καὶ κινδύνους, μὴ πρότερον τὸν Θεὸν ἱλεωσάμενοι, τὰς Ῥωμαϊκὰς δυνάμεις εἰσάγουσι, καὶ πάσχοντες κακῶς καὶ ἡττώμενοι ἀφειδῶς αἴσθησιν οὐ λαμβάνουσι τῆς τοῦ θείου νεμέσεως. Οἱ δὲ πάλαι Ῥωμαῖοι οὐχ οὕτω ποιοῦντες τὰς φοβερὰς ἐκείνας καὶ ἀδομένας στρατηγίας κατώρθουν, ἀρετῆς δὲ καὶ δικαιοσύνης καὶ ἀγάπης καὶ ἀληθείας ἀντιποιούμενοι, καὶ ἁπλῶς πᾶν καλὸν καὶ ἀγαθὸν ὡς δυνατὸν μετερχόμενοι· διὸ καὶ τὸ Θεῖον συμπαρῆν αὐτοῖς, καὶ παντὶ τρόπῳ τοὺς ἐναντίους κατηγωνίζοντο.

713 Ingresso autem Cæsare, visus est qui imperabat omnia perfecisse. Sed cruciabatur quod Ruselii consilium non successerat. Nam cognatorum exitium, amissionem imperii, Christianos occidi, vicos comburi et regiones everti posteriora ducebat. Ruselius autem ex oppido Metaboles profectus cum ita Francis militibus qui relicti fuerant, et uxore ac liberis et bonis suis per mediam regionem sine metu ibat; cumque ad Armeniacorum regionem pervenisset, ad sua priora castra se recepit, et inde adversus Turcos excursiones faciens coercuit ipsos ne amplius in eam regionem irrumperent. Audiens hæc imperator præstare exstimabat Turcos obtinere loca Romanorum quam Ruselium aliquo in loco permittere, ad hoc a Nicephoro instigatus ac stimulatus. Mittit igitur quemdam ex nobilibus civibus ætate juvenem, sed alioqui strenuum atque prudentem, præsidem Alexium Comnenum, qui cum pervenisset Amasiam, ibi rei exitum exspectabat. Ruselius autem, inita societate et amicitia cum Turcorum principe, congressus est cum ipso sine militibus, ut consueverat. Verum quadam die cum ipsis cœnans capitur et devincitur: fallere enim Romanos etiam jurejurando interposito, apud Turcos solemne est, venia dignum censetur : nec est quod quis perjurium accuset. Hunc multo pretio emptum præses Alexius ad imperatorem vinctum perducit, quem traditum tortoribus bovinis nervis cædendum **714** ut fugitivum aliquem servum flagris intolerabilibus cruciavit, et in obscurissimam turrim inclusum contemptui habebat catenis vinctum.

B Εἰσελθόντος δὲ τοῦ Καίσαρος ἔδοξε μὲν ὁ κρατῶν ἡνυκέναι τὸ πᾶν, ἠνιᾶτο δὲ τῇ τοῦ Ῥουσελίου ἀστοχίᾳ· τὴν γὰρ τῶν ὁμογενῶν ἀπώλειαν καὶ τὴν ὑφαίρεσιν τῆς ἀρχῆς καὶ τὸ σφάττεσθαι τοὺς Χριστιανοὺς καὶ δουλοῦσθαι τὰς κώμας καὶ τὰς χώρας ἀφανίζεσθαι ἐν δευτέρῳ ἐτίθετο. Ὁ δέ γε Ῥουσέλιος ἅρας ἐκ τοῦ τῆς Μεταβολῆς φρουρίου μετὰ τῶν ὑπολελειμμένων Φράγγων στρατιωτῶν καὶ τῆς συνεύνου καὶ τῶν παίδων καὶ τῶν ὑπαρχόντων αὐτῷ διὰ μέσης τῆς χώρας ἀτρέπτως ἐβάδιζε, καὶ τὸ θέμα τῶν Ἀρμενιακῶν καταλαβὼν τοῖς προτέροις αὐτοῦ κάστροις ἀποκατέστη, κἀκεῖθεν ἐκδρομὰς κατὰ τῶν Τούρκων ποιούμενος ἀπεῖρξεν αὐτοὺς τῶν κατὰ τοῦ τοιούτου θέματος ἐφόδων. Ὁ δὲ βασιλεὺς ἐνωτιζόμενος ταῦτα μᾶλλον ἐνόμιζε συμφέρον τοὺς Τούρκους ἔχειν τὰ Ῥωμαίων ἢ τὸν Ῥουσέλιον χωρεῖσθαι ἐν τόπῳ ἐνί, παρὰ τοῦ Νικηφόρου πρὸς τοῦτο νυττόμενος καὶ διεγειρόμενος. [P. 850] Στέλλει τοίνυν τινὰ τῶν εὐπατριδῶν, τὴν μὲν ἡλικίαν νέον, δραστήριον δὲ ἄλλως καὶ ἐχέφρονα, τὸν πρόεδρον Ἀλέξιον τὸν Κομνηνόν, ὃς ἐν τῷ ἄστει τῆς Ἀμασείας γενόμενος ἐκαραδόκει τὸ μέλλον. Ὁ δὲ Ῥουσέλιος συνθήκας καὶ φιλίας μετὰ τοῦ τῶν Τούρκων ἐξάρχοντος θέμενος συνῆλθε τούτῳ ἐψιλωμένος στρατιωτῶν ὡς ἤδη συνήθης καὶ ἐθάς. Ἐν μιᾷ δὲ συνδειπνῶν αὐτοῖς ἁλίσκεται καὶ δεσμώτης ἀποδείκνυται· ἀπατᾷν γὰρ Ῥωμαίους ἐνωμότως παρὰ τοῖς Τούρκοις ὅρος καὶ λόγος ἐνδόσιμος καὶ ἀλογοθέτητος. Τοῦτον ὤνιον πολλῶν ὁ πρόεδρος Ἀλέξιος ὠνησάμενος ἐς βασιλέα ἀπάγει δέσμιον. Παραδοὺς οὖν ὁ βασιλεὺς τοῖς βασανισταῖς ξεσμοῖς ἀνηκέστοις διὰ βουνεύρων ὥς τινα δοῦλον δραπέτην ᾐκίσατο, καὶ εἰς ἕνα τῶν ζοφωδεστάτων ἐγκλείσας πύργων ἀτημέλητον εἶχεν ἀλύσεσι δέσμιον.

C

D

Logotheta autem plurimum potens, ut dictum est, apud imperatorem, omnia pro arbitrio moderans, Hebdomi monasterium sibi donari petens, omnes possessiones et omnem fere quantam sol cernit regionem studuit sibi vindicare et copiosis proventibus dilatare, cogitans improbitate sibi amicum imperatorem facere, et maxima lucrari ob ejus simplicitatem, ac nomine monasterii ingentes divitias adipisci. Et cum esset maxime idoneus ob versutiam, si quis alius, ad lucrandum, et quæstus

Ὁ δὲ λογοθέτης μέγα δυνάμενος, ὡς εἴρηται, παρὰ βασιλεῖ, ἄγων τε καὶ φέρων πάντα ἧπερ ἐβούλετο, τὴν τοῦ Ἑβδόμου μονὴν διὰ δωρεᾶς ἐξαιτησάμενος, πάντα κτήματα καὶ πᾶσαν σχεδὸν ὅσην ἥλιος ἐφορᾷ ἔσπευδε προσκυρῶσαι αὐτῇ καὶ προσόδοις ἀφθόνοις ἐμπλατῦναι, σκεπτόμενος ἐκ μοχθηρίας οἰκειοῦσθαί τε τὸν βασιλέα καὶ παρακερδαίνειν τὰ μέγιστα τῆς ἀβελτηρίας αὐτοῦ καὶ τῷ ὀνόματι τῆς μονῆς πλοῦτον ἐπικτᾶσθαι ὑπερφυῆ. Ὁριμώτατος δὲ ὢν εἰς κακίαν, εἴπερ τις ἕτερος, καὶ τοῦ

κερδαλέου χάριν μηδενὸς δυσφήμου ὀνόματος ἀπεχόμενος, φούνδακα (35) ἐν τῇ Ῥαιδεστῷ καὶ μονοπωλεῖον συνεστήσατο, κωλύσας καὶ ἀπείρξας τοὺς πωλοῦντας ἅπαντας, τὸ βασιλικὸν δὲ μόνον πρατήριον ἐμηχανήσατο· παρὸ καὶ λιμὸν ἐπραγματεύσατο μέγιστον καὶ τῶν πώποτε μνημονευομένων ἀπανθρωπότατον, ὡς καὶ τῷ βασιλεῖ ἀντ' ἐπωνυμίας γενέσθαι αὐτὸν, καὶ ἀπὸ τούτου μᾶλλον ἢ τοῦ προγονικοῦ γινώσκεσθαι τοῖς μετέπειτα· Μιχαὴλ γάρ τις εἴπων, εἰ μὴ προσθείη καὶ τὸν Παραπινάκιον, οὐκ ἂν γένοιτο συντόμως γνωριμώτερος, διὰ τὸ τηνικαῦτα τόν μόδιον παρὰ πινάκιον τῷ νομίσματι πιπράσκεσθαι.

A gratia nulli parcens infamiæ, officinam in Rhædesto et monopolium instituit, prohibens et coercens omnes vendentes; solumque imperatoris forum venale machinatus est. Ex quo maximæ famis auctor fuit, et quarum unquam meminerint homines crudelissimæ, ita ut inde imperator cognomentum invenerit, a quo magis quam a majorum suorum nomine posteris est cognitus: nam si quis dicat Michael, neque addat Parapinacius, haud statim cognoscitur, eo quod tunc modius numismate venderetur, sed pinacio minus, qui medimni quadrans est.

Τῷ δὲ πρώτῳ ἔτει τῆς βασιλείας αὐτοῦ, ἰνδικτιῶνος ια', τὸ τῶν Σέρβων ἔθνος, οὓς δὴ καὶ Χροβάτας καλοῦσι, τὴν Βουλγαρίαν ἐξῆλθε καταδουλωσόμενον. Τὸν δὲ τρόπον ἄνωθεν ἀναλαβὼν διηγήσομαι. Βασιλείου γὰρ τοῦ βασιλέως, ὁπηνίκα τὴν Βουλγαρίαν ὑπηγάγετο, μὴ θελήσαντός τι νεοχμῆσαι τῶν ἐθίμων αὐτοῦ, ἀλλ' ὑπὸ τοῖς σφετέροις ἄρχουσί τε καὶ ἤθεσι τὰ καθ' ἑαυτοὺς ὁρίσαντος διεξάγεσθαι, καθὼς που καὶ ἐπὶ τοῦ Σαμουὴλ, ὃς αὐτῶν ἀρχηγὸς ἐγένετο ἤδη μὲν οὖν καὶ πρότερον τὸν ἔθνος τετάρακτο, [P. 851] τὴν ἀπληστίαν μὴ φέρον τοῦ ὀρφανοτρόφου, ὅτε τὸν Δολεάνον ἑαυτῶν βασιλέα ἐκεφήμησαν, περὶ ὧν κατὰ μέρος δεδήλωται ἄνωθεν, ἀπέβλεψε δὲ καὶ νῦν πρὸς ἀποστασίαν. Τὴν γὰρ τοῦ Νικηφόρου μὴ φέρον ἀπληστίαν καὶ ἃ κατὰ πάντων αὐτῷ μεμηχάνητο, οὐδενὸς ἐπιστρεφομένου τοῦ βασιλέως, ταῖς παιδαριώδεσι δὲ παιδιαῖς μόνον προσανέχοντος, οἱ κατὰ τὴν Βουλγαρίαν προέχοντες ἀξιοῦσι τὸν Μιχαηλᾶν ἀρχηγὸν ὄντα ἐπαρῆξαι αὐτοῖς καὶ συνεργῆσαι, δοῦναί τε αὐτοῖς τὸν υἱὸν αὐτοῦ, ὡς ἂν αὐτὸν βασιλέα Βουλγαρίας ἀνακηρύξωσι καὶ τῆς ἐκ τῶν Ῥωμαίων ἐλευθερωθεῖεν καταδυναστείας καὶ βαρύτητος. Ὁ δὲ ἀσμένως ὑπακούει αὐτῶν, τριακοσίους τε τῶν ἑαυτοῦ ἀπολεξάμενος καὶ τῷ οἰκείῳ υἱῷ Κωνσταντίνῳ τῷ καὶ Βοδίνῳ ὀνομαζομένῳ παραδοὺς εἰς Βουλγαρίαν ἐξαποστέλλει. Ἔξεισιν οὖν εἰς τὰ Πρισδίανα, ἔνθα συναθροισθέντες οἱ ἐν τοῖς Σκοπίοις προέχοντες, οἷς ἔξαρχος ἦν Γεώργιος ὁ Βοϊτάχος, τοῦ τῶν Κομχάνων γένους καταγόμενος, βασιλέα Βουλγάρων αὐτὸν ἀνεκήρυξαν, Πέτρον ἀντὶ Κωνσταντίνου μετονομάσαντες. Ὅπερ ἀκούσας ὁ ἐν Σκοπίοις διέπων τὴν ἀρχὴν τοῦ δουκὸς Νικηφόρος ὁ Καραντηνὸς, τοὺς ὑφ' αὐτὸν στρατηγοὺς παραλαβὼν ἅπεισιν εἰς τὰ Πρισδίανα μετὰ τῶν Βουλγαρικῶν δυνάμεων. Ἐν ὅσῳ δὲ οὗτος τὰ πρὸς τὸν πόλεμον ἐξήρτυεν, ἐπικατέλαβε διάδοχος αὐτοῦ Δαμιανὸς ὁ Δαλασσηνός. Ἑνωθεὶς τοίνυν μετὰ τοῦ Καραντηνοῦ, πολλά τι κερτομήσας αὐτὸν, καὶ ἐς ἕκαστον δὲ τῶν σὺν αὐτῷ στρατηγῶν ἐμπαροινήσας οὐκ ὀλίγα καὶ ὡς ἀνάνδρους μυκτηρίσας αὐτοὺς, συνταξάμενος συμβάλλει τοῖς Σέρβοις εὐθέως. Καὶ γίνεται μάχη φρικτὴ καὶ τροκὴ τῶν Ῥωμαίων φρικωδεστέρα· πίπτουσι γὰρ

Primo autem imperii ipsius anno, indictione undecima. Servorum gens, quos etiam Chrobatas vocant, exiit ut Bulgariam in servitutem **715** redactura: quomodo vero, altius ipse repetens enarrabo. Nam cum Basilius imperator, eo tempore quo Bulgariam subegit, nollet aliquid innovare eorum quæ ipsi usitata erant, verum præfinisset ut a suis principibus regeretur suisque moribus degeret, quemadmodum item imperante Samuele, qui dux ipsorum fuit..... jam igitur et prius natio perturbata fuerat, quod non ferret orphanotrophi avaritiam, quando Doleanum suum regem declararunt, quæ sigillatim superius demonstrata sunt. Et nunc quoque ad rebellionem spectavit: neque enim ferebat Nicephori avaritiam, et quæ contra omnes ipse machinatus fuerit, nihil curante imperatore, sed solis puerilibus ludis occupato. Bulgariæ principes Michaelem suum præfectum petunt sibi opem ferre et opitulari, sibique tradere filium, ut ipsum Bulgariæ regem declarent, et a Romanorum imperio et crudelitate eum vindicent. Ille autem libenter ipsis obtemperabat, delectisque e suis trecentis, et suo filio Constantino, cui Bodino cognomen erat, traditis, in Bulgariam eum mittit. Exit igitur ad Prisdiana, ubi coacti proceres qui in Scopiis erant, quorum princeps erat Georgius Boitachus, a Comchanis originem ducens, Bulgarorum regem ipsum declararunt, Petrum pro Constantino mutato nomine vocantes. Quod quidem audiens is qui Scopiis ducis imperium administrabat, Nicephorus Carantenus, cum suis ducibus quos habebat, ad Prisdiana **716** se confert cum Bulgaricis copiis. Interea vero dum hic ad bellum se comparabat, supervenit successor ipsius Damianus Dalassenus; qui cum eo conjunctus cum multis eum conviciis affecisset et haud mediocriter in ejus milites debacchatus fuisset, tanquam imbelles eos irridens, instructa acie cum Servis statim prælium committit. Fitque horribilis pugna, sed multo horribilior Romanorum clades: cadunt enim multi ex Romanis et Bulgaris, et vivi plurimi capiuntur, in quibus ipse quoque dux Damianus Dalassenus, et qui dicebatur Probatas, et Longibar-

JACOBI GOARI NOTÆ.

(35) *Mensam* sive *negotialem argentariam, officinam usurariam*, ab Italis *fundaco* ἀπὸ τοῦ φούνδου, *a fundo*, id est, *summa pecuniaria*, voce Græcis Jureconsultis nota dictam.

dopulus et alii frequentes cum ipsis. Capta sunt item omnia castra, et omnia quæ in ipsis erant direpta. Hinc aperte Bulgari Rodinum regem declarant, ut dictum est, mutato nomine Petrum appellantes. Et in duas partes divisi, alii cum Bodino ad Nisum se contulere. alii Petrilum quemdam, cui primæ apud Bodinum partes deferebantur, secuti adversus Romanos, qui in Castoria erant, profecti sunt : illic enim muro muniendam urbem curaverant, Romanis faventes, ut dictum est, et Achridis præter Marianus et patricius Diaboleos et proconsul Theognostus Burtzes, et cum ipso Castoriæ præfectus, quibuscum Borises David et alii multi, qui veriti indigenarum Bulgarorum minas in Castoriam tanquam ad asylum confugere. Cum igitur Petrilus ad Castoriam pervenisset cum innumerabili Bulgarorum manu, quæ ad bellum pertinerent **717** comparabat. Romani vero etiam ipsi instructi adversus erupere, et ingenti impetu cum ipsis congressi fundunt Petrilum, et in fugam conjectum cogunt per invios montes ad suum dominum Michaelem pervenire, et Bulgarorum plurimos occidunt, capiuntque eum qui post Petrilum in Chrobatis secundum ordinem ducebat, et ad imperatorem vinctum perducunt. Bodinus autem cum ad Nisum pervenisset, ut jam imperatorem a Bulgarica provincia coerceret, omnia obvia prædabatur, eos a quibus non exciperetur quique recusarent ejus imperium, vexans et offendens. Quod cum audisset imperator, cladem videlicet ducis et ejus declarationem, Saronitem adversus eum mittit, antequam malum accenderetur et in magnam flammam evaderet, exstinguere festinans; et cum ipso idoneum quoque misit exercitum, ex Macedonibus et Romanis Francisque coactum. Verum hic ad Scopiorum urbem profectus, nullam eorum qui Nisi erant rationem habebat. Profectus igitur, et Georgio Boitacho, cui urbs commissa erat, data fide nihil eum detrimenti passurum, Scopiorum urbem expugnat, ibique castra locat, et quid faciendum de iis qui Nisi erant consultabat ac meditabatur. Verum Boitachus, quem jam pœnituerat tam diu bonum fuisse et Romanos secutum esse, clam iis qui Nisi degebant indicavit ut ad se quam celerrime venirent, et eos qui **718** cum Saronite erant ignavius degentes ac segnius, sine ulla miseratione crudeliter omnes ad unum interficerent. Qui, accepto nuntio, profecti Niso Scopia petebant, cooperta terra nive : hiems enim erat, Decembri mense. Quod cum persensissent ii qui cum Saronite erant, adversus ipsos cum omnibus copiis irrumpunt, et in itinere deprehensos ad quemdam locum nomine Taunium, fere omnes interficiunt. Capitur etiam Bodinus. Longibardopulus vero, ut dictum est, ad Michaelem perductus, data acceptaque fide, ejus filiam uxorem ducit. Eique ingens committitur exercitus, e Longibardis et Servis conflatus; quocum ad auxilium Bodini missus rursus Romanis repugnat. Saronites

A πολλοὶ ἔκ τε Ῥωμαίων καὶ Βουλγάρων, ζωγροῦνται δὲ πλεῖστοι καὶ αὐτὸς ὁ δοὺξ Δαμιανὸς ὁ Δαλασσηνὸς ὅ τε λεγόμενος Προβατᾶς καὶ ὁ Λογγιβαρδόπουλος καὶ ἕτεροι συχνοὶ σὺν αὐτοῖς. Ἐλήφθη δὲ καὶ ἡ παρεμβολὴ ἅπασα, καὶ τῶν ἐν αὐτῇ πάντων διασκύλευσις γίνεται. Ἐντεῦθεν ἀναίδην οἱ Βούλγαροι τὸν Βοδῖνον βασιλέα ἀναγορεύουσιν, ὡς εἴρηται, Πέτρον μετονομάσαντες, Διχῇ τε διαιρεθέντες οἱ μὲν μετὰ τοῦ Βοδίνου εἰς τὸν Νῖσον ἀπῆσαν, οἱ δὲ Πετρίλον τινὰ τὰ πρῶτα παρὰ τῷ Βοδίνῳ φέροντα παραλαβόντες κατὰ τῶν ἐν Καστορίᾳ Ῥωμαίων ἀπίασιν· ἐκεῖσε γὰρ διατετειχίσθαι τὴν πόλιν οἱ τὰ Ῥωμαίων φρονοῦντες, ὡς εἴρηται, ὅ τε τῆς Ἀχρίδος στρατηγὸς Μαριανὸς καὶ ὁ τῆς Διαβόλεως ὁ πατρίκιος καὶ ἀνθύπατος Θεόγνωστος ὁ Βούρτζης, σὺν αὐτῷ δὲ καὶ

B ὁ ἐν Καστορίᾳ στρατηγῶν. Μεθ' ὧν καὶ ὁ Βορίσης Δαβὶδ καὶ ἄλλοι πολλοί, οἵτινες δεδιότες τὴν ἐκ τῶν ἰθαγενῶν Βουλγάρων ἀπειλὴν ὡς εἰς κρησφύγετον τὴν Καστορίαν συνέφυγον. Καταλαβὼν οὖν ὁ Πετρίλος τὴν Καστορίαν μετὰ πλήθους Βουλγάρων ἀμυθήτου τὰ πρὸς τὸν πόλεμον [P. 852] συνεσκευάζετο. Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι καὶ οἱ συνταξάμενοι ἐξῆλθον κατ' αὐτῶν, καὶ μετὰ ῥύμης σφοδρᾶς συμβαλόντες αὐτοῖς τρέπουσι τὸν Πετρίλον, καὶ φυγεῖν καταναγκάζουσι δι' ὀρέων ἀβάτων πρὸς τὸν ἑαυτοῦ κύριον τὸν Μιχαηλᾶν ἀφικόμενον. Κτείνουσι δὲ καὶ τῶν Βουλγάρων πολλούς· αἱροῦσι δὲ καὶ τὸν μετὰ τὸν Πετρίλον ἐν Χροβάτοις τεταγμένον, καὶ πρὸς τὸν βασιλέα

C δεσμώτην ἀπάγουσιν. Ὁ δὲ Βοδῖνος τὸν Νῖσον καταλαβὼν ὡς ἤδη βασιλεὺς τῶν Βουλγαρικῶν πραγμάτων ἀντείχετο, πᾶν τὸ προστυχὸν λῃζόμενος, καὶ τοὺς μὴ δεχομένους μηδὲ δουλουμένους αὐτῷ κεραΐζων καὶ λυμαινόμενος. Ὅπερ ἀκηκοὼς ὁ βασιλεύς, τήν τε τοῦ δουκὸς ἧτταν δηλαδὴ καὶ τὴν αὐτοῦ ἀναγόρευσιν, τὸν Σαρωνίτην κατ' αὐτοῦ ἐξαπέστειλε, πρὶν ἐξαρθῇ τὸ κακὸν καὶ εἰς μεγάλην ἐξαρθῇ φλόγα, κατασβέσαι τοῦτο κατεπειγόμενος. Συνεξαπέστειλε δὲ αὐτῷ καὶ στράτευμα ἐξιόλογον συγκείμενον ἔκ τε Μακεδόνων καὶ Ῥωμαίων καὶ

D Φράγγων. Ἀλλ' οὗτος μὲν πρὸς τὴν τῶν Σκοπίων πόλιν τὴν ὁρμὴν ποιούμενος τῶν ἐν τῷ Νίσῳ οὐδεμίαν φροντίδα ἐτίθετο. Παραγενόμενος οὖν, καὶ τῷ πιστευομένῳ ταύτην Γεωργίῳ τῷ Βοϊτάχῳ λόγον δεδωκὼς ὡς οὐδὲν φλαῦρον ὑποστήσεται, τὴν πόλιν τῶν Σκοπίων αἱρεῖ, κἀν ταύτῃ τὴν στρατοπεδείαν πήγνυσι, καὶ περὶ τῶν ἐν τῷ Νίσῳ τὸ ποιητέον ἐσκόπει καὶ ἐμελέτα. Ἀλλ' ὁ Βοϊτάχος μεταμεληθεὶς ὅτι δὴ ποσῶς ἀγαθὸς γέγονε καὶ τὰ Ῥωμαίων ἐφρόνησε, λαθραίως τοῖς ἐν τῷ Νίσῳ ἐδήλου ἀφικνεῖσθαι μὲν ἐν τάχει πρὸς αὐτόν, καὶ τοὺς περὶ τὸν Σαρωνίτην ῥᾳθυμότερον διάγοντας καὶ ἀμελέστερον ἀνοίκτως καὶ ὡμῶς ἁβδὸν ἀποσφάξαι. Οἳ δὴ τὴν ἀγγελίαν δεξάμενοι, ἄφνως ἐκ τοῦ Νίσου, πρὸς τὰ Σκόπια ἵεντο, χιόνι κεκαλυμμένης οὔσης τῆς γῆς· χειμὼν γὰρ ἦν, Δεκεμβρίου ἰσταμένου μηνός. Συναισθήσεως δὲ τοῖς περὶ τὸν Σαρωνίτην γενομένης ἔξεισι κατ' αὐτῶν παμπληθεί, καὶ καταλαβὼν αὐτοὺς κατὰ τὴν ὁδὸν ἔν τινι τόπῳ λεγομένῳ Ταωνίῳ ἀναιρεῖ σχεδὸν τοὺς σύμπαντας· ἐλίσκεται

δὲ καὶ ὁ Βοδῖνος. Ὁ δὲ Λογγιβαρδόπουλος, ὡς εἴρηται, ἀρθεὶς πρὸς τὸν Μιχαηλᾶν καὶ λόγον δοὺς καὶ λαβών, ζεύγνυται τῇ τούτου θυγατρὶ καὶ λαὸν ὅτι πλεῖστον πιστεύεται ἀπὸ Λογγιβάρδων καὶ Σέρβων συγκείμενον, μεθ' οὗ καὶ πρὸς βοήθειαν τοῦ Βοδίνου ἀποσταλεὶς αὖθις τοῖς Ῥωμαίοις ἀποκαθίσταται. Ὁ δὲ Σαρωνίτης τὸν Βοδῖνον ἐξαπέστειλε πρὸς τὸν βασιλέα δέσμιον. Περιορισθεὶς δὲ ἐν τῇ τοῦ Ἁγίου Σεργίου μονῇ, μετὰ βραχὺ παραδοθεὶς τῷ Κομνηνῷ Ἰσαακίῳ ἤδη προβεβλημένῳ Ἀντιοχεία δοὺξ ἀπήχθη εἰς Ἀντιόχειαν. Ὅπερ ἀκούσας ὁ τούτου πατὴρ ὁ Μιχαηλᾶς. [P. 853] μισθωσάμενος Βενετίκους τινὰς βαλαντίου ἀδροῦ, οἷς ἔργον θαλαττοπορεῖν, ἀπέκλεψε τοῦτον ἐκεῖθεν καὶ τῇ ἰδίᾳ ἀρχῇ ἀποκατέστησεν· ὃς καὶ μετὰ θάνατον τοῦ πατρὸς τὴν ἀρχὴν κἀν τοῖς ἡμετέροις χρόνοις διήνυσεν. Ὁ δὲ Βοϊτάχος ἐτασθεὶς σφοδρῶς ἐν τῷ ἀπείναι πρὸς τὸν βασιλέα τελευτᾷ, μὴ ἐξαρκέσας ταῖς ἐκ τῶν πληγῶν ὀδύναις. Οἵ γε μὴν Ἀλαμάνοι καὶ Φράγγοι (γένη δὲ οὗτοι δυτικὰ) κατὰ τῆς χώρας ἀφεθέντες καθαιροῦσι μὲν τὰ ἐν τῇ Πρέσπᾳ τῶν Βουλγάρων ὑπολελειμμένα βασίλεια, σκυλεύουσι δὲ καὶ τὸν ἐκεῖσε ναόν, ὃς ἐπ' ὀνόματι τοῦ ἁγίου Ἀχιλλίου ἵδρυται, μηδενὸς τῶν ἐν ἐκείνῳ φεισάμενοι ἱερῶν, ὧν τινὰ μὲν αὖθις ἀνεσώθησαν, τὰ δὲ λοιπὰ ὁ στρατὸς διανειμάμενος εἰς χρῆσιν ἰδίαν μετεσκεύασεν. Τὶς οὖν τῶν στρατιωτῶν τῆς Μακεδονικῆς φάλαγγος ὤν, ἀξιούμενος ἀποδοῦναι ὅπερ εἰλήφει ἱερὸν, ἐπεὶ μὴ ἐπείσθη, ἀνθρακιάσας τοὺς ὤμους, τελευτᾷ, τῆς δίκης μὴ ἀνασχομένης ὡς ἔθος, ἀλλὰ μετελθούσης αὐτὸν εἰς ὑπόδειγμα τοῖς ὀψιγόνοις. Ἐν δὲ ταῖς παρακειμέναις τῇ ὄχθῃ τοῦ Ἴστρου πόλεσι τῶν στρατιωτῶν ἠμελημένων οἷα δὴ μηδὲν εἰς διοίκησιν λαμβανόντων, στέλλεται ὁ βαστάρχου Νέστωρ, δοῦλος γεγονὼς τοῦ πατρὸς τοῦ βασιλέως, δοὺξ τῶν Παριστρίων ὀνομασθείς, καὶ συμφωνήσας τῷ Τάτους ὡς ὁμογνώμονι, Πατζινάκοις πλείοσιν ὁπλισθέντες εἰς τὴν βασιλεύουσαν παρεγένοντο. Καταθεῖναι δὲ τὰ ὅπλα ἐγκελευόμενος μὴ ἂν ἄλλως ποιῆσαι τοῦτο ἔλεγεν, εἰ μὴ τὸν λογοθέτην Νικηφόρον ἐκ μέσου ποιήσειεν ὡς κοινὸν ἐχθρὸν καὶ πολέμιον κοσμικὸν, καὶ αὐτὸν οὐκ ὀλίγα λυπήσαντα καὶ τὴν αὐτοῦ περιουσίαν δημεύσαντα Ἀλλ' ὁ βασιλεὺς οὐκ ἐπείθετο, ἅπαξ ἑαυτὸν ταῖς αὐτοῦ γοητείαις καὶ ἀπάταις ἐκδεδωκώς. Ὁ δὲ Νέστωρ ἐπιβουλευθεὶς ὑπὸ τῶν οἰκείων ἀπανίσταται μὲν ἐκεῖθεν, ληΐζεται δὲ τήν τε Μακεδονίαν καὶ Θρᾴκην καὶ τὰ παρακείμενα τῆς Βουλγαρίας, καὶ εἰς τὴν τῶν Πατζινάκων ὑποχωρεῖ. Μοῖρα δὲ στρατιωτῶν Μακεδονικῶν στερουμένη προσῆλθε τῷ βασιλεῖ, τὴν στέρησιν ἀποκλαιομένη. Προστάξει οὖν βασιλικῇ τυφθέντες καὶ ὑβρισθέντες ἐδιώχθησαν, μηδεμιᾶς ἐπιστροφῆς αὐτῶν γενομένης. Ἀλλ' οἵ γε πρὸς τὰ οἰκεῖα λύπης οὐ μικρᾶς ἐπιστραφέντες ἀνάμεστοι οὐκ ἤθελον μένειν ἔτι ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ φρονήματος, ἀλλὰ τοὺς πολεμίους πᾶσι τρόποις ἀμύνασθαι διεσκέπτοντο.

A autem Bodinum misit imperatori vinctum. Relegatus Sautem in sancti Sergii monasterium paulo post Isaacio Comneno traditur jam Antiochiæ duci declarato. Et perductus est in Antiochiam. Quod cum audisset ipsius Pater Michael, pretio ingenti conductis Venetis quibusdam, quorum opus erat per mare navigare, eum inde furatus in propriam patriam reduxit, eique restituit imperium. Atque hic post patris obitum nostraque tempestate regnavit. Boitachus autem vehementer tortus, dum rediret ad imperatorem, non sustinens verberum cruciatus moritur. Alamanni tamen et Franci (sunt hæ nationes Occidentis) per regionem immissi relictam Bulgarorum regiam in Prespa destruunt, templumque illic sancto Achillio constructum **719** ac dedicatum exspoliant, a nulla re sacra abstinentes earum quæ ibi erant; ex quibus quædam rursus servata sunt, reliqua divisa exercitus in proprios usus convertit. Quidam igitur ex militibus Macedonicæ phalangis, cum ab eo repeteretur sacra res, neque adduci posset ut id faceret, humeris anthrace depastis obit, justitia haud differente, ut mos est, supplicium, sed ad exemplum posterorum ipsum puniente. In urbibus autem maritimis, neglectis militibus utpote qui nihil acciperent ex præda, mittitur bestarches Nestor, qui fuerat servus patris imperatoris, dux eorum populorum qui secundum Istrum degunt vocatus. Inita cum Tato societate, ut eum viro ejusdem sententiæ, cum pluribus Patzinacis instructi ad regiam urbem profecti sunt. Jussus autem arma deponere non aliter se facturum hoc dicebat, nisi logothetam Nicephorum e medio tollerent ut communem inimicum et hostem capitalem, quique in se haud pauca commisisset suaque bona publicasset. Verum imperator haud paruit, cum semel se ipsum ejus præstigiis et dolis dedisset. Nestor autem, cui a suis paratæ insidiæ fuerant, inde proficiscitur, Thraciamque deprædatur et Macedoniam et Bulgariæ finitima, et ad Patzinacorum regionem secedit. Pars autem Macedonum militum defraudata accessit ad imperatorem, id factum deflens. Jussu igitur imperatoris pulsati et contumelia affecti repulsi sunt, nulla ipsorum habita ratione. **720** Verum illi in patriam reversi, haud mediocri dolore affecti, non amplius in eadem sententia manere voluerunt, sed omnibus modis cogitabant hostes ulcisci.

Ἀποστείλας δὲ πρὸς τὸν τὴν Λογγιβαρδίαν κατέχοντα Φράγγον Ῥουμπέρτον (36) καλούμενον τὴν

Cum autem misisset ad eum qui Longobardiam obtinebat Francum, Robertum nomine, ejus filiam

JACOBI GOARI NOTÆ.

(36) Robertum Guiscardum intelligit, celebrem Normannorum ducem, qui Campaniam, Calabriam, Apuliam et Siciliam a Sarecenorum, Græcorum et Italorum tyrannide in libertatem asseruit, de quo fuse Pandulphus Collenutius, Leo Ostiensis, Fazellus et Normannorum Annales.

suo filio Constantino uxorem adduxit, quam, mutato nomine, Helenam vocavit. Occupata autem fuit Longobardia a Roberto in hunc modum. Georgius Maniaces ab Augusta Zoe ad componendas res in Italia missus, magistri honore decoratus, conciliaverat sibi Francos multos, et in dies eos qui a Dociano vexati erant effecit in Italiæ finibus quiescere : verebantur enim ipsum, quod ejus virtutis in præliis periculum fecerant. Cum vero se opposuisset Monomacho et debellatus fuisset, qui cum ipso erant trajecti et in servitutem imperatoris redacti, Maniacatæ appellati sunt et in urbe Romanorum permansere, reliqui in Italia relicti sunt. Erat autem quidam in ipsis Robertus nomine fratris filius Ardoini, qui a Dociano flagris cæsus fuerat, gravis et iracundus et tyrannica mente præditus. Qui aperte Romanos expellere meditabatur, attamen provinciam aggredi metuebat differebatque, se ipsum imbecillem cernens, verebaturque contra imperatoris potentiam se opponere. Cum vero uxor illius, quam a Francia duxerat, Gaita nomine, filia principis cui haud mediocris regio subjecta 721 erat, secum esset, ad eas urbes migravit, quæ uxori suæ serviebant, quarum prima et maxima Salernus nominatur. Illine igitur veluti fur erumpens loca Romanorum imperio subjecta prædabatur, partim Calabriam mancipans, partim Italiam redigens in servitutem. Eorum vero captivorum quos ceperat aliis manus amputare, aliis extremas partes pedum incidere, aliis utrasque, quosdam etiam ingenti pecunia vendere, metuens, si non proderent urbes et sese ipsi dederent, ne non solum hæc, sed etiam his deteriora paterentur. Cum vero res privata imperii in regia laboraret, nulla habebatur eorum quæ in Italia fierent ratio. Nam vita paulo post functo Monomacho, cum Theodora circiter annum unum obtinuisset imperium, et Michael declaratus esset, atque adversus ipsum Comnenus incitatus, et exercitus essent intestinis bellis occupati, ac nemo Roberti conatus prohiberet, magnus ex hoc et illustris evasit; idoneum enim coegit exercitum et equorum atque pecuniæ et armorum potitus est' cum ii qui ab imperatore duces urbibus præfecti erant, non possent contra erumpere ob paucitatem suorum et modicam virtutem. Comneno autem adepto imperium, Turcorum natio Orientem premere, Patzinaci vero Occidentem. Cedit igitur Thrymbus Calabria, qui illic dux erat exercitus, aperte contra Scribonas facinus ausus : cum 722 enim indigenis minime placere cerneret quod factum esset, exsul ad imperatorem proficiscitur. Mittitur igitur dux Italiæ Abulchar. Robertus autem cum propter Scribonarum cædem Calabros exasperatos videret, hac quoque de causa rebellionem meditatus, non ut amplius reversurus egre-

Ὁ δὲ βασιλεὺς τῆς γυναικὸς αὐτοῦ τελευτησάσης τῆς Βερδηνῆς ἅμα τῇ ἀναῤῥήσει ἀναγορευθείσης καὶ αὐτῆς, ἑτέραν ἠγάγετο. Πολλαὶ μὲν γὰρ αὐτῷ ἐμνηστεύοντο· Ζωή τε γὰρ ἡ τοῦ βασιλέως τοῦ Δούκα θυγάτηρ, παρθένος οὖσα καὶ τῷ εἴδει εὐπρεπὴς, ἀλλὰ καὶ τῶν συγκλητικῶν θυγατέρες πολλαί, ὥραν ἔχουσαι γάμου· ὁ δὲ μίαν ᾑρεῖτο τῶν δύο, ἢ τὴν τοῦ Δούκα σύζυγον καὶ αὖθις τοῦ Διογένους Εὐδοκίαν, ἢ τοῦ ἐναγχος βασιλεύοντος Μιχαὴλ Μαρίαν τὴν ἐξ Ἀλανῶν. Στέλλει γοῦν ληψόμενος τὴν Εὐδοκίαν· ἡ δὲ ἠκολούθει περιχαρῶς. Ὅπερ γνοὺς ὁ τηνικαῦτα ἐπ' ἀρετῇ διαβεβοημένος μοναχὸς, ὃν δὴ καὶ πανάγιον (48) ἀντ' ἄλλου παντὸς ἐκάλουν ὀνόματος, παντὶ τρόπῳ διακωλύειν ἐσπούδασε τὸ ἀτόπημα, πολλῶν ὑπομνήσας αὐτὴν τῶν δυναμένων κωλῦσαι τῆς προθυμίας. Ἄγεται τοίνυν τὴν Μαρίαν ἀπηρυθριασμένως ὁ βασιλεὺς, καὶ ἱερολογεῖται αὐτῇ, καὶ παραυτίκα καθαιρεῖται ὁ ἱερεὺς ὡς προφανοῦς μοιχείας τετελεσμένης. Ὁ δὲ Μιχαὴλ τὴν τρίχα κειράμενος ψήφῳ τοῦ πατριάρχου καὶ τῶν μητροπολιτῶν χειροτονεῖται Ἐφέσου ἀρχιερεύς. Ἅπαξ μέντοι μόνον ἐν ἐκείνῃ ἐφοίτησε, καὶ ὑποστρέψας ἔμεινεν ἐν τῇ τοῦ Μανουὴλ μονῇ, χερσὶν ἰδίαις ἐργαζόμενος. Ἐτιμήθη δὲ διαφερόντως ὑπὸ τοῦ μετὰ ταῦτα βασιλεύσαντος Ἀλεξίου τοῦ Κομνηνοῦ, [P. 865] ἐφ' οὗ δὴ

Imperator autem, vita functa ejus uxore Berdena, quæ una cum ipso regina declarata fuerat, aliam duxit : multæ enim ipsi despondebantur,Zoe imperatoris Ducæ filia, virgo et forma decora, et senatorum filiæ multæ ætate jam nubiles. Sed ille unam e duabus petebat, vel uxorem ducis ac rursus Diogenis Eudociam, vel Michaelis, qui nuper regnaverat, Mariam ex Alanis. Mittit igitur qui sibi adducerentEudociam, quæ cum summa voluptate sequebatur. Quo cognito monachus, qui tunc summa cum virtute vixerat, quemque pro alio quovis nomine sanctissimum vocabant,omnibus modis studuit impedire absurdum hoc facinus, multa et in memoriam redigens quæ ipsam ab hac cupiditate reprimere possent. Ducit igitur Mariam, omni pudore remoto, imperator, et cum ipsa sacrilegio conjungitur, statimque sacerdos abdicatur ut aperto commisso adulterio. Michael autem detonsis capiliis sententia patriarchæ et metropolitarum Ephesi archiepiscopus deligitur.Semel tamen ad ipsam urbem accessit, et reversus in Manuelis monasterium ibi mansit, suis manibus elaborans. Egregie vero cultus est ab Alexio **739** Comneno, qui postmodum imperavit, sub cujus etiam imperio diem suum obiit,suam uxorem Ma-

JACOBI GOARI NOTÆ.

(48) Ἁγίους, ut Latini *fratres*, se mutuo vocitant Græci monachi : hunc itaque ceu præcipua sanctitatu fulgentem πανάγιον compellabant. Hæc apud Græcos honoris monstra.

riam, post Botaniatæ abdicationem monachum factam, venia eorum quæ in se admiserat in ipsa morte dignatus.

καὶ ἐκοιμήθη, τὴν ἑαυτοῦ σύζυγον Μαρίαν μετὰ τὴν τοῦ Βοτανειάτου καθαίρεσιν μοναχὴν γενομένην συμπαθείας τῶν εἰς αὐτὴν ἐπταισμένων ἀξιώσας ἐν τῇ τελευτῇ.

Nicephorus autem Basilacius primus præses, cum Dyrrachium pervenisset, exercitum ex omnibus illis locis coegit. Accersivit etiam Francos ex Italia per episcopum Diabolæ Theodosium muneribus ac donis adversus Bryennium conciliatos. Coacto autem idoneo exercitu ex Francis et Bulgaris Romanisque et Arbanitis, profectus inde ad Thessalonicam contendebat; cumque pervenisset Achridas, cupiebat ibi declarari, sed diligentia ac studio illius qui ibi archiepiscopus erat prohibitus fuit. Thessalonicæ autem certior factus est de Botaniatæ declaratione, et litteras quidem ad ipsum misit, quibus se ei subjectum declarabat. Verum clam contra eum nescio quid moliebatur, adjutore sibi ad hoc ascito quodam nomine Gymno et Gregorio Mesemero et Tessaracontapechy; accersivit item sibi Patzinacas in societatem. Imperator vero ubi ejus consilium cognovit et institutum, scripto aureo diplomate, quo ipsum ab hoc incepto averteret, quemdam ex familiaribus ad ipsum misit, qui omni eum metu liberans nobilissimi quoque dignitatem polliceretur. Ille autem beneficia quæ sibi in prompto erant aspernatus, postea deflevit incassum. Et adversus ipsum mittitur nobilissimus Alexius, eo honore **740** affectus ut esset Augustus, cum idoneo exercitu. Cum igitur præsidium Basilacii esse Peritheorii comperisset, cui præfectus erat Gymnus, prælio id ipsi eripuit, trajiciensque exercitum Thessalonicam omnium malorum expers ibi se recepit, et ex quodam intervallo constructo vallo trans fluvium nomine Bardarium ibi exercitum et castra locare decreverat. Sed Basilacius victoriam præripere contendens, cogitavit noctu per insidias in ipsum invadere et vi captum cum omni exercitu perdere atque omnino delere. Verum cum insidias Gemistus indicasset Augusto, eas evitavit tum ipse tum qui cum eo erant. Profectus igitur Basilacius per totam noctem improvisus et incognitus, quantum sibi videbatur, in difficile prælium incidit. Igitur omnino victus, et pluribus ex suis amissis, præsertim ex Francis, et cum domestico præliatus et ab ipso debellatus in Thessalonicæ arcem confugit, existimans loci munitione se prohibiturum Augusti impetum. Augustus autem nihil curans expugnationem oppidi, suos hortatus est ut quam primum impetum facerent. Qui crebro et efficaci impetu facto Thessalonicensibus sibi consentientibus statim hostes superarunt; et Augustus arce potitus est. Capitur autem ipse Basilacius, et in ferrea vincula conjectus ad imperatorem vinctus mittitur. Hujus rei nuntio ad imperatorem perlato, ipsius jussu et oculi effodiuntur, proxime Chrysopolim, et ex eo tempore **741** locus ille appellatus est Fremitus

Ὁ δὲ πρωτοπρόεδρος Νικηφόρος ὁ Βασιλάκιος τὸ Δυρράχιον καταλαβὼν στρατὸν ἤθροιζεν ἐκ πασῶν τῶν ἐκεῖσε χωρῶν, μετεπέμψατο δὲ καὶ Φράγγους ἐξ Ἰταλίας διὰ τοῦ ἐπισκύπου Διαβολέως Θεοδοσίου, φιλοτίμοις ταῖς ἀξιώσεσι κατὰ τοῦ Βρυεννίου συσκευαζόμενος. Συναγηοχὼς δὲ στρατιὰν ἀξιόλογον ἐκ τε Φράγγων καὶ Βουλγάρων Ῥωμαίων τε καὶ Ἀρβανιτῶν, ἄρας ἐκεῖθεν πρὸς Θεσσαλονίκην ἠπείγετο. Ἀφιγμένος δὲ εἰς Ἀχρίδας ἠβούλετο μὲν ἐκεῖσε ἀναγορευθῆναι, σπουδῇ δὲ τοῦ ἐκεῖσε ἀρχιερατεύοντος ἐκωλύθη. Ἐν δὲ Θεσσαλονίκῃ γενόμενος ἐπληροφορήθη τὴν τοῦ Βοτανειάτου ἀναγόρευσιν, καὶ δουλικὰ πρὸς αὐτὸν ἀπέστειλε γράμματα, ἐν τῷ λεληθότι τὰ τῆς ἀνταρσίας διεπράττετο, συνεργὸν ἔχων πρὸς τοῦτο τόν τε λεγόμενον Γυμνὸν, καὶ Γρηγόριον τὸν Μεσήμαρ, καὶ τὸν Τεσσαρακοντάπηχυν. Προσεκαλεῖτο δὲ καὶ τοὺς Πατζινάκους εἰς συμμαχίαν. Ὁ βασιλεὺς δ' ὡς ἔγνω τὸν τούτου σκοπὸν καὶ τὴν προαίρεσιν, χρυσοβούλλῳ γραφῇ τὸ ἀμέριμνον αὐτῷ περιποιησάμενός τινα τῶν οἰκείων πρὸς αὐτὸν ἐξαπέστειλε, παντὸς μὲν ἀπολύων δέους αὐτὸν καὶ νωβελισσίμου βραβεύων ἀξίωμα. Ὁ δὲ τὰς ἐν χερσὶν εὐεργεσίας περιφρονήσας ἀνόνητα μενεκλαύσατο ὕστερον. Διὸ καὶ στέλλεται κατ' αὐτοῦ ὁ νωβελίσσιμος Ἀλέξιος τιμηθεὶς σεβαστὸς μετὰ στρατιᾶς ἀξιολόγου καὶ ἱκανῆς. Φρουρὰν οὖν ἐν τῷ περιθεωρίῳ τοῦ Βασιλακίου καταλαβὼν στρατηγὸν ἔχουσαν τὸν Γυμνὸν, πολέμῳ τοῦτον ἀνῄρπασε. Προβιβάζων δὲ τὴν στρατιὰν ἄχρι Θεσσαλονίκης ἀπαθὴς διεσώθη κακῶν. Ἔκ τινος δὲ διαστήματος τὸν χάρακα θεὶς πέραν τοῦ ποταμοῦ τοῦ λεγομένου Βαρδαρίου, ἐκεῖσε τὸν στρατὸν διαναπαῦσαι ἐσκόπησεν. Ὁ δὲ Βασιλάκιος τὴν νίκην κλέψαι ἀγωνιζόμενος, ἐσκέψατο νυκτίλοχος ἐπιπεσεῖν αὐτῷ καὶ τοῦτον κατὰ κράτος ἑλεῖν καὶ ἀπωλείᾳ παραδοῦναι παντελεῖ. Τοῦ δὲ Γεμιστοῦ τὴν ἐπιβουλὴν καταμηνύσαντος τῷ Σεβαστῷ, ἐφυλάξατο ταύτην αὐτός τε καὶ οἱ περὶ αὐτόν. Ἐλάσας τοίνυν ὁ Βασιλάκιος δι' ὅλης τῆς νυκτὸς, ἀπροόπτως τῷ δοκεῖν καὶ ἀδιαγνώστως, πολέμῳ χαλεπῷ περιέπεσε. Κατὰ κράτος οὖν ἡττηθεὶς καὶ τῶν οἰκείων πλείστους ἀποβαλὼν, καὶ μᾶλλον τῶν Φράγγων, καὶ αὐτὸς δὲ τῷ δομεστίκῳ ἀντιταχθεὶς καὶ παρ' αὐτοῦ καταπονηθεὶς εἰς τὴν τῆς Θεσσαλονίκης ἀκρόπολιν καταπέφευγεν, οἰόμενος τῷ ὀχυρώματι ἀποσοβῆσαι τὴν τοῦ Σεβαστοῦ ἐπέλευσιν. [P. 866] Ὁ δὲ Σεβαστὸς μηδὲν μελλήσας τὴν ἅλωσιν τοῦ φρουρίου τοῖς ἀμφ' αὐτὸν προετρέψατο διὰ τάχους ποιήσασθαι· οἱ καὶ ἐνεργεῖς τὰς προσβολὰς ποιησάμενοι, τῶν Θεσσαλονικέων συμφρονησάντων αὐτοῖς, ταχὺ τούτου περιγίνεται καὶ τῆς ἀκροπόλεως ἐκυρίευσεν. Ἁλίσκεται δὲ καὶ αὐτὸς, σιδηροῖς ἐμβάλλεται δεσμοῖς, καὶ τῷ βασιλεῖ ἀποστέλλεται δέσμιος. Τῆς δὲ ἀγγελίας κατακομισθείσης τὸν βασιλέα προστάξει αὐτοῦ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐξορύττεται ἔγ-

γιστα τῆς Χρυσουπόλεως· καὶ ἔκτοτε ὁ τόπος ὠνομασται βρύσις (49) τοῦ Βασιλακίου. Τούτου γενομένου ἦχθη ἐφ' ἁμάξης φόρτος ἐλεεινὸς καὶ δυστυχὲς καταγώγιον.

Ἐν ὅσῳ δὲ τὰ στρατεύματα εἰς τὴν περὶ τὸν Βασιλάκιον ἠσχολοῦντο ἐκστρατείαν, Πατζινάκοι ἀναμὶξ Κομάνοις τῇ Ἀδριανουπόλει ἐπῆλθον, ὀργιζόμενοι διὰ τὸ παρὰ τοῦ Βρυεννίου ἀναιρεθῆναί τινας αὐτῶν. Πυρὰν οὖν ὑφάψαντες πολλὰ τῶν ἐκεῖσε οἰκημάτων κατέπρησαν, καὶ μηδὲν ἄξιον λόγου πεπραχότες ὑπέστρεψαν.

Ὡμολόγησε δὲ τούτῳ τῷ ἔτει καὶ Φιλάρετος κουροπαλάτης ὁ Βραχάμιος πίστιν τῷ βασιλεῖ καὶ δούλωσιν. Ἔν τισι γὰρ τόποις ὀχυροῖς τείχεσι καὶ ξυναγκείαις περιειλημμένος τὴν οἴκησιν ποιούμενος, Ἀρμενίων τε πληθὺν καὶ συγκλύδων ἀνδρῶν συλλεξάμενος, τῷ μὲν προβεβασιλευκότι Μιχαὴλ ἀκαταδούλωτος ἦν, καὶ τὴν βασιλικὴν ἐπικράτειαν ἑαυτῷ οἰκειούμενος, τοῦ δὲ Βοτανειάτου περιζωσαμένου τὴν ἀρχὴν τὴν αὐτοκράτορα δοῦλος αὐτεπάγγελτος γέγονε.

Λέκας δέ τις ἀπὸ Παυλικιάνων Φιλιππουπόλεως ὡρμημένος ἐξ Ἐπιγαμβρίας ηὐτομόλησε τοῖς Πατζινάκοις, καὶ τούτοις συμφρονῶν τῇ Ῥωμαίων ἠπείλει τὰ φοβερώτατα· ἀλλὰ καὶ Δοβρομηρός τις ἐν Μεσημβρίᾳ διακυκῶν. Καὶ τῷ βασιλεῖ ἀντᾶραι μελετῶντες, δείσαντες καὶ τοῖς τῶν ἄλλων σωφρονισθέντες κακοῖς, πρὸ τῆς πείρας δουλικῷ ζυγῷ τοὺς αὐχένας ὑπέκλιναν καὶ προσῆλθον ἱκέται αὐτόμολοι. Τότε δὴ ὁ Λέκας τὸν ἐπίσκοπον Ζαρδικῆς Μιχαὴλ τὰ τοῦ βασιλέως φρονοῦντα καὶ τὴν πόλιν αὐτὸ τοῦτο ποιεῖν παραινοῦντα ἀνεῖλε, τὴν θείαν καὶ ἱερατικὴν στολὴν ἀμπεχόμενον. Ἠξίωσε δὲ ὁ βασιλεὺς καὶ τὴν πρὸ τοῦ Αὐγοῦσταν Εὐδοκίαν προνοίας μεγάλης. Ἄρτι δὲ τῶν Τούρκων τὴν Ἑῴαν κατατρεχόντων, στρατὸν ἀξιόχρεων συνηλικὼς στρατηγὸν αὐτοῦ ἐφίστησι Κωνσταντῖνον τὸν υἱὸν Κωνσταντίνου τοῦ Δούκα. Καὶ αὐτίκα διαπεράσας νεωτερίζει κατὰ τοῦ βασιλέως, καὶ βασιλεὺς αὐτίκα ἀναγορεύεται παρὰ τοῦ ἐν Χρυσοπόλει συνόντος αὐτῷ στρατιωτικοῦ πλήθους. Ἀξιώσας δὲ περὶ τούτου ὁ βασιλεὺς καὶ μὴ εἰσακουσθείς, τοὺς μὲν δώροις καὶ ἀξιώμασι μειλιξάμενος, ἄλλους δὲ ἄλλον τρόπον μεταχειρισάμενος, λαμβάνει τοῦτον ἀναιμωτί, [P. 869] αὐτῶν τῶν ἀναγορευσάντων προδεδωκότων αὐτόν. Ἀποκείρει γοῦν αὐτὸν μοναχὸν καὶ εἴς τινα νῆσον περιορίζει. Λέγεται δὲ ὅτι καὶ εἰς πρεσβυτέρου ἀνήχθη βαθμόν.

Ὀκτωβρίῳ δὲ μηνὶ, ἰνδικτιῶνος ιγ', κεραυνὸς ἐνσκήψας ἐν τῷ τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου κίονι, οὗ ἄνωθεν ἡ στήλη αὐτοῦ (50) ἵστατο. Ἀπόλλωνος οὖσα ἀφίδρυμα πρότερον, εἰς ὄνομα δὲ μετονομασθεῖσα, μέρος τε τούτου διέτεμε, καὶ ζωστῆρας τρεῖς, σιδηροῦς μὲν τὰ ἔνδον, τὰ δὲ ἔξω χαλκοῦς, κατέκαυσε. Τοῦ δὲ ἀρχιερέως τῆς Βουλγαρίας

Basilacii; quo facto perductus est in curru onus miserabile et infelix ludus.

Interea vero dum exercitus in expeditione adversus Basilacium occupatur, Patzinaci cum Comanis conjuncti Adrianopolim invasere, irati quod a Bryennio quidam ex ipsis interfecti fuerant. Succensa igitur pyra multas ibi domos combussere, nullaque re memoratu digna gesta reversi sunt.

Professus est hoc anno etiam Philaretus curopalates Brachamius fidem et servitutem imperatori: in quibusdam enim locis muris munitis et convallibus comprehensis habitans coacta Armeniorum et advenarum multitudine, nunquam Michaeli, qui antea imperaverat, subjici voluit, et sibi regiam potestatem vindicaverat. Verum cum Botaniates adeptus esset imperium, servus ultro ad eum accessit.

Lecas autem quidam a Paulicianis ex Philippopoli profectus, Epigambria ad Patzinacas transfugit, et cum his consentiens Romanis formidabilia minabatur; quin etiam Dobromiris quidam in Mesembria res perturbans. Et uterque meditantes imperatori resistere, veriti et aliorum malis edocti, ante conatum servili jugo cervices submisere, et ad eum ultro supplices accesserunt. Tunc Lecas episcopum Sardices imperatoris studiosum, et civitatem ut hoc ipsum faceret adhortantem, occidit 742 sacram et sacerdotalem vestem indutum. Magnam quoque curam gessit imperator Eudociæ illius quæ ante se fuerat Augusta. Cum vero nuper Turci Orientem percurrerent, coacto idoneo exercitui ducem præfecit Constantinum Constantini Ducæ filium; qui statim trajecto exercitu adversus imperatorem res innovat, et e vestigio imperator ab ea militari multitudine quæ cum ipso erat Chrysopoli salutatur. Cumque de ipso imperator voluisset nescio quid statuere, non exauditus, alios donis atque honorum pollicitationibus deliniens, alios alia ratione ab incepto abducens, ipsum sine sanguine accipit, proditum sibi ab iis qui eum imperatorem declaraverant. Detondet igitur illum monachum, et in quamdam insulam relegat. Fertur etiam ad presbyteri gradum perductus.

Octobri autem mense, indictione decima tertia, fulmen magni Constantini columnam percussit, supra quam stabat ipsius columna, quæ prius erat sedes Apollinis, deinde nomine ipsius appellata; et partem ejus discidit, triaque vincula intus ferrea, extra ærea combussit. Vita autem functo Joanne Bulgariæ archiepiscopo in transitu Basilacii, alium

JACOBI GOARI NOTÆ.

(49) *Fontem* βρύσιν vel βρύσην hodie vulgo Græci nuncupant. Βασιλακίου itaque βρύσις locus ubi ex effossis ejus oculis sanguis erupit est dictus.

(50) *Ejus statua.*

in ejus locum imperator declaravit, Joannem itidem nomine, qui Aoinus, id est abstemius, vocabatur, quod nunquam vinum gustaret. Similiter mortuo Antiochiæ patriarcha declaravit imperator quemdam Nicephorum Maurum 743 cognomento. Scopiorum autem dux delectus est Alexander Cabasilas. Leo vero Diabatenus in Mezembriam missus res illic moderabatur, et cum Patzinacis et Comanis percusso fœdere consensit. Dedit item sororis suæ filiam Synadenen, Theodulo Synadeno genitam, crali Ungariæ uxorem, quo etiam mortuo rursus est Byzantium reversa. Et alii multi metropolitæ et sacri viri ipso imperante delecti sunt; qui omni reprehensione caruerunt. Imperator autem frugalitati et simplicitati assuetus nulla ex parte a suis moribus declinavit. Erat autem maxime promptus ad largiendum et liberalissimus et ad omnes propensus. Erant ipsi duo servi Borilus et Germanus, qui non ei ut servi obediebant, sed quæcunque ipsis liberent, sine controversia peragebant; propter quos ille odiosus erat senatus principibus, qui ægre ferebant illorum in omnes facinora. Ubi vero, ut superius declaratum est, logotheta ad Ruselium confugit et apud ipsum commoratus est, detonsusque ab ipso servabatur, Ruselium veneno interficit. Sed a propinquis Ruselii ad Botaniatem perductus in Prota insula asservatur. Cumque ii qui cum ipso erant optime nossent, si solum ipsum videret, fore ut veniam consequeretur, utpote qui multarum rerum usu præditus esset, et imperator ipse ad res gerendas esset hebetior, qui cum imperatore erant haud conducere sibi existimantes (fore enim sibi impedimento 744 suspicabantur) misso magno hetæriarcha Straboromano eum interficiunt; cui tamen ab imperatore id unum mandatum fuerat, ut de iis pecuniis quæ ad regiam urbem pertinerent eum modo interrogaret, neque ulterius in rebus ei molestiam exhiberet. Ille autem simul atque ad eum pervenit, vinciri jubet et acerbe torqueri, adeo ut in ipsis tormentis animam efflarit, quamvis promitteret, si non torqueretur, se et confessurum et redditurum ipsas pecunias. Verum, ut dixi, non tantum ipsis curæ erant regii thesauri, quantum efficere ut e medio tolleretur, priusque in conspectum veniens imperatoris cum eo colloqueretur. Et quæ ad cædem logothetæ pertinent hunc exitum habuere.

A Ἰωάννου τελευτήσαντος ἐν τῇ τοῦ Βασιλακίου διόδῳ, ἕτερον ἀντ' αὐτοῦ ὁ βασιλεὺς προεβάλετο, Ἰωάννην καὶ αὐτὸν καλούμενον, Ἄοινον δὲ ὀνομαζόμενον διὰ τὸ μηδ' ὅλως μετέχειν αὐτοῦ. Ὡσαύτως δὲ καὶ τοῦ Ἀντιοχείας πατριάρχου κοιμηθέντος προεβάλετο ὁ βασιλεύς τινα Νικηφόρον, Μαῦρον τὴν ἐπωνυμίαν φέροντα. Σκοπίων δὲ δοὺξ προεβλήθη ὁ Καβασίλας Ἀλέξανδρος. Λέων δὲ ὁ Διαβατηνὸς εἰς Μεσημβρίαν ἀποσταλεὶς τὰ ἐκεῖσε ἦν διοικῶν καὶ μετὰ τῶν Πατζινάκων καὶ τῶν Κομάνων συμβιβάσεις καὶ σπονδὰς τιθέμενος. Δέδωκε δὲ καὶ τὴν ἀνεψιὰν αὐτοῦ ὁ βασιλεὺς τὴν Συναδηνὴν, θυγατέρα οὖσαν Θεοδούλου τοῦ Συναδηνοῦ, τῷ κράλῃ Οὐγγρίας εἰς γυναῖκα, οὗ καὶ τελευτήσαντος αὖθις εἰς τὸ Βυζάντιον ὑπέστρεψε. Καὶ χειροτονίας δὲ πολλὰς μητροπολιτῶν τε καὶ τῶν ἄλλως ἱερωμένων γεγόνασιν ἐπὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ, μὴ ἔχουσαι τὸ ἀνεπίληπτον. Ὁ δὲ βασιλεὺς λιτότητι καὶ ἁπλότητι συνειθισμένος κατ' οὐδὲν τοῦ οἰκείου ἐξέστη τρόπου. Φιλοδωρότατος δὲ ἦν καὶ προετικὸς καὶ πᾶσιν ἑτοίμως ἐπικλινόμενος. Ἦσαν δὲ τούτῳ δοῦλοι δύο, Βορίλος τε καὶ Γερμανὸς, οὐ κατὰ δούλους αὐτοῦ ὑπακούοντες, ἀλλὰ πᾶν τὸ αὐτοῖς βουλητὸν διαπραττόμενοι ἀνενδοιάστως· δι' οὓς καὶ φορτικὸς τοῖς ἐξοχωτέροις τῆς συγκλήτου ἐνομίζετο, δακνομένοις ἐφ' οἷς εἰς πάντας ἐπεδείκνυντο. Ἐπεὶ δὲ, ὡς ὁ λόγος φθάσας ἱστόρησεν, ὁ λογοθέτης τῷ Ῥουσελίῳ προσέδραμε καὶ παρὰ τούτῳ διῆγε κατασχεθείς τε πρὸς αὐτοῦ ἐτηρεῖτο, τὸ μὲν Ῥουσέλιον φαρμάκῳ ἀναιρεῖ, παρὰ δὲ τῶν ἐπιτηδείων τοῦ Ῥουσελίου τῷ Βοτανειάτῃ προσαχθεὶς φρουρεῖται ἐν τῇ νήσῳ Ιρώτῃ.

B

C Τῶν δὲ περὶ αὐτῶν εἰδότων ἀκριβῶς ὡς εἰ μόνον ἴδῃ αὐτὸν, συμπαθείας τε τεύξεται καὶ εἰς τὸ τὰ κοινὰ διοικεῖν προσληφθήσεται ὡς πολύπειρος, ἀμβλύτερον πρὸς ταῦτα τοῦ βασιλέως ἔχοντος, ὅπερ μὴ συμφέρον αὐτῷ οἱ περὶ τὸν βασιλέα λογιζόμενοι (ἔσεσθαι γὰρ αὐτὸν σκόλοπα ἑαυτοῖς ὑπελάμβανον) ἀποστείλαντες τὸν μέγαν ἑταιρειάρχην τὸν Στραβορωμανὸν ἀναιροῦσιν αὐτὸν, παρὰ μὲν τοῦ βασιλέως προστεταγμένον ὃν περὶ τῶν τῇ βασιλίδι διαφερόντων χρημάτων (51) πυθέσθαι μόνον αὐτοῦ καὶ μὴ περαιτέρω τούτῳ ἐνοχλῆσαι. [A. 852] Ὁ δὲ ἅμα τῷ ἀφικέσθαι δεσμεῖ τε αὐτὸν καὶ ἐτάζει σφοδρῶς, ὃς δὴ καὶ ἐν τῷ ἐτάζεσθαι ἀφῆκε, τὴν ψυχήν. Καίτοι γε ὑπισχνεῖτο, εἰ μὴ ἐτασθείη, ὁμολογῆσαι ταῦτα καὶ ἀναδοῦναι· ἀλλ', ὥσπερ ἔφην, οὐ τοσοῦτον ἔμελεν αὐτοῖς τῶν βασιλικῶν θησαυρῶν, ὅσον ποιῆσαι αὐτὸν ἐκποδὼν πρὸ τοῦ εἰς ὄψιν ἐλθεῖν καὶ ὁμιλίαν τῷ βασιλεῖ. Καὶ τὰ μὲν κατὰ τὴν ἀναίρεσιν τοῦ λογοθέτου τοιοῦτον ἔσχε τέλος.

JACOBI GOARI NOTÆ.

(51) Hæc logothetam ærarii præfectum esse si non convincunt, soi alter meridie serenoque cœlo desiderandus est.

ANNO DOMINI MLXXII

MICHAEL PSELLUS

—

LEONIS ALLATII

DE PSELLIS ET EORUM SCRIPTIS

DIATRIBA.

—

Diatribam hanc post editionem Romanam anni 1634 recudit Fabricius in *Bibliothecæ Græcæ* tomo V. Integram damus, quia, cum, de ipso Michaele Psello nostro agens (inde a § XXI), ad alios sæpenumero, de quibus jam egit aut acturus est, provocet auctor, fit ut scriptores ab eo recensiti nexu quodam inter se jungantur.

—

SYLLABUS PSELLORUM

De quibus in hac Diatriba disserit Allatius.

I. Michael Psellus sive Τραυλὸς imperator, ab A. C. 820 ad 829. Sect. 1.
II. Michael Psellus, Leonis Byzantini, cognomento Philosophi, præceptor, Photii discipulus, clarus circa A. C. 870. Sect. 2-20.
III. Michael Psellus, Michaelis Ducæ imp. præceptor, clarus circa A. C. 1050. Sect. 21-33. Ejus scripta edita. Sect. 34, 52 et 78; inedita, sect. 53-77. — Hujus etiam sunt capita illa de omnifaria doctrina, quæ hic primum cum Allatio edidi.
Michael Ephesius a Psello diversus. Sect. 31. Forte ipse Michael Ducas imp. Pselli discipulus. Sect. 32.
IV. Michael Psellus, medicus, sub Constantino Porphyrogenneta. Sect. 71.
V. Michael Psellus, vir militaris, sub Theodoro Lascari. Sect. 79.
VI. Joannes Psellus. Sect. 49, 56, 80.
VII. Constantinus Psellus. Sect. 50 et 80.

I. *Michael Psellus, sive* Τραυλὸς *imp.*

[1] I. Primus omnium (*a*) sit Michael Amorianus (*b*), post Leonem Armenium imperator Constantinopolitanus, quem alii Τραυλὸν, *Balbum* dixere. nos Ψελλὸν (idem enim erit, quidquid alii dicant) vocabimus. Suidas, Ψελλὸς ἀσήμως, ἀνάρθρως λαλῶν, Τραυλὸς, *Psellus, obscure, inarticulate loquens, Balbus.* Sed ne cognomina, summa etiam religione conservanda, in alias ejusdem significationis voces immutare, etsi non novo exemplo, videamur, en testem omni exceptione majorem, ea prope tempora scribentem, Nicetam, qui et David dicebatur, Paphlagonem, in Vita sancti Ignatii patriarchæ, qui dictum imperatorem non alio quam Pselli cognomine insignit. Μιχαὴλ γὰρ, ὃν καὶ Ψελλὸν φασι, δομέστικος τῶν ἐξκουβίτων ὢν τότε, καὶ ὡς τυραννίδα μελετῶν διαβληθεὶς καὶ κατακλεισθεὶς διὰ τῶν αὐτοῦ συνωμοτῶν. *Etenim Michael, quem Psellum nominant, excubitorum tunc domesticus, de affectato regno delatus, et in custodiam datus a commilitonibus suis, et sociis conjurationis*, etc. Hic tamen in posterioribus historicis sub Τραυλοῦ, *Balbi*, nomine innotescit : in Christianæ fidei dogmata, res ecclesiasticas, et præcipue in adorationem sacrarum imaginum, voce et opere vere ψελλὸς, *blæsus*, vere τραυλὸς, *balbus*.

II. *Michael Psellus, Photii discipulus, circa A. C.* 870.

[2] II. Alter Michael Psellus in Antro insula, doctus vir, in cognoscendis atque tradendis optimis artibus ac disciplinis studium omne suum posuerat; multis ipse nominibus commendatus, sed eo præcipue, quod solus, cæteris omnibus in deploratissima Græcia, somno ac luxu marcescentibus, emortuas Musas omnes non intermisit, sed accuratius pertractavit, volentibusque philosophiæ fontes aperuit. Ab hoc Leo Byzantius, Joannis patriarchæ Constantinopolitani nepos, stirpe Morocharzaniorum, cognomento Philosophus, post studia puerilia liberalium disciplinarum elementa hausit, ut refert Joannes Scylitza in *Historia Orientali* et ex Scylitza Cedrenus in *Synopsi*, Τὰ μὲν

NOTÆ.

(*a*) Non omittendus erat omnibus ab Allatio memoratis antiquior *Simon Psellus*, Flavii Josephi πρόπαππος sive atavus, cujus ipse meminit in limine Vitæ suæ.

(*b*) Amorium Phrygiæ oppidum, quo oriundus Michael Balbus obiit A. C. 829, mense Octobri, cum imperasset annos VIII, menses 9 et dies totidem.

οὖν γράμματα ἔλεγεν ὁ Λέων, καὶ ποιητὰς μυπθῆ- A
ναι κατὰ τὴν Βασιλίδα, ῥητορικὴν δὲ, καὶ φιλοσο-
φίαν, καὶ ἀριθμῶν ἀναλήψεις, καὶ τὰς τῶν λοιπῶν
ἐπιστημῶν ἐφόδους κατὰ τὴν νῆσον Ἄντρον γενόμε-
νος· ἐκεῖσε γὰρ σπουδαίῳ τινὶ ἐντυχὼν ἀνδρὶ Μι-
χαὴλ τῷ Ψελλῷ, καὶ τὰς ἀρχὰς μόνον, καί τινας λό-
γους, καὶ ἀφορμὰς λαβὼν παρ' αὐτοῦ, ἐπεὶ μὴ ὅσον
ἐβούλετο εὕρισκε, περιενόστει τὰ μοναστήρια, καὶ
τὰς ἐν αὐτοῖς ἀποκειμένας βίβλους ἀνερευνῶν τε
καὶ ποριζόμενος, καὶ σπουδαίως ἐμμελετῶν πρὸς
τὸ τῆς τοσαύτης γνώσεως ὕψος ἀνεβιβάσθη. Id est,
*Litteris et poetis Leo, ut ipse ferebat, initiatus fuit
Byzantii. Rhetoricam, philosophiam, arithmeticam,
et reliquas scientias in Antro insula didicit, ibi
versatus cum Michaele Psello, præstante viro, ab
eoque principiis tantum et quibusdam præceptis,* B
*occasionibus discendi instructus, neque tantum,
quantum desiderabat adeptus, monasteria pervagatus
est, librosque in iis repositos perquirens, atque scru-
tans, studioseque meditans ad tantæ doctrinæ fasti-
gium evasit.* Leonem primis litteris initiatum,
Musisque litasse Byzantii vides.

III. Profanis tamen studiis Gentiliumque disci-
plinis addictissimus, rem Christianam omnino
neglexerat, adeo ut multis aliis, et præsertim
Constantino discipulo, visus sit, repudiata Chris-
tianorum fide, in gentilismum et futiles anti-
quorum Græcorum τελετὰς animum applicasse,
cultumque exosculatum, deos improbe adorasse.
Viri ingenium conviciis Constantinus acriter ver-
beravit, et carmine elegiaco insectatus est, quod
ita clausit :

Ταῦτα δὲ Κωνσταντῖνος ὁ σῆς γάλα Καλλιοπείης,
Καλὸν ἀμελξάμενος, φησὶν ἐπισταμένως,
Ὅς ῥα τεῆς κραδίης μυστήρια λεπτολογήσας,
Ὀψὲ μόγις κακίην κευθομένην ἐδάην.

Id est : [3] *Hæc vero Constantinus, qui tuæ lac
Calliopes pulchrum ebibit, expertus dicit : Qui tui
cordis arcana intime expendens, tandem aliquando
iniquitatem occultam percepi.* Discipuli calumniam
Psellus ægre tulit, et carmine iambico, eoque pro-
lixo, quo se Christi asseclam, et gentium hostem
palam fatetur, injuriam propulsavit. Carmen ele-
gantissimum, sicut et alia ejusdem inedita apud
me sunt ; et tibi non invidissem, sed brevitatis
studio in alia magis necessaria ducor. Ut tamen
melius res Christianas pertractaret, Photio patriar- D
chæ post Ignatii restitutionem, ad mysteria nostræ
fidei addiscenda, totum se tradidit, a quo divina
doctrina instructus, prioribus studiis valedixit,
quod ipse elegiaco illo carmine refert :

Ἔρρε μοι, ὦ τριτάλαινα Πολύμνια. Ἔρρετε, Μοῦ-
[σαι,
Αὐταρ ἐγὼν ἀπὸ νῦν ῥητορικῆς ἔραμαι,
Φώτιον ἀρχιερῆα γεροντοδιδάσκαλον εὑρών,
Ὅς με γάλακτ' ἔθρεψεν θείων ναμάτων.

Id est : *Vale mihi, o ter miseranda Polymnia. Valete,*

*Musæ. Ipse enim nunc demum rhetorices desiderio
teneor, cum Photium summum præsidem senem ma-
gistrum adinvenerim, qui me lacte enutrivit divina-
rum scaturiginum.* Vocat Photium γεροντοδιδάσκα-
λον, vel quod senex, vel quod senem erudiret ;
ambo quippe erant ætate provectiore. Idque com-
modius Leoni successit, inter aulæ primates non
postremo. Nam Photius dignitate spollatus in regia
Basilii Macedonis vitam agens, Leonem ac Con-
stantinum, cæterosque Basilii filios ad humanita-
tem, eloquentiam et alias disciplinas informabat.
Hinc etiam aditus Leoni ad diviniora studia cape-
senda datus est. Id habeo ex Constantino Porphy-
rogenneta (*c*) de vita et rebus gestis Basilii Mace-
donis : Οὐ μὲν οὐδὲ πρὸ τούτου διέλιπε φιλοφρονού-
μενος αὐτὸν, Φώτιον, καὶ τιμῶν διὰ τὴν ἐν αὐτῷ
παντοδαπὴν σοφίαν τε καὶ ἀρετήν. Ἀλλὰ κἂν εἴ
τῆς καθέδρας μετέστησεν, οὐδὲν τοῦ δικαίου θέλων
ἄγειν ἐπίπροσθεν, ὅμως τῶν εἰς παραμυθίαν οὐδὲν
ἐνέλιπε παρεχόμενος. Ὅθεν κἀν τοῖς βασιλείοις δια-
τριβὴν αὐτῷ δοὺς τῶν οἰκείων παίδων ἀπέδειξε παι-
δευτὴν καὶ διδάσκαλον. Id : est *Neque vero antea
humanitatis in eum, Photium, studia prætermiserat :
quinimo propter omnimodam in eo sapientiam ac
virtutem honoribus auxit. Et licet a patriarchali
sede dimovisset, justitiæ primas concedens, attamen
omnia in eum, quibus solari posset, officia contulit.
Unde et in regiam evocatum propriorum filiorum
informatorem ac magistrum constituit.*

[4] IV. Leo itaque, sive tradendæ philosophiæ
munere, sive præstantia, qua et ipse in philoso- C
phicis alios superabat, philosophi sibi cognomen
vindicavit. Id cum ecclesiasticæ parens historiæ
in Annalibus annotasset, anno Domini 859 Mi-
chaelem Psellum floruisse, non incongrue affirma
vit. Eo namque tempore Michael Psellus non il-
laudatus vir in philosophandi scientia probabatur,
a Michaele altero Psello sub Constantino et Mi-
chaele Ducis, diversus, quos parum caute plerique
confundentes, misere historiæ ordinem ac tem-
pora perturbarunt, adeo ut non nemo in paucissi-
mis verbis quam plurima mendacia et nugas legen-
tibus obtrudat. Ne nimius sim, en Gregorii Gyraldi
verba *De poet. histor.*, Dialogo 5 : *Fuit quidem non
incelebris Leo ille, qui Basilii filius, Philosophus
cognominatus est, qui circiter annum* 887 *a Verbo
Dei corporato, Byzantii et Orientis annis* 25 *impe-* D
*rium tenuit, cujus filius Constantinus Ducas fuit,
qui et de Christiana religione probe sensit, et opti-
mis artibus et disciplinis operam naviter impendit.
Hujus Constantini liber ille celebratus est, quem
moriens Romano filio reliquit, in quo summam totius
imperii, sociorum fœdera, hostium vires, quæ e
quantæ essent, aliaque omnia ad imperium spectan-
tia complexus est : quem librum hodie Venetorum
respublica in sua peculiari bibliotheca diligentissime*

NOTÆ.

(*c*) In Allatii Symmictis, p. 83.

custodire facit. Hujus quoque Constantini tempore, vir cum in omni liberalium artium scientia, sed et peregrinarum floruit M. Psellus, cujus innumerales pene libri curiosorum et studiosorum manibus teruntur. Ad hunc certe Constantinum Pselli de victus ratione, hoc est, de diæta et de auro conficiendo, hoc est, Chrysopœia libri exstant, quos quidam non sane indoctus Constantino magno datos perperam etiam scripto credidit : ut Commentaria mittam, quæ in Zoroastris Chaldaica symbola leguntur, et Canones astronomicos, etc. ; et paucis interjectis : *Fuit et hujus Constantini Ducæ filius, et M. Pselli discipulus, Michael Ducas imperator Constantinopolitanus, qui a fame et penuria, quæ in exordio ejus principatus Constantinopolitanam urbem invaserat, Parapinaceus cognominatus fuit. Hic quidem Michael cætera ignarus ac socors nisi quod bonis artibus sub Psello profecit, atque imprimis in factitandis versibus, qua in re Græca illum imperatorem commendat historia.*

V. Miror hominem sanæ mentis tam inconsiderate locutum. Leo Philosophus, Leo illi est imperator, Basilii filius. Error. Certum est Leonem imperatorem humanioribus, philosophicis sacrisque studiis addictissimum plurima, quæ etiam exstant, laudabiliter in disciplinarum omni genere conscripsisse: ideoque σοφὸν, sapientem [5] scilicet cognominatum, at nunquam illi philosophi nomen attributum ab eruditioribus est. Ex Leone itaque non Philosopho, altero Sapiente unum facit Leonem, eumque filium Basilii. Imperitius lapsus est auctor *Theatri vitæ humanæ*, vol. XXI, lib. II, pag. 3759. *Litteris Leo Philosophus imperator initiatus fuit Byzantii, rethoricam, philosophiam, arithmeticam et reliquas scientias in Antro insula didicit, ibi versatus cum Michaele Psello. Cedrenus.* Ingens sane imperatoris et ardens studium, licet auctoritas et facultates nullæ, qui relicta domo neglectisque summi fastigii opibus, in insulam Antrum pro capessendis disciplinis ad magistrum Psellum pererraverit. Nonne multo facillius, præmio, quod poterat, maximo proposito, Psellus vocatus accessisset ? Falsum etiam est id asserere Cedrenum, qui Philosophum Leonem a Leone Sapiente et imperatore diversum novit. Et Cedrini verba de Leone Philosopho sunt, quæ supra adduximus.

VI. Pergit Gyraldus : *Cujus*, Leonis scilicet, *filius Constantinus Ducas fuit.* Quis id dixit? Constantinus Ducas longe ab his temporibus vixit. Neque Constantinus Leonis filius Ducæ sibi cognomen unquam ascivit, sed Porphyrogennetæ, quo maxime gaudet et gestit. Ducæ cognomen post centum sexaginta ad minus annos in imperio cepit. *Qui et de Christiana religione probe sensit.* De Constantino Duca forte verum fuerit. Verum quanam ratione Constantinus Leonis filius schismatis propugnator de Christiana religione probe sentire potuit, judicent alii. Conatus illius in vindicando ab injuriis Photio, vel solo Unionis tomo, a Leunclavio in Jure Græco-Romano lib. II edito, satis superque liquet. *Hujus Constantini liber ille celebratus est, quem moriens Romano filio reliquit.* Eum ex codice bibliothecæ Palatinæ, qui Baptistæ Ignatii olim fuisse perhibebatur, descriptum, Græce et Latine edidit Joannes Meursius, cum aliis ejusdem Constantini opusculis, Lugduni Batavorum apud Elzevirum 1627, in-8°. Verum is non Ducæ, sed Porphyrogennetæ fuit. *Hujus quoque Constantini tempore floruit Michael Psellus.* Si de Psello, cujus innumerabiles, ut ipse ait, libri circumferuntur, sermo est, fallit. Ille etenim non eo tempore vixit. Si de præceptore Leonis Philosophi, licet non fallat, ille tamen innumerabilium librorum editione non celebratur. De quo, an aliquid (*d*) scripserit, adhuc dubitamus. *Ad hunc certe Constantium Pselli de victus ratione, hoc est, de diæta.* Hoc [6] quoque falsum est. Nam Psellus qui *De victus ratione* conscripsit, Constantino Ducæ (*e*), vel si placet, Constantino Monomacho librum nuncupavit. *Et de auro conficiendo.* Nihil minus. Libellum etenim illum ad patriarcham Michaelem Cerularium, cujus hortatu illum conscripserat, misit. *Quos quidam non sane indoctus.* Optime hic aliorum ineptias abdicat, et nonnulla Pselli commentaria, non tamen Leonis Philosophi magistri, recenset. Subdit, *Fuit et hujus Constantini Ducæ filius, et Michaelis Pselli discipulus Michael Ducas imperator Constantinopolitanus, qui a fame et penuria Parapinaceus* (*f*) *cognominatus fuit.* Nugæ, Constantini, Leonis filii, nullus fuit filius Michael, sed Romanus, cui librum, ut Gyraldus supra dixerat, moriens, *De administrando imperio* reliquit. Et Michael iste sub Psello præceptore Constantinum Ducam patrem cognoscit Annon bene tractat historiam Gyraldus ? Annon bene de Psello atque his imperatoribus meritus, quos fœdissime commiscendo confundit, et loco suo ejectos ad alia tempora conjicit?

VII. Possevinus item, dum scripta recentioris Pselli ad veterem illum Leonis præceptorem transfert, satis male antiquitatem accipit : *Michael Psellus, qui Leonis, cognomento Philosophi, fertur fuisse præceptor, pleraque scripsit, tum ad theologiam, tum ad philosophiam atque ad alias disciplinas, sive mechanicas, sive medicas spectantia ; si tamen omnia, quæ ascribuntur, legitima sunt illius opera.* Nec plus sapit Franciscus Bosquetus, præfat. ad lectorem in Michaelis Pselli de legibus

NOTÆ.

(*d*) Præter carmina, ut illa de quibus supra § 3.
(*e*) Aliter tamen ipse Allatius infra § 11.
(*f*) Quod πινάκιον sive quarta pars modii eo tempore ementibus subtraheretur. Vide Cangium in Πινάκιον.

Syntagma : *Michaelem Psellum, qui præter propter annum Christi* 850 *Leonis Philosophi imperatoris*, etc.

VIII. Et sane parum caute Andreas Schotius Præfat. ad Psellum in Cantica canticorum, et Gerhardus Vossius de *Historicis Græcis* lib. II, cap. 26, Cæsari Baronio et Bellarmino imponunt, sibi et aliis persuasisse conati, floruisse Psellum Christi anno 859, quo Constantinopoli imperator Leo Philosophus fuit, quem et Psellus litteris informavit. Licet enim de Psello verum sit, nec in eo Baronius fallitur; fuit enim vere eo tempore Psellus quidam, litteratura insignis; nunquam tamen Baronius eum Psellum Leonem imperatorem litteris imbuisse affirmavit,sed Leonem Philosophum longe ab imperatore Leone diversum. *Baronius*, dicunt, *a Psello, non Leonis æquali, sed multo recentiore, Simeonem Metaphrastum oratione panegyrica celebrutum narrat.* Ita est. Sed non dixerat unicum tantum Psellum exstitisse. Et nos ad [7] quemnam Psellum oratio referri debeat,certo affirmare non possumus. Conjectura tamen, eaque levissima ducimur, hunc recentiorem esse illius auctorem; quod et plura scripserit in omni disciplina et scriptorum gloria celeberrimus fuerit. An vero senior ille aliquid scripto tradiderit, certo non constat.

IX. Ego vero nullus dubito, si verum fateri velimus, Psellum illum sub Basilio Macedone, multa philosophica scripto consignasse, eaque nunc affinitate nominis indistincta sub recentioris Pselli nomine circumferri. Scripta namque omnia, quæ Psellum patrem indigitant,cum et tractandi ratione, et inveniendi acumine, nec eadem dicendi forma, nec figurarum coloribus gestiant, sed alia incomptam illam,et Græcam philosophiam,non barbaram scilicet,sed virilem, et quæ suo splendore nitescat, præ se ferant; alia cum Musis ludant, et lepidis, et verborum flosculis, et compto periodorum instructu hilariter subsiliant; diversos sibi parentes pro genii diversitate reposcunt. Et licet magni viri aliquando rerum excelsarum parturitione defatigati videantur destitui, et in alias atque alias se dicendi formas convertere, semper tamen in illis vis quædam naturæ, a semetipsa nunquam degenerans, inclarescit, qua nasuta ingenia et acres operum judices verum auctorem expiscantur. Quamvis deturpata facie et pedibus distortis Ganymedes claudicet, non ita in alium virum migrare poterit, ut Ganymedes esse non cognoscatur; adhuc lineamenta illa,et pessime exceptas pulchritudinis scintillas, et latentes in membris radios, si fungus omnino non es, prompte dignoscas.Sæpeque in confracto, exeso ac partibus mutilato marmore cœlum Praxitelis deprehendi. Cum itaque in hisce operibus longe diversa sint omnia, non uni ascribentur parenti, et quæ junioris Pselli non erunt, ad antiquiorum esse referenda plane judico. Præcipua illa erunt, quæ Aristotelis libros pleroseque per modum paraphrasis,non ineleganter exponunt. Semperque de Dialogo illo, in quo operationes dæmonum asseruntur, deque ejus auctore subdubitavi. Stylus florido solidior, res extra Peripateticorum scholas, cum Platonis et Zoroastræ sententiis affinis, et magica illa nugamenta alterum a Psello recentiore Psellum indicant. Hic in Dialogo Marcus in Chersone insula commorans peregrino magiæ arcana exponit; Leo Philosophus philosophica ac reliquas scientias in Antro insula a Michaele Psello edocetur. Video Leonis historiam sub alienis nominibus quasi personatum [8] in theatrum educi. Illud etiam, quod se dicit Timotheus a paterno avo audisse de Euchaitarum pessimis moribus, annon magis senioris Pselli ætati, tunc cum Massalianorum hæresis, ut de hæresibus narrat, Joannes Damascenus, crudelissime in Ecclesiam Dei grassabatur, quæ tempore junioris prope exstincta languebat, videtur convenire? Adde Dialogo tractatum (*g*) *de Dæmonibus*, nondum editum Græce, quod sciam, ex Græcorum sententia, uterinum dixeris ac germanum fetum, et Leonem Philosophum ac Joannem ejus consanguineum magiæ insimulatos et accusatos tradunt historici, quam verisimile est non ab alio quam a Michaele illo Psello didicisse.

X. Libellus etiam Pselli *De lapidibus* a Mausaco editus, vel huic seniori Psello, si me conjectura non fallit, tribuendus est, vel certe nulli. Audi quid ipse dicat, dum in fine auctores, qui de lapidum virtutibus causas reddidere, enumerat, post omnes subdit : Τῶν δὲ οὐ πολὺ πρὸ ἡμῶν ὁ ἐκ τῆς Ἀφροδισίας Ἀλέξανδρος, ἄνθρωπος περὶ πάντων ἁπλῶς εἰπεῖν, καὶ τῶν ἀποῤῥήτων τῆς φύσεως προχειρότατος. Id est : *Ex his autem, qui paulo ante nos vixerunt Alexander Aphrodisiensis, ad omnia etiam naturæ occultiora enucleanda, ut plura paucis complectar promptissimus.* Anne paulo ante tempora Pselli, qui sub Constantino et Michaele Ducis florebat, Alexander Aphrodiensis, qui sub Antonino et Severo scribebat,vixisse dicendus est? Si octingentorum et quinquaginta annorum spatium modicum temporis intervallum Psello est, quod erit longum? Ergo vel hic libellus Psello huic seniori vindicandus est, vel si sexcenti etiam et plures anni diuturniora tempora sunt, ideoque nec seniori tribuendus, alius nobis opusculi auctor quærendus est sedulo, ne Psellum, dum hæc scriberet, dormitasse nugacissime fateri cogamur.

XI. Liber etiam *Medicus* et *Therapeuticus* Pselli, quem Constantino Porphyrogennetæ, nisi nos ludit inscriptio, nuncupavit, forte Psello seniori

NOTÆ.

(*g*) De hoc infra § 39. Laudat et Allatius diss. de Engastrimytho c. 2 et 16.

tribuendus est, si vitam eo usque protraxit; certe recentiori tempora negant.

XII. Verisimile itaque est, Psellum hunc plura in *Philosophicis Rhetoricis* composuisse. At non scripsit, inquies, quidquid de aliis sit, in Simeonem Metaphrastem panegyricum, ut Baronius somniat, [9] cum illum Psellus recentior scripserit. Quare Baronius falsus est, et in Psello, quem in aliud tempus amandat, et in Metaphraste, quem ob imaginarium Psellum annis ferre ducentis, antequam esset, suam Ecclesiæ operam contuluisse in enarrandis sanctorum vitis contendit. Nec feliciori eventu Bellarminus de Scriptoribus Ecclesiasticis, sæculo IX, anno 850; Jacobus Gaulterus in *tabula Chronologica*, sæculo IX, pag. 598; Jacobus Gretserus *De imaginibus manu non factis* c. 10, et alii, Baronium secuti sunt.

XIII. Hic historiæ ecclesiasticæ hostes, et Simeonis Metaphrastæ acerrimi defensoris oppugnatores, tantorum virorum lapsu triumphare sibi videntur. Sed nulla id evidenti ratione conantur, ni me mea fallit opinio. Pselli tempora Baronius non distinxit; at quonam ipsi modo distinguunt? Ipsi Panegyrim illam in Metaphrastem Juniori Psello, sed quonam argumento adjudicant? Prorsus nullo. Auctorem illius orationis Psellum alterum esse, non Leonis Philosophi magistrum nunquam evincent. Scripsit ille plurima, ut versimile est; quare non et hanc orationem scribere potuit? Et scripsisse argumunto hoc ad probandum firmissimo, ni me codices manuscripti fallunt, ni ipsi, qui contrarium astruunt, lapides sunt, demonstrabo. Concedant et concedere debent orationis parentem cognomento Psellum fuisse, vixisseque non diu post Metaphrastæ tempora. En illius verba (*h*): Ἔδειξε γὰρ κἀν τῷ τέλει ὁποῖος αὐτῷ ὁ διεσπουδασμένος βίος ἐτύγχανεν ὤν. Οὐ γὰρ ὥσπερ τετιμῆσθαι αὐτὸν οἱ συνεωρακότες φασὶν, οὐδὲ διῃρῆσθαι, ἀλλ' ἐδόκει ὥσπερ τινὸς δέσμης ἐλευθερούμενος, καὶ εὐμαρῶς πρὸς τοὺς ἄγοντας ἀγγέλους ἀνατεινόμενος νεύματι. Id est: *Nam vel in fine ostendit, qualem vitam egerat. Non enim eum veluti abscissum, aut divisum fuisse dicunt ii, qui viderunt: sed videbatur veluti a quodam vinculo liberari, et hilari nutu se extendere ad ducentes angelos.* Neque negare poterunt, Nicetam qui, et David dicebatur, Paphalgonem divo Ignatio Constantinopolitano, æqualem, iisdem cum senioris Michaelis Pselli temporibus, scriptis editis celeberrimum, vixisse. Ipse hoc de se, in principio Vitæ Ignatii a se conscriptæ, tradit. Nicetam hunc eumdem cum Niceta Serrone faciunt plerique codices Vaticani. Expositionem siquidem in Carmina Gregorii Nazianzeni, ejusdem, qui et in alia Gregorii commentatus est Nicetæ, Serronis scilicet, quod et plurimi codices manuscripti confirmant, huic Nicetæ Davidi tribuunt. Habent enim satis evidenter, Νικήτα φιλοσόφου τοῦ Παφλαγονίας [10] Ἑρμηνεία εἰς τὰ ἔπη τοῦ Θεολόγου. Et, Νικήτα τοῦ καὶ Δαυὶδ', Ἐξήγησις εἰς τὰ αὐτά. *Nicetæ Philosophi Paphlagoniæ Expositio in Carmina Theologi, et Nicelæ, qui et David, expositio in eadem.* Neque ab his diversi sunt codices mss. Augustani; confirmatque editio Veneta sub anno 1563. Ut hinc videas una tot manuscriptorum codicum conspiratione, non unius exscriptoris oscitantia illarum expositionum immutatum sed continuata serie pluribus comprobatum, auctorem Nicetam fuisse, qui et David et Paphalgo Philosophus dicebatur. Serron itaque Nicetas et David auctoritate horum codicum unus est et idem auctor. Ea præ, sequere, mi Gaffarelle. Nicetas, præter expositiones in Gregorii orationes, et alia ingenii sui in omni genere doctrinarum, erudita sane et docta monumenta, in divi Lucæ Evangelium, quatuor libris distinctam, satis uberem et luculentam Catenam ex pluribus Patribus et scriptoribus ecclesiasticis venuste admodum concinnavit; inter eos non infimi sunt Simeon Metaphrates et Psellus. Fateri possumus ergo, Psellum hunc, qui sub Constantino Duca floruit, esse? Apage. Meræ nugæ. Ante Nicetæ tempora obiisse eum certo constat. Eum de novo post Nicetam revixisse probent ipsi, si poterunt.

XIV. Argumentum hoc sane efficax, mihi in præsentia, ut verum fateor, non satisfacit. Nec fide manuscriptorum codicum, quos supra recensui, Nicetam Davidem eumdem esse cum Niceta Serrone, Catenæ in Lucam compilatore probatum satis puto: longum enim temporis intervallum inter utrumque intercessisse existimo. Nam Nicetas Serron, diaconus primum Magnæ Ecclesiæ, et magister, seu doctor. Catenæ in Lucam, Matthæum et alios auctor, et Heracleensis postea archiepiscopus, iisdem cum Thephylacto archiepiscopo Bulgariæ temporibus floruit, ad quem nonam Theophylacti epistolam inter impressas a Meursio, legi. Sed de his alius erit inquirendi locus.

XV. Quod si novatorum doctrinis insistere vellem, Metaphrastes in ultima Christianæ Ecclesiæ antiquitate ipsis etiam apostolorum discipulis σύγχρονος fuit, tantum abest ut recentissimus sit. Nodus quem nescio, an unquam expedient adversarii. Gesnerus, et ejus Epitomator suspicantur, Hippolytum Thebanum, Chronici Ecclesiastici scriptorem, cujus fragmentum Canisius in *Antiquit.* tom. III, nobis Græce et Latine exhibuit, illum esse, cujus Hieronymus meminit in libro *De viris illustribus*, Portuensem duntaxat, nec incongrue; cum et Nicephorus Callistus *Histor. Eccles.* lib. II, c. 3, Glycas, (*i*) et [11] Theodorus Metochita in *Annales* Meursius edidit. Hippolytus vero Chronici auctor floruit sæculo XI.

NOTÆ

(*h*) Apud Allatium de Simeonibus p. 335. Quem vide etiam p. 48 seq.

(*i*) Glycæ etiam sunt quos sub Metochitæ nomine

nalibus, ea, quæ sunt Hippolyti Thebani, tribuant Hippolyto, Portuensi episcopo, substituantque pro Thebano Portuensem. Verum Portuensis sub Alexandro imperatore, anno scilicet Christi 229, martyrium passus est. Est ergo Metaphrastes antiquior, cum Metaphrastæ Simeonis in Chronico mentio fiat, et suspicione ipsorum una cum discipulis apostolorum floruit. Plures jam hic Metaphrastas parturient, omnium tamen recentissimum Vitas sanctorum scripsisse dicent. Nugæ et somnia.

XVI. Metaphrastes Simeon unicus esto, Thebanus a Portuensi, uti est Hippolytus diversus existimetur; et nos parquam obscura illius tempora et vitæ institutum aliunde quam a tempore Pselli, et, si fieri potest, ab eodem etiam Metaphraste inquiramus. Auctor Vitæ sanctæ Theoctistæ Lesbiæ, Lippomano et Surio, (*j*) aliisque sine ulla hæsitatione, quamvis nescio quid ad incertum auctorem transmittat, Metaphrastes hic est. Comprobaturque certissimo ipsius Pselli testimonio. Psellus namque, dum in Metaphrastem canone, commentationes Metaphraste insinuat, scribit illum consilio atque monitu Parii anachoretæ munus aggressum scribendi, primum omnium colloquium illud composuisse, et Theoctistæ virginis vitam graphice admodum celebrasse, Ode 6. Τὸ πρῶτόν σου σύγγραμμα ἐκ Προνοίας θείκῆς, καὶ ὁμιλίας γέγονε τοῦ ἱεροῦ πρεσβύτου καὶ μοναστοῦ, Συμεὼν θεσπέσιε, ὃν ἐν Πάρῳ τῇ νήσῳ τεθεώρηκας. Εἶτ, Ἀξίως ἐξύμνησας τῆς Λεσβίας τὰ λαμπρὰ καὶ θεῖα ἀγωνίσματα Θεοκτίστης τῆς ὄντως ἀγγελικὸν, μικροῦ καὶ ἀσώματον τελεσάσης πανσόφως τὸ πολίτευμα. Id est : *Prima tua commentatio ex divina Providentia et colloquio facta est sacri senis et anachoretæ, Simeon admirabilis, quem in Paro insula conspexisti.* Et, *Pro dignitate laudati Lesbiæ illustria et divina certamina, vere Theoctistæ, a Deo fabricatæ, quæ angelicam et tantum non incorporeum absolvit sapienter vitæ rationem.* In hac autem scriptione, et colloquium senis in Paro, et adhortamenta, et vita Theoctistes pro humani ingenii tenuitate exponuntur. A ratione ergo alienus esset, quicunque scriptum hoc Metaphrastæ esse genuinum denegaret. At in hoc vitæ institutum ejusdem, et ætatis tempora plane et sine ullis ambagibus proponuntur. Frustra itaque ex alio, nec ab ipso Simeone, de Simeone, testimonium quærimius. Discamus vero a Simeone, eum non a ducenda uxore abhorruisse, sed ex illa liberos etiam procreasse, civilibusque muneribus functum, tunc demum cum Ilimerio, ducendarum copiarum peritissimo, legatum [12] ad Arabas, qui Cretam invaserant, missum fuisse : et, cum non liceret per ventos ulterius, Parum adnavigasse, et cum sene illo anachoreta cognomine, a quo et res gestas Theoctites ea conditione, ut omnia scriptis mandaret, perceperat, collocutum familiarissime, suæque legationis finem fortunatum, ob eamque munera ab imperatore reportanda, præsagiente divino illo sene, audisse : post absolutam navigationem, scribendo ea, quæ viderat et audierat, præcepta senis adimplesse. Illa ergo tempestate vivebat, cum Arabes Ægel insulas, et oras Græciæ maritimas non infelici eventu, misera tamen Græciæ calamitate ac clade afflixerunt. Sed tunc potissimum, cum in Arabas classe ac ferro Himerius, ipse verbo ac muneribus expugnandos mittitur, tunc cum nondum ad scriptionem animum adjecisset. Sed ista evenere temporibus Leonis Sapientis, Basilii Macedonis filii, si Cedreno, Curopalatæ, Zonaræ aliisque historicis Græcis fides habenda est. Ergo tunc Simeon iste Metaphrastes, Vitarum scriptor, floruit, muneribus ac dignitatibus auctus. Et si quid conjectura augurari licet, Simeon ille a secretis sub hoc Leone, qui aurum a Rhodophyllo relictum Leoni Tripolitæ infami apostate obtulerat, ut eum ab excidio Thessalonicensi averteret, ideoque ab imperatore patricii et secretarii primarii dignitatibus condecoratas, nullus alius est, quam Simeon iste noster Metaphrastes, qui Logothetæ nomine a Psello, ut dicemus inferius, et ab aliis insignitur.

XVII. Metaphrastes ergo Simeon scriptionem exorsus est sub Leone, et sub Constantino Porphyrogenneta, Leonis filio, et nepote Romano, ætate etiam ipse provectiore assiduis laboribus absolvebat; ut ex illius oratione de exportatione manus dextræ Joannis Baptistæ apud Lippomanum et Surium (*k*) colligi poterit. Ait enim ea ætate sub Constantino et Romano imperatoribus a Jobo diacono manum Antiochia Byzantium delatam fuisse. Id autem sub dictis imperatoribus evenisse confirmant Cedrenus et Zonaras in Constantino Porphyrogenneta.

XVIII. Errat ergo Gerardus Vossius, et alii, qui putant Simeonem Metaphrastem sub Constantino Duca, vel saltem circa ea tempora floruisse : errasseque Baronium et Bellarminum, cum Simeon, ut Vossius ipse putat, ducentis annis posterior vixerit, quam illi existimarunt.

XIX. Quantum præterea immaniter hallucinatus sit Hospinianus, dum Metaphrastas et Psellos pro arbitratu, ut ita dicam discerpsit, [13] abunde satis ostendit Jacobus Gretserus *De imaginibus manu non factis*, c. 19. Conferam et ex meo nonnulla, præter jam dicta, ad messem tam uberem, ut veritas clarius elucescat. Fuit Metaphrastes non (*l*) trivialis Constantinopoli ludimagister, sed genere clarus illustri familia natus, divitiis abundans, in aula imperatoria celebris, a secretis et consiliis intimis, et post mortem etiam miraculis illustris. Psellus in eumdem : Καὶ τόγε θαυμασιώτερον, ὅτι καὶ γένους εὖ ἔχων, καὶ τὰ τῆς εὐκλείας οἴκοθεν

NOTÆ

(*j*) Ad 10 Novembr.
(*k*) Ad 29 Augusti.
(*l*) Confer Allatium de Nilis p. 29 edit. nostræ.

κεκτημένος, βαθεῖ τε πλούτῳ κομῶν, καὶ οἷς ἄν τις πρὸς παίδευσιν ἀποκνήσειεν. *Et quod est admirabilius, et propter quod illum quispiam magis fuerit admiratus, cum esset genere clarus, et ex illustri familia natus, et abundaret divitiis, et iis quæ segniorem effecerint quempiam ad disciplinas*, etc. Hinc idem Psellus ejusdem Officium composuit, quod ab ecclesiatticis in ejus solemnitate, sicuti fieri amat in aliis Sanctis, decantaretur, in eo Oda 3 scribit, Ἐνδιαπρέψας ἐν ἀρχαῖς ταῖς τῆς κάτω συγκλήτου ὡς ἀνὴρ βουληφόρος τὸ πολίτευμα τὸ σὸν ἐκτήσω ἐν οὐρανοῖς, καὶ τὴν ἄνω σύγκλητον ἐκόσμησας. *Cum terreni senatus dignitatibus condecoratus fuisses, veluti vir consiliarius, vitæ ducendæ rationem in cœlis acquieras, et supernum senatum decorasti.* Sæpeque Logothetam nominat. Ode prima : Μέλος μοι εὔρυθμον δίδου, Λόγε Θεοῦ, εὐφημεῖν ὁρμήσαντι τὸν θεράποντα τὸν σὸν Συμεῶνα τὸν Μεταφραστὴν τὸν κυρίως λογοθέτην ἀξιάγαστον. *Melos mihi concinnum Verbum Dei, cum celebrare inceperim servum tuum Simeona Metaphrastem, proprie Logothetam admirabilem*, Et alibi : Εὐφημήσωμεν πάντες ἐπαξίοις ᾠδαῖς τὸν μέγαν Θεοῦ θεράποντα Συμεῶνα τὸν ἅγιον λογοθέτην. *Celebremus omnes condignis cantibus magnum Dei servum Simeona sanctum Logothetam.* Fuit ergo Logothetæ officio conspicuus, quod quidnam fuerit, pluribus alii exponere conati sunt : eos, qui plura desiderat, videre poterit. Satis mihi erit pro hac re stabilienda elegantissimi item, ac prudentissimi, licet sequioris sæculi scriptoris, Joannis Cinnami testimonium ; in quo vertendo, illustrandoque diu me exercco, (*m*) speroque laborem hunc meum, propter pulcherrimam historiam, ad hunc diem cum vetustate luctantem, meis vigiliis, et amicorum opera, et scopulo in tranquillum illatam, historicæ veritatis studiosis non ingratum futurum. Is itaque *Histor. Romanæ* lib. IV de rebus gestis Manuelis Comneni, de Richardo Antri domino verba faciens, scribit : Ὡς δὲ τῶν πυλῶν ἀλογιστήσαντες Γιβενάτζιόν τε αὐτὸ ὁμολογία ἔσχεν, καὶ περὶ τῶν λοιπῶν προσιόντες ἐσκέπτοντο. Κόμησί τε ἄλλοις, καὶ δὴ καὶ τῷ Γυλιέλμου Καντζηλαρίῳ συγγεγονώς, ὃν λογοθέτην εἴποι ἄν τις ἑλληνίζων ἀνὴρ, ἐπὶ Τράνιν σὺν αὐτοῖς ἦλθεν, ὡς αὐτοβοεὶ τὴν πόλιν ἀναρπασόμενος. [14] *Cum vero portæ urbis parum caute custodirentur, Juvenalium ipsum in ejusdem fidem se dedidit. Hinc pro occupandis cæteris cum comitibus aliis, nec non Guilielmi Cancellario, quem Logothetam Græca quis lingua expresserit, consilium inibat, et Tranim usque tum illis processit, quasi primo impetu Urbem direpturus fuisset.* Alium hujus vocis significatum, antequam majestas illa imperii statis veterum officiorum formis abrogatis, exteris Barbarorum moribus, nova omnia approbando, cessisset, lege apud Procopium in *Historia Arcana*.

XX. Vitis, ut hoc etiam hic obiter notem, a Simeone conscriptis aliquas a junioribus esse adjectas observarunt Baronius, et Bellarminus, et alii, cum viri illi post Simeonis tempora vixerint. At eas a Psello, recentiore nempe, annexas in lucem vulgatas opinatur Andreas Schottus, præfatione ad lectorem, in Cantica canticorum. Unde id habuerit Schottus non liquet, etsi verum sit Psellum, sive Simeonis æmulatione, sive religione in sanctos, perplures sanctorum Vitas non ineleganti stylo accuratissime descripsisse, utinam, puerilibus argumentis neglectis, in quibus nonnunquam totus esse videtur, in istis seriis pertractandis plures. quam fecit, horas insumpsisset ! Illius in sanctos conatus in Catalogo operum infra recensebimus.

III-VII. *Michael Psellus, Michaelis Ducæ imp. præceptor, clarus circa an.* — 1050. *Alii.*

XXI. Tertius fuit Michael Psellus, Michaelis Ducæ præceptor, qui maxime omnium de republica litteraria meritus, honorificam sui apud posteros memoriam consecravit, ita ut reliquos alios ejus cognomines acumine ingenii, eruditionis copia, profunditate scientiarum, argumentorum varietate, multitudine scriptorum et splendore gloriæ obruerit ; quare, aliorum exstincta, et, ut ita dicam, obliterata memoria, ipse solus nomen illud meruisse videtur. Sic poetam et oratorem cum dicimus, Homerus nobis atque Demosthenes, de Græcis loquor, statim sese offerunt, mentisque oculis repræsentant.

XXII. Fuit patria Constantinopolitanus, e consulum ac patriciorum prosapia, quamvis non tam felici fortuna. Ipse id ait de se in Epitaphio matris : Τῷ τοίνυν ἐμῷ πατρὶ τὸ μὲν ἄνωθεν γένος ἐς ὑπάτους ἀνῆκτο καὶ πατρικίους · τὰ δὲ κατ' ἐκεῖνον πράγματα οὐχ οὕτω δεξιῶς εἶχεν. *Patris igitur mei genus antiquum ad consules et patricios referebatur, res vero ipsius non nimis prospere se habebant.* Post duas femellas tertio ipse partu, multis matris suspiriis, et ad Deum precibus effusis, in lucem editur. Mirum est, quod in ejus ortu narratur, nullas eum lacrymas profudisse, neque usquam postea in maximis etiam necessitatibus plorasse, sed [15] semper ætate illa tenella lætos ac puniceos oculos habuisse : tantum parentis, nullisque aliis quam maternis, ad quæ vel usu vel sententia ferebatur, uberibus inhiasse. Quinquennis præceptori traditur, adeoque robuste studiorum pondus excepit, ut ludicra omnia, præter litterarum studium, quo summopere delectabatur, sordescerent. Ea illius affectum ejusdemmet verbis expressum : Ἐντεῦθεν οὖν ἡ μήτηρ πρὸς τὰ κρείττω χειραγωγουμένη εἰς πέμπτον ἔτος τελέσαντα διδασκάλῳ ἐφίστησι. Καὶ ἦν μοι τὸ μάθημα οὐ μόνον τὸ εὐχερὲς, ἀλλὰ καὶ ἡδὺ ἀντ' ἄλλης τινὸς παιδιᾶς. Ἠνιώμην γοῦν, εἰ μέ μοι διὰ πάσης ἡμέρας διδοίη τὰ παιδικά. Καὶ ἦν μοι παιδιὰ μὲν ἡ σπουδὴ δὲ παιδιὰ, οὐχ ὡς ταῦτα παίζοντι, ἐκεῖνα δὲ σπουδάζοντι, etc.

NOTÆ.

(*m*) Cinnamus Allatii nunquam prodiit. Exstant editiones Corn. Tollii et Cangii.

Id est : *Hinc igitur mater ad meliora manuducens quinto ætatis anno magistro commendat. Et erat mihi disciplinæ non tantum facilis, sed dulcis præ quolibet alio ludo. Ægre itaque ferebam, si mihi per totum diem delicias non suggereret. Eratque mihi ludus studium, studium ludus, non quod hoc ludibrio haberem, illi vero incumberem.* Ætate grandiore, dum inter parentes non convenit, cuinam studiorum generi esset addicendus, Joannes Chrysostomus et apostoli, matri in somniis visi, decernunt. Hinc disciplinarum quam voluptatum cupidior, æqualibus in studio superatis, non longo intervallo ad suprema quæque doctrinarum culmina gradum fecit, onibusque innotuit. Hæc ipse prolixe nimis, oratione In matrem, prosequitur, et ex eo Anna Comnena *Alexiados* lib. v, brevissime concinnavit, dum de Italo verba faceret : Καὶ Μιχαὴλ ἐκείνῳ τῷ Ψελλῷ ἐν ὑστέρῳ προσωμίλησεν, ὃς καὶ πάνυ τοι παρὰ διδασκάλοις σοφοῖς ἐφοίτησε. Διὰ φύσεως δὲ δεξιότητα, καὶ νοὸς εὐθύτητα, τυχὼν μέντοι καὶ Θεοῦ ἀρωγοῦ. Πρὸς τούτοις διὰ τὴν θερμοτάτην ἱκεσίαν τῆς μητρὸς αὐτοῦ ἐπαγρυπνούσης συχνῶς τῷ ἐν τῷ ναῷ τοῦ Κυρίου τῆς Θεοτόκου σεπτῷ εἰκονίσματι, καὶ θερμοῖς τοῖς δάκρυσιν ὑπὲρ τοῦ παιδὸς ἐκκλ ουμένης, εἰς ἄκρον σοφίας ἁπάσης ἐληλακὼς, καὶ τὰ Ἑλλήνων καὶ Χαλδαίων ἀκριβωσάμενος, γέγονε τοῖς τότε χρόνοις περιβόητος ἐν σοφίᾳ. Id est : *Tandemque in Michaelis Pselli consuetudinem venit, qui præceptores, sapientes oppido, nactus, naturæ dexteritate et intellectus acumine, Deo quoque illi coadjuvante, adhuc et matris intensissimis precibus, sæpius in templo Domini ante Deiparæ venerandam imaginem invigilantis, spissisque pro filio lacrymis exorantis, ad universæ sapientiæ culmen pervenit, et Græcorum ac Chaldæorum decretis accuratissime conquisitis, ea tempestate celebre sapientiæ nomen consecutus est.* Subdit deinde inter Italum et Psellum dissidia exorta. Medicinæ quoque operam dedit, ut ipse de se Oratione in Matrem, sæpius laudata, affirmat, dum de patre moribundo loquitur. Ὡς δὲ καὶ τοῖς [16] δακτύλοις τὰς τῆς ἀρτηρίας κινήσεις ἐτεκμηράμην. Ἐσπουδάζετο γάρ μοι μακρόθεν ἡ περὶ τούτου τέχνη. *Ut vero et digitis arteriæ motus observavi : jam enim diu aliquid in eam artem studii, et operæ contuleram.* Studium in capessendis disciplinis, et omnibus addiscendis ardens ac pertinax, ipse libello *De admirabilibus lectionibus* in fine explicat. Ἐγὼ δὲ οὐ περὶ ἐργασίας ἕνεκα, νὴ τὴν ἱεράν σου ψυχὴν, ἀλλὰ φιλομαθείας τὰ πλείω τῶν μαθημάτων συνελεξάμην. Ἐγένετο γάρ μοι ἡ φύσις ἀκόρεστος πρὸς ὁτιοῦν σπούδασμα, καὶ οὐδὲν ἂν με βουλοίμην διαλαθεῖν. Ἀλλ' ἀγαπήσην ἄν, εἰ καὶ τὰ νέρθεν εἰδείην τῆς γῆς. Καὶ οὐχ ὥσπερ οἱ πολλοὶ περὶ τοῦτο μὲν ἐσπούδακα, ἐκεῖνο δὲ ἀπωσάμην, ἀλλὰ καὶ τῶν φαύλων, ἢ ἄλλως ἀποτροπαίων ἐπιγνῶναι τὰς μεθόδους ἐσπούδακα, ἵν' ἔχω ἐντεῦθεν ἀντιλέγειν τοῖς χρωμένοις αὐτοῖς. Id est : *Ego vero, non curiositatis ergo, ita sacrum tuum animum Deus sospitet, sed amore discendi pleraque ex disciplinis collegi. Namque natura cujuscunque studii avida, nunquam scientiis potuit saturari. Nullamque vellem esse, quod mei notitiam fugeret; nec molestum mihi foret, etiam si sub terranea, noscerem. Neque ut plurimi, in hoc tantum incumbo, illud vero negligo, sed et pravorum etiam, et abominandorum mihi notitiam comparo, ut inde hubeam, quod ea usurpantibus opponam.* Plura de hoc, *Orat. de matre*, in qua singula quæque ad fastidium usque enumerat. Ea lector, ne ipse fastidio sim, videat.

XXIII. Interea satis ætatis ac prudentiæ habens in aula imperatoribus innotuit, qui in maximis negotiis proficuam illius operam experti sunt. Nam Michael Stratioticus inter selectos ex patribus conscriptis viros, quos Comneno Isaacio ad rebelles in concordiam redigendos misit, Psellum quoque nostrum legavit, non contemnendo elogio celebratum a Zonara tomo III : Στέλλονται τοίνυν πρὸς τὸν Κομνηνὸν πρεσβεύσοντες ἄνδρες τῶν ἐκκρίτων τῆς συγκλήτου βουλῆς· οἱ δ' ἦσαν ὁ πρόεδρος Κωνσταντῖνος ὁ Λειχούδης, ὁ πρόεδρος Λέων ὁ Ἀλωπὸς, καὶ Μιχαὴλ ὁ σοφώτατος Ψελλὸς τῶν φιλοσόφων ὢν ὕπατος. *Legantur igitur ad Comnenum selecti viri ex patribus conscriptis, Constantinus Lichudes præses, Leo Alopus præses et Michael Psellus, sapientissimus princeps tunc philosophorum.* Et Cedrenus in Synopsi : Ἐκεῖ δὲ αὐτῷ γενομένῳ φθάνουσι καὶ πρεσβευταὶ βασιλέως ὁ πρόεδρος Κωνσταντῖνος ὁ Λειχούδης, Θεόδωρος ὁ Ἀλωπὸς, Κωνσταντῖνος ὁ Ψελλὸς, ὁ τῶν φιλοσόφων ὕπατος. Οὗτοι γὰρ οἱ τρεῖς ἄνδρες ἐπὶ σοφίᾳ, καὶ λόγου δυνάμει τῶν κατὰ τὴν ἡμέραν ἀνθρώπων διαφέρειν δοκοῦντες, καὶ ἀσυγκρίτως ὁ Ψελλὸς ἐξελέγησαν εἰς τὸ πρεσβεῦσαι, καὶ προσεδόκησεν ὁ βασιλεὺς μεγάλα κατα-πράξασθαι διὰ τῆς ἐκείνων [17] εὐστομίας, καὶ χάριτος. *Ibi ei occurrerunt legati imperatoris præses Constantinus Lichudes, præses Theodorus Alopus, Constantinus Psellus, philosophorum princeps. Etenim hi tres viri supientia, et facundia, omnium qui tunc vivebant, primi habiti, et quidem extra comparationis sortem Psellus, ad eam legationem fuerant delecti; quod imperator eorum eloquentia et gratia se maxima consecuturum sperabat.* Ubi exscriptoris incuria, pro Michaele, Constantinus irrepsit. Et in eo falsæ legationis accusatur ab eodem inferius : Λέγεται δὲ ὅτι καὶ οἱ πρεσβευταὶ παραπρεσβεύσαντες ἄλλο τε ἄλλως λάθρα τῷ Κεκαυμένῳ προσιόντες παρεκάλουν ἔχεσθαι τῆς ἐνστάσεως, καὶ μηδόλως ἐνδοῦναι. Τοῦτο δὲ αὐτοὺς ποιῆσαι, καὶ οἱ καλῶς εἰδότες ἐπληροφόρουν ἄνδρες οὐχ οἱοίτε ψεύδεσθαι, καὶ εἰς αὐτὸν τὸν Κομνηνὸν πληροφοροῦντες ἐνωμότως, ὡς ἅπαν τὸ ἀστυκὸν πλῆθος περικακῶς εἰς αὐτὸν ἔχει. Καὶ ὡς εἴ μόνον ἐγγίσει τῇ πόλει, τὸν γέροντα ἐξωθήσαντες, μετ' ἐπινικίων, καὶ ὕμνων αὐτὸν προσδέξονται. *Ac proditum est memoriæ, ipsos etiam legatos prævaricatos fuisse, et modo hunc, modo illum diversis temporibus Cecaumeno suasisse, ut oppugnaret acriter oblatas*

conditiones, neque quidquam concederet. Et quidem hoc eos egisse pro certo perhibent ii, quibus ista optime sunt nota, et a mendacii suspicione sunt immunes, aiuntque eos, interposito jurejurando, affirmasse Comneno, ardenter eum ab urbana multitudine diligi; ac, si tantum accessisset ad urbem, fore ut ipsam ea, sene exturbato, cum gratulatoriis victoriæ, et imperii carminibus excipiat.

XXIV. Isaacius Comnenus, cum Michaelem Cerularium, patriarcham Constantinopolitanum abdicare niteretur, aliorum, et Psselli præcipue opera, qui, in eum Oratione conscripta, multorum ac variorum facinorum reum fecit, usus est Zonaras ibidem : Εἶτα καὶ καθαιρέσει ὑποβαλεῖν αὐτὸν διὰ φροντίδος ἐτίθετο, καὶ τισι τῶν ἀρχιερέων συνεργοῖς πρὸς τοῦτο ἐκέχρητο, καὶ τῷ Ψελλῷ αἰτιαμάτων πολλῶν, καὶ ἀλλοκότων συναγωγεῖ, ἃ ἐν τῷ κατ' ἐκείνου λόγῳ συνήθροισέ τε, καὶ συνεγράψατο, δηλοῖ τε διά τινων τῷ ἀνδρὶ ἀπείπασθαι τὴν πυιμαντικὴν, ἵν' ἐκὼν δοκεῖ παραιτεῖσθαι, ὡς εἰ μὴ τοῦτο, καὶ ἄκων αὐτὴν ἀφαιρεθήσεται, εἰς μέσον κατ' αὐτοῦ προτιθεμένων αἰτιαμάτων. *Deinde de abrogando illi patriarchatu cogitans, opere quorumdam episcoporum utitur, et Pselli, variarum et absurdarum criminationum coacervatoris, quas in Oratione contra illum scripta congressit, et per quosdam viro significat ut simulet se ultro pontificatu cedere quem alioquin invitus cum publica infamia sit amissurus.*

[18] XXV. Diogeni imperatori infensus, primus ipse inter senatores,et Joannes Cæsar,et filii,Eudociam imperatricem in monasterium trudunt; Michaelem Ducam imperatorem denuntiant; Diogenem jam revertentem imperio abdicant,auctore et adjutore consiliorum eodem Psello.Zonaras,in Romano Diogene : Ὁ γοῦν Καῖσαρ Ἰωάννης καὶ οἱ ἐκείνου υἱοὶ ἀεὶ, ὡς εἴρηται, ἐγκοτοῦντες τῷ Διογένει ἁρπάζουσι τὸν καιρὸν, καὶ προσλαβόμενοι τῶν τῆς συγκλήτου ἐνίους, ὅσοι ὠμοφρόνουν αὐτοῖς,ὧν ἐξῆρχεν ὁ ὑπέρτιμος Ψελλὸς, ὑσνους καὶ αὐτὸς τῷ Διογένει τυγχάνων, τὴν Βασίλισσαν Εὐδνκίαν εἰς τὴν παρ' αὐτῆς δομηθεῖσαν μονὴν κατὰ ὧν τὸν ἐν τῇ Προποντίδι πορθμὸν περιορίζουσιν, τὸν δὲ Μιχαὴλ ἀνακηρύττουσιν αὐτοκράτορα, etc, *Joannes igitur Cæsar, ejusque filii, Diogeni semper, ut dictum est, infesti, arrepta occasione, quibusdam etiam ex senatu sui facinoris, quorum Psellus vir honoratissimus princeps erat, et ipse Diogenis inimicus, adhibitis, imperatrice Eudocia in monasterio, quod ipsa circa fretum Propontidis struxerat, relegata, Michaelem imperatorem appellat.*

XXVI. A puero itaque liberaliter educatus, animo circa artes doctrinasque gestiente, fructus, quos ab eis expetebat, decerpsit, non breves atque incertos, sed uberes et tempestivos. Eloquentiam enim, horridam tunc et incultam, excoluit, nec ad perniciem et pestem convertit, sed ad salutem. Tandem philosophandi rationem omnem complexus, loco in illo uberrimo ac feracissimo, frugiferam sibi, et aliis diligentiam expertus, extraxit malorum radices ; de natura et rebus occultis optime planeque disseruit, quod verum et quod falsum est in oratione, aperuit, summisque imperatoribus fuit et vivendi præceptor, et dicendi. Ad labores impiger, diu noctuque aut aliquid conscribendo, aut legendo, tempus insumebat : nec vires consenuerant, nec defecerat animus. Et cum munus optimum fructuosissimumque quod possit afferri principibus, illud esse exsitimaret,si doceantur atque erudiantur, summa ope nitebatur,ut Michaelem Ducam instrueret bonisque moribus informaret. Quo quis potest in vita humana, vel desiderare melius, vel optare præstantius? Coercenda est principum libido, refrenandusque furor, neque alia via id consequi possumus quam doctrina et eruditione. Hominis decus est ingenium, ingenii lumen eloquentia, eloquentiæ candor philosophia, philosophiæ rectrix ac magistra pietas, quæ nisi præceptorum monitis fulciatur, in ignorantiæ tenebras prolapsa, ruinam facit.

XXVII. Non potuit tamen effugere calumniam Zonaræ lib. III. *Annal.* : Καὶ ἦν τῶν ἀνθρώπων σύντριμμα, καὶ ταλαιπωρία, [19] καὶ ὁ τούτων ἐπιστρεφόμενος οὐδαμοῦ. Ὁ γὰρ βασιλεὺς παιδαριώδεσιν ἐσχόλαζε πράξεσι τοῦ ὑπάτου τῶν φιλοσόφων καὶ ὑπερτίμου Μιχαὴλ τοῦ Ψελλοῦ, λόγοις τῷ δοκεῖν αὐτὸν ἐμβιβάζοντος, καὶ διδάσκοντος, νῦν μὲν τὴν γραμματικὴν τέχνην, καὶ μέτρα, καὶ διαλέκτους, νῦν δ' ἵνα κατὰ ῥήτορας διαλέγοιτο, νῦν δ' ἱστορίαις αὐτὸν προσεθίζοντος. Ἄλλοτε δὲ φιλοσόφων θεωρημάτων ἀκροᾶσθαι παρασκευάζοντος. Ὁ δὲ πρὸς οὐδὲν ἐπεφύκει. Τούτοις οὖν ὁ Ῥωμαίων αὐτοκράτωρ προστετηκὼς, ὑφ' ἕτερον καὶ τοῦτον ἕνα τὸν τῶν καινῶν κυβέρνησιν ἐποιήσατο, καὶ νόμος ἦν τὸ τῷ Λογοθέτῃ δοκοῦν. *Homines atterebantur, et ærumnis premebantur : et nemo erat, cui illa curæ essent. Nam imperator puerilibus rebus occupatus, a principe philosophorum, et honoratissimo Michaele Psello ad litterarum studia deduci videbatur; ac modo in arte grammatica versibus, in linguarum differentiis erudiebatur, modo declamationibus rethoricis, modo historiis assuefiebat, modo ad audienda philosophica præcepta parabatur, quamvis ad hæc omnia ineptus. Hujusmodi igitur studiis Romanorum imperator affixus, rerum administrationem alteri, eique uni commisit, ut legis auctoritatem haberet, quod Logothetæ visum esset.* Et inferius : Μήτινος δὲ προνοουμένου τῶν κοινῇ συμφερόντων, ὁ γὰρ βασιλεὺς περὶ λόγους ἠσχόλητο, καὶ ἰάμβους συντιθέναι πρὸς τοῦ Ψελλοῦ ἐδιδάσκετο, σιτοδεία τοὺς ἐν πόλει ἐπίεζεν. *Nemine autem bonum publicum curante, nam imperator studiis vacans, iambos scribere a Psello docebatur, urbanos annonæ penuria premere cæpit.* Ita nil tam sanctum (*n*) est, quod calumnia tentare non audeat, et quod laude dignum est, ex improviso,

(*n*) Non adeo reprehendendum Zonaræ judicium, si studiorum deliciis ita fuit edoctus indulgere princeps, ut illis intentus imperii curam allis relinqueret.

fraudulenterque irrepens nescio quis criminose dilacerat. Et hominum turba cæca veluti oraculo plaudit, misera sane, duraque prudentissimorum hominum conditione. Sub aliis item imperatoribus Græcorum imperio jam senescente, doctri nisque omnibus in barbariem commutatis, cum, proh dolor! inertia pro sapientia erat vitam ipse fama clarissimus transegit, jucundus amicis, egentibus utilis, omnibus denique charus.

XXVIII. Illius tamem fidei causam, defensionemque non susceperim, si, quæ de eo Josephus Methonensis episcopus apologia contraMarcum Ephesium tradit, vera sunt. Illum enim annumerat schismaticis Photio, Cabasilæ, Palamæ, Camatero, Phurnio, Moschambari, Bulgariæ, Nicolao Methonensi, et Panareto, qui dicto et scripto Lainam Ecclesiam insectati sunt. Καὶ σὺ μὲν συνήφθης, ὡς φῂς, τοῖς ἁγίοις σου Πατράσιν, καὶ διδασκάλοις Φωτίῳ τῷ πρώτῳ σχισματικῷ, μᾶλλον δὲ αὐτουργῷ, [20] καὶ δημιουργῷ τοῦ σχίσματος, καὶ τῆς διαιρέσεως, Καβασίλᾳ, Παλαμᾷ, Καματηρῷ, Φουρνῇ, Ψελλῷ, Μοσχάμπαρι, Βουλγαρίᾳ, Νικολάῳ Μεθώνης, Παναρέτῳ, καὶ τοῖς λοιποῖς τοῖς μετὰ τὸ σχίσμα, καὶ τὴν πολλὴν ἔριν κατὰ τῆς Ῥωμαϊκῆς Ἐκκλησίας εἰποῦσι. *Et tu quidem, ut ais, sanctis tuis Patribus ac doctoribus te adjunxisti, Photio schismaticorum principi, imo vero auctori, et opifici schismatis, et dissidii : Cabasilæ, Camatero, Phurnio, Psello, Moschambari, Bulgariæ, Nicolao Methonensi, Panareto, et cæteris qui post schisma, et multam contentionem in Romanam invecti sunt Ecclesiam.* Sane Photii, Cabasilæ, Palamæ, Nicolai Methonensis, aliorumque in Ecclesiam Latinam commentationes nugacissimas non sine tædio ac stomacho legi. Pselli similem disputationem ad hunc diem non offendi, et fortasse nec ille conscripsit. Verumtamen est in *Expositione fidei* ad Michaelem Ducam, dum de processione Spiritus sancti verba facit, eum affirmare ex solo Patre procedere, quo vel solo nomine illius in recentiorum Græcorum placitis propugnantis pertinacia,et ad pervicaciora quæque audendum, si occasio se tulisset, animus innotescit.

XXIX. Tandem jam senex exauctorato Michaele Duca, ipse quoque a Botaniata Nicephoro dignitatibus spoliatus, monachum induens, solum vertere coactus est ; nec multo post, sive senio, sive etiam mœrore vitam posuit : idque conjicio ex verbis Annæ Comnenæ *Hist. lib.* v. Sed iis præcipue : Ἔνθα καὶ τοῦ Ψελλοῦ μεταχωρήσαντος Βυζαντόθεν μετὰ τὴν ἀπόκρασιν, (lego ἀπόκαρσιν,) αὐτὸς φιλοσοφίας ἁπάσης πρόεστι διδάσκαλος. *Ubi et Psello post comam detonsam Byzantio secedente,ipse Italus universæ philosophiæ magister creatus est.*

XXX. Quidquid tamen sit, maximis eum laudibus exornarunt,præter Annam Comnenam,Joannes Scylitza, et Cedrenus in procœmio Historiæ, ὑπέρτιμος Ψελλός, *honoratissimus Psellus*, et in Stratiotico : et Zonoras locis supra adductis, et in Isaacio Comneno, Πολὺς τὴν γλῶτταν ὁ σοφώτατος Ψελλός. Vim dictionis cum non intellexisset interpres, πολὺν τὴν γλῶτταν, *verbosum* reddidit. Apage sapientissimum istum, si verbosus est, Græci cum admirandum aliquem, nec cum vulgaribus comparandum innuunt, dictione illa πολὺς utuntur. Hinc aptissime diceres, et ad Atticæ eloquentiæ normam, Πολὺς τὰ θεῖα Γρηγόριος, *eximie sanctus* (*o*) *Gregorius* Πολὺς τὴν θείαν Γραφὴν Michael Ghislerius, *Disciplina rerum divinarum eruditissimus,et ingenio,prudentiaque in sacris Litteris exponendis acutissimus.* Πολὺς τὴν φιλοσοφίαν Fortunius Licetus. *Illis, qui ad philosophiam spectant, quam maxime potens : pauci* ut *sint* qui *tantis* [21] *philosophiæ dotibus præditi sint.* Πολὺς τὰ μαθηματικὰ Petrus Gassendus, *in rebus mathematicis tractandis ingeniosus, eorumque difficultatibus enodandis consultissimus.* Πολὺς τὰ ἰατρικὰ Gabriel Naudæus, *rebus medicis nimium pollens, multum versatus, supra plerosque alios exercitatus, nimio jam imbutus usu liberaliter institutus.* Πολὺς τὴν παιδείαν Nicolaus Villanus. *Præclara eruditione atque doctrina ornatus : eruditione et florentibus studiis nunquam non satis instructus, magnus.* Πολὺς τὴν ἐπιστήμην, Renatus Moreau, *in perfectissima disciplina probatissimus, et incredibili quadam ingenii magnitudine ad quascunque disciplinas instructissimus.* Πολύς τὴν ἱστορίαν Jacobus Philippus Thomasinus, *ad scribendas historias maxime illustris : in illustranda antiquitate sedulo studio apprime clarus, singularis.* Πολὺς τὸν νοῦν Joannes Bourdelotius. *Pleno pectore sapiens : sapientia munitam mentem egregie gerens ; considerate omnia perficiens.* Πολὺς τὴν ποίησιν Joannes Rhodius, *in poeticis studiis mirifice versatus; admirabili quodam ad poesim studio concitatus, præstantissime cum omnibus Musis rationem habuit.* Πολὺς τὴν ἀρετὴν, καὶ τὴν φρόνησιν. Dominicus Molinus, *virtute ipsa excellentissimus* An non Ciceronianum illud infert? *Talis est vir, ut nulla res tanta sit, ac tam difficilis, quam ille non et consilio regere, et integritate tueri, et virtute conficere possit :* et similia. Sic Psellus dictus est, πολὺς τὴν γλῶτταν, quasi diceres *magnus, multus, admirandus eloquio, eloquentia singulari.* Σοφώτατος etiam passim audit, *sapientissimus*, et a Glyca in Annalibus, et a Metochita in Historia. Et illius sententiis, qui eum secuti sunt, scriptores sua Commentaria non minus quam aliorum Patrum testimoniis illustrarunt. Inter alios præcipui sunt Niceta Serron, Catena absolutissima in Evangelium Lucæ ; Macarius Chrysocephalus in Magno Alphabeto, ubi ex diversorum Patrum dictis Evangelia perfectissime interpretatur; et Joannes Diaconus Magnæ Ecclesiæ Tract. Τίς ὁ σκοπὸς τῷ Θεῷ τῆς πρώτης τοῦ ἀνθρώπου πλάσεως, καὶ τῆς δευτέρας ἀναπλάσεως διὰ τοῦ Θεοῦ.

XXXI. Illud interim animadvertere debemus,

NOTÆ.

(*o*) Malim *rerum divinarum apprime peritus.*

Gesnerum in Bibliotheca ridicule satis argutari, eumdem esse Michaelem Ephesium, et Michaelem Psellum. *Mihi quidem aliquando conjectura occurrit eumdem existimandi Michaelem Ephesium, et Michaelem Psellum. Nam præter commune prænomen, utrumque constat recentiorem fuisse, Christianum, Peripateticum, Aristotelis paraphrastem.* Multi alii ejusdem prænominis recentiores, Christiani, et Peripatetici, Aristotelis paraphrastæ, nova hacce argumentandi ratione Pselli erunt, inepte. Verum est utrumque recentiorem esse, Christianum, an æque Peripatetici, dubium; [22] certum omnino paraphrastes non esse: ni scholia, et expositiones textus brevissimas, una cum Paraphrasi confundere velimus. Conferantur utriusque in Aristotelem commentationes, quamvis sententia in multis conveniant, in modo, ac methodo exponendi Aristotelem longe diversi sunt. Psellus continua textus paraphrasi sententiam aperit, Ephesius non nisi difficilioribus operam dat, clara, apertaque, ut[1] cuique obvia, negligit.

XXXII. At quisnam sit iste Ephesius Michael, qui in enodando Aristotele tantopere etiam elucubrationibus editis, insudavit, quæsiere multi. Sed frustra operam contriverunt. Ubi nullum rei vestigium apparet, si venatori res non succedit, laudem ille pro conatu, non, quod non invenerit, reprehensionem promeretur. Verum dum ego etiam omnia pervestigo, si quid subodoratus sum, in medium afferam, donec meliora ab aliis producantur. Sensuum, ac enarrationum similitudo hos duos auctores unum ab alio adjutum fuisse satis indicat, vel utrumque ab alio, et ex uno fonte utriusque monumenta corrivari. Cumque a quo Psellus sua hauserit non habeam, utique Ephesium ex Pselli, sive ore, sive monumentis, quamuis verosimilius ex ore, sua habuisse, esseque Michaelem Ducam Parapinaceum dictum, Pselli discipulum, si conjectura aliquid valeo, existimo. Hic enim, dum summam imperii teneret, a Psello edoctus, illo amisso, in Ephesum delatus, illius Ecclesiæ antistes consecratur. Zonaras in Botaniata. Ὁ μὲν τοι προβασιλευκὼς Μιχαὴλ, ὡς εἴρηται, τὴν τρίχα καρεὶς, καὶ ψήφῳ συνοδικῇ Μητροπολίτης Ἐφέσου κεχειροτόνητο, καὶ ἅπαξ φοιτήσας ἐκεῖ ἐπανῆλθε, καὶ ἐν τῇ τοῦ Μανουὴλ μονῇ ἐποιεῖτο τὴν δίαιταν. *Michael vero, pridem imperator, tonsa coma, ut dictum est, concilii suffragiis Ephesi Metropolita creatur. Et cum semel eo venisset, reversus, in Manuelis monasterio vitam egit.* Constantinus Manasses:

A Τῇ γαμετῇ τοῦ Μιχαὴλ ζεύγνυται νόμῳ γάμου,
Καὶ ταῦτα γέρων τρυφερᾷ, πέμπελλος νεαζούσῃ.
Αὐτὸν δὲ βαρυνόμενον, καὶ δυσανασχετοῦντα
Τῆς Ἐφεσίων πόλεως ποιμένα καθιστάνει.

Antecessoris Michaelis conjugem sibi matrimonio copulat, senex mulierem teneram et dedicatam, capularis, et funeri destinatus vegetam, atque juvenem Quemque sortem suam ægre, molesteque ferentem, ac deplorantem, Ephesinæ urbis pastorem imperator constituit. Et Ephræm in Chronico:

[23] Ὁ Μιχαὴλ δὲ γίνεται μελαμφόρος,
Εἶτ' ἀρχιθύτης, καὶ πρόεδρος Ἐφέσου.

B *Michael vero nigris vestimentis indutus sacrificiorum princeps, præsulque Ephesi fit.* In eo otio, si gregem Cbristi pascere otium est, multa in varias disciplinas, nec dubito, conscripsit, quæ nomine Michaelis Ephesii, quietis potius amans, memor turbarum, non imperatoris, exemplo etiam aliorum imperatorum, voluit, ut hominibus innotescerent. Non placet? dictum indictum esto. Ἐπανίτω πρός με τὸν τεκόντα τὸ ἀποκύημα. *Redeat ad me auctorem fœtus hic meus.*

XXXIII. Hic ergo Psellus, ut doctrina præstantissimus, ita omnium πολυγραφώτατος fuit. Ausim dicere neminem. ea, vel subsequente ætate, Græce vel invenisse acrius, vel ordinasse aptius, vel locutum eloquentius, vel profundius res pertractasse. Nulla fuit scientia, quam ipse vel notis non illustraverit, vel compendio non tentaverit, vel optima methodo non expedierit. Eorum, quæ scripsit quæque ad notitiam meam pervenere, quædam edita C sunt, quædam adhuc inedita: de editis primum sermonem instituam. Edita sunt:

XXXIV. Pselli *De victus ratione, deque facultatibus, et succi qualitate, elementorum, libri duo* ad Constantinum (*p*) imperatorem, Latine, Georgio Valla interprete, una cum Rhazæ de pestilentia libro, et Joannis Manardi Ferrariensis in Artem Galeni expositione. Basileæ, apud Andream Cratandrum, anno 1529, in 8.

XXXV. Ejusdem *Iambos in vitia et virtutes.* Item, *Anagogas in Tantalum, Allegoriam de Sphinge, Anagogam in Circem, quæ volebat Ulyssem transformare,* Arsenius Monembasiæ episcopus Romæ (*q*) primus vulgarat. Deinde pluribus locis restituta, atque interpolata, a Conrado Gesnero, Basileæ edidit Joan- D nes Oporinus (*r*) anno 1544, in 8, una cum Heraclidis Pontici Allegoriis in Homeri fabulas de [24] diis de quibus vide infra in Joanne Psello § 49, 56, 80. Obiter et hic animadvertendum est, carmina illa, quæ Federicus Morellus Lutetiæ anno 1608, in 8,

NOTÆ.

(*p*) Ducam vel Monomachum, ut Allatius notavit supra § 6, non Porphyrogennetam, ut Gyraldus p. 282. de Poetis. Prodierunt etiam hi libelli de victu humano una cum aliis variorum scriptis ab eodem G. Valla versis Venet. 1498, fol., ut editiones Colon. 1526. 8, et Basil. 1457 in 8 omittam In libellis istis imperatoris jussu collectis nullum scriptorem laudat Psellus præter p. 8, Galenum. De eodem argumento sed plane diversus liber Simeonis Sethi exstat ad Michaelem Ducam imp. cui valde simile scriptum aliud Psello tributum de quo Allatius infra § 51.

(*q*) Græce In 8, ad calcem Apophthegmatum, Leoni X inscriptorum.

(*r*) Græce tantum, non Græce et Latine, ut a clarissimo Caveo in *Hist. litteraria scriptorum eccles.* proditum, licet Heracliti Allegoriis Latina illarum Gesneri versio subjuncta.

una cum Theodori Prodromi dissertatione de Sapientia Græce edidit esse excerpta, nonnullis tantum verbis immutatis, ex his Pselli Iambis. Ea sub Ἀνωνύμου nomine Ἰάμβους ἠθοποιϊκοὺς Morellus vulgaverat. Nihil minus. Phronesi tantum excepta, reliqua sunt de philosophia, rhetorica, et grammatica, quæ, quantum spectent ad mores, judicent alii.

XXXVI. Ejusdem *Paraphrasin in Aristotelis librum* Περὶ ἑρμηνείας, *De interpretrtione*, edidit Græce Aldus, Venetiis, cum Ammonio, et Magentino 1503, in fol.; eamdem latinitate donatam (*s*), cum ejusdem Pselli compendio *in quinque voces Porphyrii, et Aristotelis prædicamenta* Basileæ excudit Robertus Winter 1542, 8. Quæ ultima prius anno 1540 Græce Parisiis edita fuerunt, una cum ejusdem *Introductione in sex Philosophiæ modos*, et anno 1541, 12. Ibidem per Jacobum Foscarenum Michaelis filium latinitate donata. In alio codice manuscripto Paraphrasis titulus ita habetur, Παράφρασις τοῦ Περὶ ἑρμηνείας, ἀπὸ φωνῆς τοῦ κυρίου Βεστάρχου καὶ ὑπάτου τῶν φιλοσόφων τοῦ Ψελλοῦ. *Paraphrasis in librum De interpretatione, ex ore domini Bestarchæ et principis philosophorum Pselli.* Hinc virum Vestarchatus etiam dignitate, unde postea Vestarches nobilissimæ familiæ nomen irrepsit, insignitum fuisse colligimus.

XXXVII. Ejusdem liber, (*t*) de quatuor mathematicis scientiis, arithmetica, musica, geometria, Græce et Latine editus cum aliis auctoribus, Wittembergæ 1560, nec non Basileæ per Joannem Oporinum 1556, 8, Guilielmo Xylandro Augustano interprete, cum nonnullis ejusdem Xylandri annotationibus in eumdem. Quibus accessit Xylandri de philosophia, et ejus partibus carmen, et nonnulla alia carmina diversi argumenti. Opus hoc primus Romæ Græce imprimendum curavit Arsenius Monembasiæ episcopus, in qua editione scripserat, incertum esse, Pselli ne an Euthymii cujusdam [25] opus esset, plerisque tamen Pselli videri. Καὶ ταῦτα τῷ ταύτης πατρὶ, εἴτε Ψελλὸς ἦν, ὡς τοῖς πλείοσι δοκεῖ, εἴτε Εὐθύμιος, χαριζόμενος. Impressus quoque est (*u*) Parisiis Græce anno 1545, 12, per Jacobum Bogardum. Non multo post Elias Vinetus, quod nullus ante eum, anno 1553, primus Latinum fecit, Parisiisque anno 1557, edendum curavit, postrema ejus parte, quæ est de astrologia, omissa, tum quod antiquis illis egeret Græcorum tabulis, quarum rationes suis temporibus non satis congruebant, tum quod esset mendosa præter alias, et ex ea se haud dum, ut ipse præfatur, ex sententia explicare potuerit, cujus loco Procli sphæram substituit. Editum hoc idem Opus ex Vineti interpretatione Turnoni apud Claudium Michaelem, anno 1592. Post Vinetum Xylander suam interpretationem aggressus est.

XXXVIII. Ejusdem tractatus Περὶ χρυσοποιίας, *De auri conficiendi ratione*, ad Michaelem Cerularium patriarcham Constantinopolitanum, Dominico Pizimentio Vibonensi interprete, una cum Democrito Abderita, Synesio, Pelagio et Stephano Alexandrino, de magna et sacra arte, editus est Patavii apud Simonem Galignanum 1572, in 8. Dicti auctores cum plerisque aliis de eadem arte, inter quos præcipui erunt Zosimus, Olympiodorus Christianus: et carmine Hellodorus, Hierotheus, Theophrastus, Archelaus, et alii non contemnendi lingua Latina, Græce et Latine unum nostrum variorum antiquorum volumen, cum nostris de eadem re tractatulis, ni meis studiis semper Musæ adversæ fuerint, chymicæ artis deditis non injucundum, conflabunt. Animadvertendum etiam, a Pizimentio male epistolam Pselli ad Xiphilinum directam, (*v*) qui Joannes dicebatur, non Michael, nisi velimus dicere Psellum eumdem tractatum mutato solo nomine amicis pluribus divenditasse, quod aliis etiam solemne fuit. Et ne alios recensendo, tempus conteram, satis mihi erit unum [26] tantum in medium afferre, quod ob dignitatem auctoris, mirum nonnullis videbitur. Quis enim credet Isocratem, oratorum illud ac rhetorum numen, quasi rerum argumentis destitutum, inopiaque artis adeo rudem, unam eamdemque orationem, ejus nomine solum immutato, ad quem direxerat, paucisque aliis, pluribus, raro exemplo, inscripsisse, quod licet sileant libri rhetorum in hunc diem editi, forte tanti magistri reverentia, non tacuit tamen auctor illi σύγχρονος epistola ad Philippum regem. Locum eo libentius hic ascribo quia pulcherrimus est, et rarus, (*x*) et a nullo, quod sciam, observatus. Ὁμοίως δὲ καὶ Ἰσοκράτης

NOTÆ.

(*s*) Latina versio paraphraseos Pselli in lib. Περὶ ἑρμηνείας, studio quorumdam amicorum Nic. Martimbosii prodiit Paris. 1339, 4. Editiones quoque Venetam 1541. fol. et Basileensem a. 1542. memorat Labbeus. Exstat et Pselli introductio in sex philosophiæ modos et compendium quinque vocum Porphyrii et de decem categoriis, Venet, 1532, cum versione Jacobi Foscareni.

(*t*) Hunc librum (in quo multa e Theone delibata) Psellus testatur se scripsisse anno Græcorum 6516, h. e. Christi 1008.

(*u*) Venetiis quoque anno 1532, 8, quæ editio Græca occurrit Romæ in bibl. Barberina. Latina vero Xylandri interpretatio recusa Lugd. Bat. 1647, in 8. Libellum Pselli de Musica, ex hoc Tetrabiblo Lampertus Alardus cum latina sua interpretatione subjecit libro suo de veterum Musica, Schleusingæ 136, 12.

(*v*) Etiam in Græco codice regio Paris. cujus apographum beneficio illustris viri Pauli Vindingii possideo, nomen Xiphilini exstat: Τοῦ μακαρίτου καὶ πανσόφου Ψελλοῦ ἐπιστολὴ πρὸς τὸν ἁγιώτατον πατριάρχην Ξιφιλῖνον περὶ χρυσοποιίας. At in codice Vindobonensi ad Michaelem (Cerularium) dirigitur, τοῦ λογωτάτου καὶ πανσόφου ὑπερτίμου κυροῦ Μιχαὴλ τοῦ Ψελλοῦ περὶ χρυσοποιίας πρὸς τὸν πατριάρχην κύριον Μιχαήλ.

(*x*) In epistolis Socraticorum ab Allatio editis p. 66.

ἐπειδὴ νέος μὲν ὢν εἰς τὸν δῆμον μετὰ Τιμοθέου καθ' ὑμῶν ἐπιστολὰς αἰσχρὰς ἔγραφεν, νυνὶ δὲ πρεσβύτης ὤν, ὥσπερ ἐκών, ἢ φθονῶν τὰ πλεῖστά τῶν ὑμῖν ὑπαρχόντων ἀγαθῶν παραλέλοιπεν. Ἀπέσταλκε δέ σοι λόγον, ὃν τὸ μὲν πρῶτον ἔγραψεν Ἀγησιλάῳ, μικρὰ διασκευάσας ὕστερον ἐπώλει τῷ Σικελίας τυράννῳ Διονυσίῳ. Τὸ δὲ τρίτον τὰ μὲν ἀφελὼν, τὰ δὲ προσθεὶς ἐμνήστευσεν Ἀλεξάνδρῳ τῷ Θετταλῷ, τὸ δέ τελευταῖον νῦν πρὸς σὲ γλίσχρως αὐτὸν ἀπηκόντισεν. Id est : *Similiter et Isocrates juvenis adhuc, una cum Timotheo, contra vos epistolas probris plenas ad populum scriptitabat; nunc senex, sive volens, sive invidentia percitus, res vestras quam plurimas, easque bonas silentio præteriit. Misitque ad te orationem, quam primum Agesilao inscripserat, et paucis immutatis Dionysio Siciliæ tyranno venalem exhibuit, tertium, multis additis multisque detractis, Alexandro Thessalo despondit, nunc tandem ad te illiberaliter, ut ita dicam, ejaculavit.* Elegantissimam hanc, et reliquas Socratis et aliorum Socraticorum epistolas Latinas jam antea a me factas, antiquitatis vestigatoribus quam primum communicabo. Sed ad rem. Lilius Gyraldus Dialogismo 8 narrat,libellum hunc,quem vocat aureolum, inter pervetustos codices Græcos repertum, manuque sua exscriptum Pico Mirandulæ se tradidisse, exornasseque hoc epigrammate :

Si velut Æsonides Nepheleia vellera quæris,
Non per Cyaneas illa petenda petras.
Si quæ Tantaleis latuerunt ædibus Atrei,
Non ea Tantalea fraude paranda tibi.
Hesperidum si mala cupis servata Dracone,
Non opus Herculeo, Pice labore tibi.
Si quidquid nigris auri defertur ab Indis,
Non est cum trucibus pugna futura feris.
[27] *Si quidquid Lydis vel Iberis volvitur undis,*
Non tibi per gentes longa terenda via est.
Omnes ecce tibi ignotos quacunque parandos,
Thesauros, parvo codice Psellus habet.

Hinc frequens illius mentio, et dictorum examen apud Joannem Franciscum Picum in libris de Auro, sed præcipue cap. 2 lib. II, *Democriticæ sectæ et Abderiticæ inter Aristotelis interpretes Michael Psellus non solum meminit, sed a se revelata scribit ejus arcana. Hic enim post Rhetorica, Historica, Poetica, Mathematica, scripsit et Chymica, nec non et Medica, quæ Constantino imperatori dicavit.*

XXXIX. Ejusdem Περὶ ἐνεργείας δαιμόνων *de operatione dæmonum* liber 6 Græco in Latinum (*y*) conversus est a Petro Morello (*z*) Turonensi, editusque Latine cum Præfatione Francisci Feuardentii Parisiis apud Gulielmum Chaudiere 1577, 8, et anno 1615. Lutetiæ Parisiorum notis a se illustratum primus Græce (ex duobus manuscriptis suo et Morelli) edidit Gilbertus Gaulminus, cum interpretatione Latina ejusdem Morelli. Plura item ex eodem Dialogo excerpta, Latina facta Joanni Medici, una cum aliis ex Jamblicho, Proclo, Porphyrio, Marsilius Ficinus nuncupaverat. Gesnerus scriptum reliquit, Psellum duos de Dæmonibus libros scripsisse, quos Diegus Hurtadus Venetiis possidebat, excusique erant Latine in officina Aldi. De Hurtado nihil dico. De officina Aldi falsum est ibi hos duos libros de dæmonibus esse impressos, cum in illa editione nihil aliud contineatur, quam excerpta illa Ficiniana, sæpius (*a*) multis in locis edita, eodem ordine, ac distinctione. Gaulminus conjectat ex verbis ipsius Pselli in fine dialogi de dæmonibus, libros duos scripsisse. quod latuisse interpretes Morellum, et Ficinum, ideo maxime quod in excerptis e Psello quæ cum excerptis pariter [28] ex Jamblicho, Proclo, et Porphyrio edita sunt, aliqua ultimo capite afferat, quæ desumpta ex secundo illo, si quis est, libro videri possunt. Optima conjectura, et veritati consentiens; quæ enim in eo capite continentur, cum, ut manifestum legenti esse potest, in hoc Dialogo non habeantur, ex alio libro desumpta esse necesse est. Sunt autem, ne diutius te detineam, lector, ex tractatu ejusdem Pselli in hanc eamdem rem sub hoc titulo, Τίνα περὶ δαιμόνων δοξάζουσιν Ἕλληνες· *Quænam sint de dæmonibus opiniones Græcorum:* cujus principium tale est, Ὁ μὲν ἡμέτερος λόγος προαιρέσεις καὶ τοῖς ἀγγέλοις διδούς. Qui an unus sit cum secundo Hurtadiano non ausim affirmare : et præsertim in hoc scriptore, cui non defuere vires eloquentiæ, nec argumentorum copia, quibus eamdem rem non semel, sed pluries pertractaret; ut videre est in aliis ab eo conscriptis. Porro hos duos de Dæmonibus libros alii tribuunt Michaeli Ephesio, ut scribit Possevinus in Apparatu. Eorum in Latinum versio incerti legitur in Cod. 3122, manuscripto Vaticano : et de Dæmonibus excerpta ex Psello per Joannem Jacobum Bartholotum Parmensem physicum, codice 5376. Vide quæ nos etiam supra (*b*) diximus.

XL. Ejusdem *In Oracula Chaldaica expositio* (*c*)

NOTÆ

(*y*) In Bibl. Gallica Crucimanii p. 405. Gallica etiam versio hujus libri a Morello edita memoratur, Paris., apud Guil. Chaudiere, 1575, additis capitibus 33, et 36, libri quarti Nicetæ de Colossis Asiæ. Librum Pselli accepit Morellus e Bibliotheca Jacobi S. Andreani, canonici S. Mariæ Paris.

(*z*) Morelli versio latina exstat etiam in Bibl. Patrum edit. Lugd. T. XVIII. p. 569. Hinc Græce et Latine cum Gaulmini notis hunc librum minus emendato recudi curavit B. Dan. Hasenmullerus, Kilon. 1688, 12. Vide et si placet Cardanum c. 93. De rerum varietate, T. III, opp. p. 319 sq. Jo. Clericum Bibl. Universal. T. XV, p. 118, sq. et Vignolium Marvillum s. II, miscell. litterar. p. 306. Dialogi titulus Τιμόθεος ἢ περὶ ἐνεργείας δαιμόνων. Vide Fulvium Ursinum in Lyricor. fragmentis p. 179. et Lambec. lib. VII, p. 138.

(*a*) Confer lib. 1. Bibl. Græcæ, c. 7, § 4.

(*b*) Supra § 9.

(*c*) Inscribitur etiam in codice quem habeo ms., Τοῦ σοφωτάτου Ψελλοῦ ἐξήγησις εἰς τὰ λόγια Ζωροάστρου.

Coloniæ Agrippinæ 1606, industria Severini Binii ; et Græce sub Joannis Pselli nomine, cum Theodori Prodromi et Nicephori Callisti versibus, Basileæ apud Joannem Bebelium 1536, [33] in 8. Quem Joanni (*q*) etiam tribuit Joannes Tilius Engolismensis, in apostolorum et sanctorum conciliorum Decretis, impressis Parisiis per Conradum Neobarium 1540. In hunc ipsum Tractatum scripsit Franciscus Feuardentius; et Bellarminus tradit, Psellum in eodem hallucinatum, in tempore, quo celebrata est prima Constantinopolitana synodus, quæ fuit secunda ex quatuor primis; in Ephesina, quæ fuit tertia, tom. I, Controvers. 4, de Conciliis cap. 5.

L. Ejusdem *de Nomocanone* carmina Græce edidit cum superioribus Busquetus, quæ cum laxiora sint, alterius esse multum dubitavi : nec fefellit me animus, nam in alio manuscripto codice Constantino Psello tribuuntur. Κωνσταντίνου προέδρου, καὶ ὑπάτου τῶν φιλοσόφων τοῦ Ψελλοῦ εἰς τὴν Νομοκανόνος ὑπόθεσιν. In bibliotheca etiam Antonii Augustini cod. 151 et 175, eidem Constantino Psello tribuuntur. Sed cujusnam opus sit non videtur tanti, ut in ejus auctore inquirendo diutius immoremur.

LI. Sub ejusdem nomine circumfertur Syntagma ἐκλελεγμένον ἀπὸ τῶν Ἰατρικῶν βιβλίων, περὶ δυνάμεως τροφῶν, καὶ ὠφελείας, καὶ βλάβης, *de Cibariorum facultate, utilitate, et noxa, ex Medicis libris collectum*, ad Constantinum Monomachum per litterarum ordinem, cujus illud est principium, Πολλῶ καὶ λογίων, ὦ μέγιστε. Illud Simeoni Setho (*r*) magistro Antiocheno tributum, et a Gyraldo Latine redditum Græce et Latine Isingrinius Basileæ excudit in 8, 1538. Cum vero non tantum sententiæ, sed verba etiam ipsa in utroque reperiantur, existimo, Collectaneis Pselli nonnulla Simeonem a se, inter legendum animadversa, addidisse, vel quempiam tertium ab utroque confecisse, quod ex indice manuscripto (*s*) colligi poterit : Σύνταγμα περὶ τροφῶν δυνάμεων τοῦ Ψελλοῦ, καὶ Συμεὼν τοῦ Μαγίστρου. *Syntagma de alimentorum viribus Pselli, et Simeonis Magistri.* Neque enim adduci possum, ut credam, Psellum [34] sua a Setho, eruditiorem eloquentioremque a minus erudito et eloquente mutuatum. Aliorum siquidem laboribus meliores, non deteriores evadere conamur. Et Psellus Sethianis illis, veluti aliena pluma amictus, candidissima sua deturpasset. Viderat id quoque Gyraldus, epistolaque nuncupatoria omnibus significavit. *De eadem*, scribit, *ferme re et facultate ad Constantinum, hujus, ut puto, Michaelis Ducæ parentem, Michael Psellus Libellum ante scripserat, cujus est exemplum apud Meletium, Græcum totius medicinæ scriptorem, non eodem modo argumento, sed iisdem interdum pene verbis. Hunc ego Symeonem, multis licet in locis depravatum et mancum, cum Latine quoque modo vertissem; adjutus imprimis ipsius Pselli libello, tum ejusdem altero a Georgio Valla in Latinum pessime conversum, tibi in omni medicæ facultatis*, etc. Recte omnia, si illud excipias, Constantinum Monomachum parentem Michaelis Ducæ fuisse, quippe qui diversus omnino sit a Constantino Duca Michaelis parente.

LII. Eidem Psello librum Περὶ ποδάγρας, *De podagra*, a nonnullis codicibus tribui video, cujus illud est initium : Ἐπεὶ ὥρισε πρός με ὁ κράτιστος, καὶ ἅγιος, capitibus quadraginta sex concinnatum; qui, cum ad Palæologos, quorum jussu fuerat conscriptus, directus sit, nisi Psellum alium fingere, cui tribui possit, velimus, certe Pselli non est. Auctor tempore Michaelis Palæologi vivebat, cui a valetudinis cura erat, ut ipse fatetur : Ἐπεὶ τοίνυν ἐκέλευσέ με ὁ θειότατος βασιλεὺς, εἰμὶ δ' αὐτὸς ἀπὸ τῶν ἰατρῶν αὐτοῦ, καὶ τὴν αὐτοῦ φύσιν, καὶ τὴν κράσιν, καὶ ἰδιότητα κατὰ τὸ δυνατὸν εἰδὼς, διὰ τὸ μὴ πρὸς ὀλίγον καιρὸν συνεῖναι αὐτῷ, τὰ πρὸς ἐμὴν ἀνήκοντα δύναμιν κατὰ τοῦτο τῷ ὁρισμῷ τούτου πειθόμενος ἤδη γράφω. *Quandoquidem igitur hoc mihi imperavit sanctissimus rex, e cujus medicis sum unus, ideoque naturam ejus, temperamentumque novi, præsertim cum diu cum eo versatus fuerim, pro ea, quæ mihi est scientia, de hoc morbo, ut ejus obediam mandato, tractare incipio.* Et, si res in eo pertractatas, nodum et formam dicendi consideras, aliaque : a dicendi tractandique ratione Pselliana longe absunt. Vidi postea editum Latine sub nomine Incerti ab Henrico Stephano (*t*), inter auctores medicos, tom. II, ex versione Marci Musuri ad Scaram Trivultium, cujus de eo hoc est judicium : *Quod sicut auctor, quisquis hæc ediderit, infans et elinguis erat, ut qui nesciret, si quid vel arte didicisset, vel usu compertum habuisset, exprimere*, etc. Et ante aliquot annos, Græce editum Parisiis in 8, 1558. Apud Guilielmum Morelium, *Demetrio Pepagomeno* vindicatum; et [35] seorsim Latine ex interpretatione doctissimi cujusdam viri, quem ipse non nominat. Cum vero in multis Psello tribuatur, licet illius non sit, inter alia Pselli monumenta edita locum habeat.

NOTÆ.

(*q*) In ms. Cæsareo Michaelis Pselli esse perhibetur : Τοῦ Ψελλοῦ κυρίου Μιχαὴλ περὶ τῶν ἁγίων καὶ οἰκουμενικῶν ἑπτὰ συνόδων πρὸς τὸν βασιλέα τὸν Μονομάχον.

(*r*) Simeoni huic vindicat, et ex duobus mss. Jac. Mentelii integriorem hujus libri editionem cum versione et notis dedit Martinus Bogdanus, Paris. 1658, 8. Vide et Allatium de Simeonibus, p. 181. Pselli librum una cum Simeonis libro ad mss. codices recensito edere voluit Georgius Hieron. Welschius. Vide ejus epistolam IX.

(*s*) Sic etiam codex Cæsareus de quo Lambecius VI, p. 161. Idem memorat Pselli περὶ διαίτης ad imp. Constantinum Monomachum. Incipit : Καὶ τοῦτο τῆς σῆς ἔργον προνοίας καὶ μεγαλοφυοῦς ἐπινοίας καὶ φιλανθρωπότητος ἐπίταγμα, Κωνσταντῖνε θειότατε καὶ μέγιστε αὐτοκράτορ, κ. τ. λ.

(*t*) Paris, A. 1567, fol.

LIII. Et hæc Pselli opera (*u*) edita sunt quæ mihi videre contigit. An alia item sint nondum novi. Illud scias, lector, alias item esse nonnullorum ex hiece operibus editiones, quas libens volensque omisi. Satis sit præcipuarum commeminisse. Utinam et alia, quæ jam latent, eamdem cum istis fortunam experirentur! Sed quando pessimorum hominum nequitia id fieri nequit, en aliquorum adhuc ineditorum catalogum hic attexam, quorum mihi memoria suppetit, et quo dicuntur esse in loco aperiam, ut, si detur aliquando facultas, tibi possis tantos thesauros comparare. Laudaboque auctores, ut unde id habeam, tibi compertum sit, et si quæ fraus deprehendetur, habeas tu etiam, in quas crimen referas. De quibus exactum tibi judicium, certamque narrationem non promitto, cum ea præ manibus non fuerint. Illud certum est, ex his nonnulla esse bis, terve repetita, quædam etiam typis excusa. Quia tamen ex sola tituli notitia, eaque varia, de toto tractatu non possumus sententiam ferre, et unum ab alio distinguere, quemadmodum in aliis invenimus, ita tibi damus, quæ certo edita sunt omnino prætereuntes, sit ergo :

LIV. Pselli liber *Contra Eunomium*, Romæ in Vaticana servatur : Gesnerus in Bibliotheca, Gilbertus Gaulminus notis in eumdem Περὶ ἐνεργείας Δαιμόνων, et Franciscus Feuardentius præfatione in Petri Morelli interpretationem ejusdem libelli *De dæmonibus*.

Scholia ejusdem in dictum quoddam Basilii, Romæ; Gesnerus ibidem.

Epitome librorum Moysis in 4 Ms. in bibliotheca imperatoris Viennæ : Gesnerus.

Dioptra, id est Perspectiva, continens quatuor sermones in quibus animus et corpus disputant, in bibliotheca Augustana : Gesnerus [36] et index Augustanus : Plut. 6, num. 12. Hæc an eadem sit cum Philippi solitarii Dioptra, jam edita Latine, non possum divinare, et forte Indicis auctor, Pselli præfantis (*v*) nomine deceptus, totum Dioptræ opus, a vero scriptore Philippo avulsum, Psello imprudenter nimis supposuit. Philippi tamen esse apparet, cum eam, ex bibliotheca Augustana depromptam, cum Cabasila, Philotheo, Joanne Carpathio, et Glyca Latinam vulgaverit Jacobus Pontanus Ingolstadii, ex typographis Adami Sertorii, 1604, in 4.

LV. *Quæstiones theologicæ cum responsionibus*, ad Michaelem Ducam, quibus et ad physiologiam pertinentia continentur, fol., in bibliotheca Augustana, in armario VI. Index Augustanus ms· infra etiam idem index hæc habet : *Pselli ad Michaelem Commenum varia capita theologica :* Περὶ ἐνυποστάτου, *de anima, de virtutibus, et physica de sensibus; de similitudine. et dissimilitudine liberorum cum parentibus; de embryone; de somniis; de circulis cœlestibus; de meteoris; de lunæ eclipsi; de solis calore; de stellis*; *de Dioscuris; de pluvia, grandine, nive, pruina, rore*; *de typhone, et ecnephia ventis, de fulmine; de partibus mundi*; *de terræ motibus; de tempestatibus*; *de salsedine maris; de imbribus; de fluminibus*; *de stellarum luce*; *quid necessitas, contingens, tempus, materia, forma, elementum? Quid encyclopedia? de litterarum inventoribus*; *de Amazonibus*; *de nominibus mensurarum* ; *de circulorum initiis*; *quæ habeant cœlum, mare, sol; de ortu solis triplici, deque igne cœlitus ad philosophi preces delapso; de Potidea, Arcadia; ac Aristotele, Cleanthe, Anaxagora; de Eubœa, Sicilia.* Gesnerus item, *ejusdem de fide ad Michaelem Ducam, juncta ejusdem Epitome philosophiæ Aristotelicæ, id est physicæ, de generatione et corruptione, de meteoris, cum supplemento Gregorii Nicæni ad Petrum fratrem in* 4, *ms. bibliothoca imp. Viennæ.* Idem habet Israel Spachius in Nomenclatore scriptorum philosophicorum et philologicorum. Item Romæ in bibliotheca Sancto-Silvestrina in monte Quirinali est ejusdem hic liber ms. Græce, quem ego vidi; titulus erat : Ψελλοῦ πρὸς τὸν βασιλέα κύριον Μιχαὴλ τὸν Δοῦκαν (*x*). *Pselli ad imperatorem dominum Michaelem Ducam;* capita erant. α'. Ὁμολογία τῆς πίστεως. β'. Περὶ ὀνομάτων τινῶν λεγομένων ἐν τῷ τῶν Χριστιανῶν δόγματι. γ'. Περὶ ἐνυποστάτων. δ. Περὶ Ὁμοουσίου. ε'. Περὶ Ὁμοϋποστάτου ς'. Περὶ οὐσιώδους ἑνώσεως, καὶ διαφορᾶς. ζ'. Περὶ ὑποστατικῆς ἑνώσεως, καὶ διαφορᾶς. η'. Περὶ σχετικῆς ἑνώσεως. θ'. Περὶ τῆς ἁγίας Τριάδος. ι' Περὶ [37] τρόπου τῆς ἀντιδόσεως. ια'. Περὶ θείας ἑνώσεως ιβ'. Περὶ φύσεως. 1 *Professio fidei.* 2. *De quibusdam nominibus in Christianorum dogmate usurpatis.* 3. *De* (*y*) *enypostasibus.* 4. *De Homousio.* 5. *De Homohypostato.* 6. *De essentiali unione, et differentia.* 7. *De hypostatica unione, et differentia.* 8. *De relativa unione.* 9. *De sancta Triade.* 10. *De modo* (*z*) *retributionis.* 11. *De divina unione,* 12. *De*

NOTÆ.

(*a*) Adde his ab Allatio recensitis 1. Σύνοψιν εἰς τὴν Ἀριστοτέλους Λογικήν quam Græce et Latine edidit Elias Ehingerus Augustæ Vindel. 1597, 8, observans Petri Hispani summulam, magna parte ex hoc Pselli opusculo petitam esse. 2.) Μονῳδίαν in templum Sophiæ Cpol. terræ motu quassatam, quam edidit Allatius notis ad Georgium Acropolitam, p. 281 seq. 3.) Breve carmen iambicum in depositionem Jo. Chrysostomi, vulgatum Græce ab Allatio in excerptis Græcor. sophistarum ac rhetorum, p. 400. Rom. 1648, 8. Idem ex Oratione inedita ad Constantinum Monomachum producit nonnulla, p. 102, *De recentiorum Græcorum templis.*

(*v*) Etiam hoc ipsum ex temporum ratione in dubium vocat, neque persuadere sibi potest Allatius, Mich. Psellum in Philippi qui A. C. 1405 scripsit Dioptram præfatum fuisse. Vide infra, cap. antepenult.

(*x*) Hoc scriptum habes infra ad calcem præsentis diatribæ.

(*y*) Lege : *enypostatis.*

(*z*) Vertendum erat : *de modo communicationis idiomatum.*

natura. Quæ omnia an unum opus sint, vel diversa, judicabunt, qui legent. Ego existimo unum esse, attamen in uno codice abundantius contineri; ex omnibus tamen unum posse confici perfectum et omnibus partibus absolutum. Quæ provincia non esset omnino eruditis viris contemnenda. Consule etiam, quæ nos de hoc eodem opere inferius dicemus : obiter tamen hic animadvertam titulum secundi Augustani non carere nota falsitatis, qui nobis pro Michaele Duca, Michaelem Commenum obtrudit, cujus auctoritate deceptus Wœgelinus in sua editione retinuit, et in notis, Constantini Ducæ filium Michaelem inter Comnenos, mira ἀνιστορησίᾳ refert cum omnino esset immutandus, reclamantibus cæteris codicibus, qui omnes uno ore Michaelem Ducam proponunt, cui capita illa nuncupavit. Marquardus Freherus in *Chronologia imperii utriusque : Ad Michaelem Ducam scripsit Michael Psellus ea ætate in jure et philosophia scientissimus et* πολυγραφώτατος, *Synopsim legum versibus politicis; exstat ms. in bibliotheca Palatina et Constantinopolitana. Ejusdem Pselli ad hunc Ducam responsiones ad diversas quæstiones theologicas et doctrina omnifaria*, 194 *capitibus comprehensæ in bibliotheca Palatina*. Codices hi, sicut et reliqui Græci et Latini manuscripti decantatissimæ illius bibliothecæ, meis laboribus (*a*), vigiliis integri, incolumesque in Vaticana asservantur. Quod certe omni admiratione dignum est, Deique summi muner ascribendum, in tam vasto itinere, sævissimo tempore, tempestate hiberna, ac pluvia, rerum omnium penuria, per oppida ac ditiones hostium, tantum librorum numerum sartum tectum Romam importatum, ita ut ne schedula quidem perierit. Sed ad Psellum.

LVI. Opuscula quædam *In Passionem et sepulturum Christi; Libellus dictus Antichristus; De Paradiso; In Natalem Christi*, in-4. biblioth. imperatoris Viennæ, Gesnerus, Possevinus.

[38] Εἰς τὴν σταύρωσιν τοῦ Κυρίου. *In crucifixionem Domini*, in bibliotheca cardinalis Columnæ, Gretserus notis in orationem Macarii Chrysocephali de exaltatione sanctæ Crucis tom. II, de Cruce. Non constat, an de hac intelligat amplificator Gesnerianæ bibliothecæ, *Georgii Nicomediæ archiepiscopi De Cruce, quam falso quidam Psello ascripsere Græce ms. in* 4, *Biblioth. imper. Viennæ.*

Compendiosa expositio in Aristotelis libros *De naturali auscultatione*, exstat in bibliotheca Didaci Hurtadi. Gesnerus. In bibliotheca Bavarica cod. 145. Index Bavaricus, et in bibliotheca imperat. Viennæ, Israel Spachius.

Synopsis Logicæ Aristotelis, in-4, in bibliotheca Augustana, in armario num. 5. Index Augustanus.

Expositio in Metaphysica Aristotelis, in Italia, Gesnerus.

Commentarius in Aristotelis verba, Ars artium et scientia scientiarum, et, *Quomodo omnia a philosophia dependeant*, in Italia, Gesnerus.

In Psychogoniam Platonis, in Italia, Gesnerus : in bibliotheca Augustana fol. in armario v, index Augustanus ms. in bibliotheca imper. Viennæ in-4, Israel Spachius.

Expositione variæ in varios Platonis locos, in bibliotheca Bavarica cod. 165. Index Bavaricus.

Συνοπτικὸν σύνταγμα τῆς φιλοσοφίας, in bibliotheca Joannis Sambuci, Gesnerus.

Varia philosophica, Romæ in Vaticana. Gesnerus. *Physica, astronomica, musica, arithmetica, geometrica, junctis opinionibus de anima*, in-4, biblioth. imperat. Viennæ. Gesnerus.

Interpretationes dubiorum naturalium, bibliothecæ imperat. Viennæ, in-4, Gesnerus, et Israel Spachius : *Solutio unius atque alterius quæstionis astrologicæ*, biblioth. Augustana, in-4, in armario, index Augustanus ms.

LVII. Inter libros quos bibliothecæ Lugduno Batavæ Josephus Scaliger legavit, in indice Græcorum manuscriptorum in-fol. legitur cum Heronis geometrica, Pselli quædam astrologica. An eadem, vel diversa cum superioribus, non possumus divinare. An etiam illa sunt, quæ sub illo libello de quatuor scientiis mathematicis continentur? Sed suspendo judicium.

Expositio mathematices in Timæo Platonis, de animæ generatione, sive essentia, in fol. bibliotheca Augustana, Index August. ms. An eadem cum Psychogonia ?

[39] *Opus Græcum ex libris medicinalibus, ordine alphabeti*, Romæ in Vaticana. Gesnerus, Paschalis Gallus, et Joannes Georgius Schenckius in bibliotheca Medica.

Ecloga utilis ex libro Parallelorum. Ibidem. Gesnerus et Spachius.

Encomia diversa. Ibidem, Gesnerus.

Monodia, Romæ, in Vaticana Gesnerus.

Explicatio in librum Dioscoridis, in bibliotheca Manuelis Eugenici, et Joannis Suzii. Antonius Verderius in Supplemento, et Schenckius in bibliotheca Medica.

Ænigmata, in biblioth. Bavarica, cod. 38.

LVIII. Meursius *Historiarum opus* Psellum scripsisse autumat, illudque laudari a Zonara t. III. In Isaacio Comneno, et in Romano Diogene, item a Theodoro Metochita *Histor. sacræ* l. II. Cedreno, Joanne Curopalata in Historiæ suæ initio, Michaele Glyca in Annalibus semel atque iterum. Erat etiam in catalogo exhibito a grammatico, apud Antoninum Verderium in supplemento.

NOTÆ.

(*a*) De Palatinis codicibus quos pontifici Gregorio XV donavit imperator Ferdinandus II, in Vaticanam bibl. A. 1623 translatis, gloriatur Allatius passim, uti ad Eustathium Antiochenum in præf. et in notis p. 151, atque in animadversionibus ad Antiquitates Etruscas, p. 58.

Gaulminus de Pselli scriptis hæc habet : *Alia illius in regia pariter et Vaticana exstare certum est; ut* ψυχογονίαν *Platonis*, ἐπιτομὴν τῆς ἰατρικῆς, *Comment. in Aristotelis Categorias, Metaphys. lib.* περὶ ἑρμηνείας, *Porphyrii quinque voces, contra Eunomium librum unum, de legibus duos*, μονῳδίαν, ἐγκώμια *diversa. Epistolas item elegantes laudat in adagio* ἄκρατα θύειν *Casaubonus in Athenæum.*

LIX. Plura etiam enumerat Antonius Verderius in Supplemento bibliothecæ Gesnerianæ, ex bibliothecis Constantinopolitanis. Nam inter alia apud Joanem Suzium erant, Michaelis Pselli *Explicatio in psalterium Davidis. In Gregorium Nazianzenum.* In catalago a grammatico exhibito, *Medicinale Michaelis Pselli. Liber philosophicus. In philosophica Aristotelis. Astronomicum. Explicatio in mysticam philosophiam. In quinque voces Porphyrii. In topographica Strabonis, et Ptolemæi. In arithmetica. In Galeni explicationem in quatuor libros resolutionis Hippocratis. Menandri Comediæ XXIII*, o Thesauros! *explicatæ a Michaele Psello.* In bibliotheca Regis Chritianissimi. *In Elenchos sophistarum. Scholia in definitiones. De motu temporis. De circulo solis et lunæ. De inventione diei Paschatis. De angelis et dæmonibus. De novis morborum appellationibus. De notis spirituum. De divisione animalium. In Salutationem angelicam. In Physica Aristotelis :* præter alia multa, quorum supra meminimus. Infra quoque nonnulla alia recensebimus. Et in bibliotheca Ansonii Augustini, Pselli *Apopthegmata*, cod. 227. *Explicatio mathematica speculationis in Platonis* [40] *Timæum. Absoluta enarratio de Lemmate. Explicatio de Platonica aurigatione animorum, et de militia deorum, in Phædrum. Explicatio nodi difficilis, quo pacto ex quinque secuplum est, et quod circa quinque figuras alia figura non statuatur contenta sub æquilateribus et rectangulis inter se æqualibus*, cod. 191.

LX. Hæc sunt, lector, Pselli monumenta, quæ hactenus, ut mihi videtur, in istis bibliothecis reposita latent, quæ non solum videre, sed etiam queas ut ita dicam usurpare : usurpabis enim, dum conferendi, interpretandi, edendique copia data, ipse tantum scriptorem studium et tempus insumes. Scriptioni meæ fidem hic imponere peropportunum videbatur; habes enim, ni fallor, exactam Pselli scriptorum enumerationem; tamen, ne rempublicam litterariam fraudare videar, de qua bene mereri semper sollicitus sum, en tertium hic ascribam catalogum librorum Pselli, quos, dum semper aliquid novi avidus capto, mihi legisse contigit. Mirum enim est, ut animus ad res novas semper gestiat, nullis laboribus, nullis succumbens vigiliis. Scio aliam hominibus beatitatem paratam, ad quam totis conatibus contendere unusquisque debet : quod si nescirem, in sola optimorum sriptorum lectionem coliocandam esse existimarem : et in illis conservandis occupatum summam ducerem felicitatem. In quibus omnem nostram diligentiam indulgentiamque consumi jucundissimum ac dignissimum est Mihi sane lumen solis, dies, vitaque ipsa erunt ingrata et amara, si, quæ legam, non habeam : si monumenta clarissimorum vivorum defecerint; præ illorum namque dignitate, et suavitate, divitiæ, voluptates, et quidquid apud homines in pretio est, sordes sunt et nugæ. Hac itaque sitis, sive furor (liceat propensi ad litteras animi cupiditatem, quæ nesciat modum, ita appellare) dum mihi assidue novos auctores investigandi studium ingerit, semper novum quid ingenio objicit : quod postquam didici, angor et doleo, me illo, tanto tempore frustratum fuisse. Hinc magis ac magis impellor concitatioribus stimulis. Dabo igitur tibi, lector, sine futo et fallaciis numerum librorum manuscriptorum Pselli, qui jam latent in bibliothecis, nec lucem viderunt, et eorum simul principia, ut rerum harum tibi notitiam habeas dilucidiorem. Ad Rhodum ipsam et saltum.

LXI. Visi igitur, aut lecti Pselli a me libri sunt : Στίχοι πολιτικοὶ, περὶ γραμματικῆς πρὸς κύριν Κωνσταντῖνον τὸν Μονομάχον. *De grammatica ad Constantinum Monomachum*, *carmina politica*. P. Μελέτω σοι γραμματικῆς, καὶ τῆς ὀρθογραφίας.

[41] Πρὸς τὸν αὐτὸν, περὶ Ἀντιστοίχων. *Ad eumdem, de Antistœchis.* P. ἄγγαρος γὰρ ὁ ἄγγελος, ἀγῆλαι τὸ σεμνύναι. Hæc duo a plerisque in unum veluti corpus digeri, et sub grammatices nomine laudari, novi; codex tamen Vallicellanus in duo dividit, secundo primum, aliis etiam aliorum interjectis, primo secundum tribuens locum; et argumentum utriusque diversam etiam poscit tractationem. Nec in unum grammaticæ regulæ, et dictionum expositiones, nisi confundas omnia, coalescunt. Meminit Casaubonus in Athenæum lib. II, c. 26. *Psellus in versibus politicis, quibus obscuriores voces exposuit.* Auctorem horum esse Psellum Michaelem nullus dubito. Meursius (*b*) tamen Joannem, cui de virtutibus ac vitiis iambos tribuit, horum auctorem insinuat; cum existimet Joannem esse quem in ἡγήτορες laudat Suidas, Λέγει δὲ καὶ ὁ Ψελλὸς, ἡγητορία πέφυκε τῶν σύκων ἡ παλάθη. Eumdem Psellum sæpius a Suida laudatum inveni, in Δέρτρον. Δέρτρον, τοῦ ἐντέρου τὸ λεπτὸν λέγει ὁ Ἱπποκράτης. Φησὶ καὶ ὁ Ψελλὸς, τοῦ δὲ ἐντέρου τὸ λεπτὸν κατονομάζει δέρτρον. Et Γηώρας, Γηώρας ὁ ἀλλότριος, τοῦ Ψελλοῦ, Γηώρας ὁ ἀλλότριος, καὶ γέρδης ὁ ὑφάντης. Quæ cum in his de grammatica, et antistœchis legantur, non alium horum, quam Joannem auctorem Meursius nobis intrudit.

NOTÆ.

(*b*) Meursius ad Psellum in Canticum canticor., p. 177.

Τί ἐστὶ Βαβουτζικάριος. *Quid sit Babutzicarius.* P. Ὁ μέντοι Βαβουτζικάριος ἐξ.

Περὶ τῆς Γιλλοῦς, de Gillo P. Ἡ δὲ Γιλλὼ τοῦτο δὴ τὸ ἀρχαῖον. Καί.

Πόθεν τὸ τοῦ Κερατᾶ ὄνομα. *Unde nomen Cornuti originem habuerit.* P. Τέτριπται ἐν συνηθείᾳ τοῦ βίου τὸ τοῦ Κερατᾶ ὄνομα.

Τί σημαίνει τὸ Καίσαρος ὄνομα. Quid sibi velit Cæsaris nomen. P. Τὸ τοῦ Καίσαρος ὄνομα.

Εἰς τὸ, εἴ τι ἔφθασεν. *In illud, si quid advenit.* P. Ἔφθασέ τις εἰπὼν, ὅτι ἔφθασεν.

Ἐξήγησις εἰς τὸ, Λίγξε βιὸς, νευρὴ δὲ μεγάλ' ἴαχεν. *In illud, Stridit arcus, nervus autem valde sonuit.* Homeri Iliad. δ', v. 125. P. Ἔστι μὲν οὐδ' ὅπερ εἰρήκειν εὐθὺς ἐρωτηθείς.

Εἰς τὴν ἐν Νικομηδείᾳ λεγομένην ἀκοήν. *In intellectionem sic dictam, quæ Nicomediæ est.* P. Θαυμάζουσιν οἱ πολλοὶ ἐν Νικομηδείᾳ ἠχεῖον.

Τίς ἡ διάκρισις τῶν συγγραμμάτων, ὧν τῷ μὲν ἡ Χαρίκλεια, τῷ δὲ ἡ Λευκίππη ὑπόθεσις καθεστήκατον. *Quænam sit scriptionum differentia, quarum alteri Chariclea, alteri Leucippe argumento sunt.* P. Πολλοὺς οἶδα καὶ τῶν ἄγαν·

LXII. Περὶ παραδόξων ἀκουσμάτων. *De mirabilibus auditionibus.* [42] P. Μηδὲ καινῶν ἀναγνωσμάτων εἴης. Libellum Schediasmate (*c*) illustravimus.

Ἐγκώμιον εἰς τοὺς κόρρεις. *Laus cimicum* P. Οἱ δὲ πολλοὶ τοὺς Κόρρεις κακίζουσιν.

Ἐγκώμιον εἰς τὴν φθεῖρα. *Laus pediculi.* P. Ἀλλ' ὁ φθεὶρ ἴσως τῇ ψύλλῃ.

Ἐγκώμιον εἰς τὴν ψύλλαν *Laus pulicis.* P. Τὸν Κώνωπά φασιν ὡς Ἐλέφαντα, καὶ ἵνα γε καθ' ὁδόν. Hujus meminit Joannes Tzetzes *chiliad. II, Histor.* 185.

Ὁ Μιχαὴλ μὲν ὁ Ψελλὸς ψύλλας ἐγκωμιάζει.
Ἡμῶν πρὸ χρόνων ἑκατὸν ἀκμάζων ἐν τῷ βίῳ.
Michael quidem Psellus pulices loudat,
Annis ante nos centum florens in vita.

Ἠρὸς τὸν μαθητὴν αὐτοῦ Σέργιον, εἰπόντα μήποτε δηχθῆναι ὑπὸ ψύλλης. *In discipulum Sergium, qui dixerat, nunquam se morsum a pulice.* P. Καὶ ὡς ἀληθῶς ἄπορον, εἰ πάντων.

Πρὸς τὸν αὐτοῦ Παπᾶν. *Ad suum Papam.* P. Καὶ ποταπὸς Παπᾶς ὁ Παπᾶς.

Ἐγκώμιον εἰς τὸν οἶνον. *Laus vini.* P. οὐκ οἶδα πότερον ὡς ἀνθοσμίαν.

Πρὸς τινα Κάπηλον μεγάλαυχον, καὶ φιλοσοφοῦντα διάκενα. *In Cauponem quemdam superbum, et frustra philosophantem.* P. Ἀλλὰ ποίας ταῦτα φιλοσοφίας, λογιώτατε ἀδελφέ.

Εἴς τινα Κάπηλον, γενόμενον νομικόν. *In Cauponem leges pertractantem.* P. Εἶτα εἰ σέ τις δικάζειν ἐπιτετραμμένον.

LXIII. Levissima ista sunt, et minus seria; at ostendendi ingenii causa, et eloquentiæ divitias, et vim, quæ res auget laudando, vituperandoque rursus affligit: et quod spectabilius est, parva pro magnis approbat, itemque magna attenuat, et ad minima deducit. Licuit semper, et antiquis, et subsecutis deinceps temporibus eloquentissimo cuique, et nunc licet. Argumenta similia, infames materias, vel inopinabiles nuncupabant. Flagitiosa siquidem si commendarent, ἄοξα καὶ ἄτοπα· si præter hominum opinionem, παράδοξα aggredi dicebantur. Ranarum pugnam Homerus; unus e sapientibus Græciæ Pittacus molam laudavit: Dio Prussæus exornavit psittacum, Polycrates mures, teredinem Clitarchus, muscam Lucianus, Themison plantaginem, Marcio raphanum, Erasistratus lysimachiam, Phythagoras bulbos, Diocles rapam, Phanias urticam, Cato brassicam, mortem Alcidamas, Aristophanes paupertatem, febrem quartanam Phavorinus, Synesius cavitium, [43] alii salem, quod ridet Plato in Convivio, alii vomitum, ollas, insecta, et quæ sunt hujus generis, quæ Plutarchus et Isocrates, et nostra tempestate alii magnifica ac diserta oratione laudibus prosecuti sunt; hic quidam ovum, ille asinum, alius ebrietatem, alius stultitiam, alius mendacium, et quid non? quæ in unum volumen sub theatri Joco-Serii nomine congessit Gaspar Dornanus, (*d*) et publicavit non sine Appendice. Et quod magis mirere, Wittembergæ Bruno quidam Nolanus impie præconium diaboli recitasse dicitur; et quidam alius, quem nominare prætermitto, lictoris publici: verum pro tanto in Acherontis ministros beneficio, reliqui Italiæ lictores, ne ingrati esse viderentur, datis ad laudatorem litteris, gratiam referre conati sunt, officia sua polliciti, cum tempus adfuerit, bene, et benigne sese illi prætituros. Non mirum itaque si Psellus etiam noster, sui experiendi gratia, in contemptissimis istis stylum exercuit. Memini me fuse admodum in Rhetoricis dubitasse, difficiliusne sit ideoque præstantius, et admirabilius res viles, minimas, vel etiam malas dicendo exornare, an quæ his contraria, ut virtutem, sapientiam, et viros his ipsis celebres et illustres. Nunc, ut lectorem, lectione operum Pselli defessum, sublevemus, pauca ex multis illis adducemus pro utraque parte ex ingenio afferenda. Isocrates similes conatus verbis etiam acerbissimis, pluribus in locis insectatur; Plato deridet in Convivio; Synesius in Epistolis improbat; eoque præcipue, si quæ totis viribus consectamur, improba decacitate vituperentur; ut de Carneade vituperante justitiam traditur. Adde: sicut longe præstabilius esset de rebus utilibus mediocres opiniones habere, quam supervacanearum exqui-

NOTÆ.

(*c*) Neque libellus Pselli, neque Allatii schediasma hoc vidit lucem.

(*d*) Hanoviæ 1619, fol. Dornaviano operi licebit addere dissertationum ludicrarum et amœniorum scriptores varios Lug. Bat. 1644, 12, et admiranda rerum admirabilium encomia. Noviomagi Batavor. 1666, 12.

sitam cognitionem; et paululum eminere in magnis, quam in parvis, præsertim iiis, quæ vitam nihil juvant, excellere; ita et in dicendo philosophandum est. Et quis nescit gravitatem scurrilitati, res serias ludis et jocis esse laboriosiores? idque ex eo intelligitur, ut dicebat Isocrates in Helenæ laudatione, quod neminem unquam illorum verba defecerint, cum hi universi longe tenuius dixerint, quam argumenti magnitudo postulat, adeo de rebus luculentis difficile est aliquid afferre in medium, quod nemo ante usurparit; de rebus autem contemptis et humillibus, quidquid in buccam venerit, omne [44] proprium fuerit. Videtur tamen magis egregium primum : primi enim eloquentiæ magistri, qui sibi laudem comparare, et omnes in sui admirationem trahere studuerunt, similia argumenta usurparunt, Homerus, Gorgias, Protagoras, aliique non pauci, et post hos multo plures. Atque has materias veteres adorti sunt, non sophistæ solum, sed philosophi quoque, ut probat A. Gellius lib. XVII, c. 12, et Philostratus in *Vitis sophistarum*. Nec dicendum est, tot eruditos homines in hac re fuisse deceptos : eorum apud omnes æstimatio singularis id negat. Et, dum materiæ difficultate magis exercentur ingenia, magis etiam lucent : etenim ubi deficit materia propter improbitatem, aut tenuitatem, ibi eloquentiæ lumina et vires magis infensæ vehementiora spicula in audientium animos contorquent, suique copia in maxima inopia ingerunt admirationem. Magis enim facundiæ opes in rebus laude carentibus ostentantur. Hinc omnibus sibique isti scriptores persuadent, Ὡς εἰ περὶ πονηρῶν πραγμάτων ἔχουσί τι λέγειν, περὶ τῶν καλῶν καὶ ἀγαθῶν ῥᾳδίως εὑπορήσουσι. *Se, cum de rebus adeo improbatis verba suppetant, ad res præclaras exponendas luculenta oratione facile abunduturos.* Nec male Sidonius Apollinaris : *Nam moris est eloquentibus viris ingeniorum facultatem negotiorum probare difficultatibus; et illic stylum peritum, quasi quemdam fecundi pectoris vomerem figere, ubi materiæ sterilis argumentum, velut arida cespitis macri gleba jejunat.* Nec minutæ bestiolæ minus necessariæ existimantur. Nam eæ quoque in suo genere pulchræ sunt, et aliquid decoris universitati rerum, tanquam in communem rempublicam, pro sua portione, conferunt; ut præter alios animadvertit Aristoteles I *De partibus animal;* cap. 5. Divinus quippe Artifex ita magnus est in magnis rebus, ut minor non sit in parvis. Recteque a Plinio lib. II *Natur. Histor.* cap. 2. scriptum est : *In magnis corporibus, aut certe majoribus, facilem officinam sequaci materiæ esse : in parvis, atque sua exilitate nullis, multam rationem, immensam vim, inextricabilem perfectionem; et rerum naturam nunquam magis, quam in minimis totam esse.* Eoque spectat illud D. Augustini lib. XXII de *Civit. Dei*, cap. 24 : *Ea plus habent admirationis, quæ molis minimum. Plus enim formicularum et apicularum opera stupemus, quam immensa corpora balænarum.*

LXIV. Sed de parvis pauca hæc etiam satis. Cætera Pselli persequamur.

Εἷς τὸν αὐτοῦ ἔγγονον ἔτι νήπιον ὄντα. *In suum nepotem adhuc infantem.* P. Οὐκ ὄψομαί σε ἴσως, φίλτατόν μοι βρεφύλλιον.

[45] Ἐγκώμιον εἰς τινὰ Νικόλαον μοναχὸν, γενόμενον καθηγούμενον τῆς ἐν Ὀλύμπῳ μονῆς. *Laus cujusdam monachi Nicolai, qui in Olympi monasterio præses fuerat.* P. Ὑψηλότεροι μὲν τῆς ἀπὸ τῶν.

Ἐγκώμιον εἰς τὸν μοναχὸν Ἰωάννην τὸν Κρουστουλᾶν τὸν ἀναγνόντα ἐν τῇ Ἁγίᾳ Σορῷ. *Joannis Crustulæ monachi laus, qui in S. Urna legerat.* P. Τί τοῦτο, εὐθὺς γὰρ εἰς δεδυκότα με τὸν ναόν.

Ἔπαινος τοῦ Ἰταλοῦ, *Laus Itali* P. Ὡς εὖ τῷ Ἰταλῷ. Εἰ δὲ βούλοιτο.

Πρὸς τοὺς μαθητὰς, περὶ τῆς αὐτῆς ὑποθέσεως. *Ad discipulos, de eodem argumento.* P. Οὐδεὶς παρ' ἡμῖν οὔτ' αἰχμητὴς, οὔτ' ἀκοντιστής.

Πρὸς τοὺς βασκαίνοντας αὐτῷ, *Contra sui obtrectatores* P. Ὑμεῖς μὲν οὕτως, λέγω δὲ τούς.

Πρὸς τοὺς αὐτούς. *In eosdem.* P. Οὔθ' ὑμῖν βασκανίας περιλελείψεται ἀφορμή.

Κατά τινος λοιδορήσαντος αὐτὸν ἀφανῶς. *Contra quemdam, qui illi clanculum maledixerat.* P. Πρὸς τὴν λοιδορίαν ὁ λόγος.

Πρὸς τοὺς μαθητὰς ἀπολειφθέντας τῆς ἑρμηνείας. τοῦ Περὶ ἑρμηνείας. *Ad discipulos, qui interpretationi libri Aristotelis de Interpretatione non interfuerunt.* P. Πρὸς τοὺς ἀπολειφθέντας ὁ λόγος.

Ὅτε ἐδράδυναν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ τῇ τῆς σχολῆς ξυνελεύσει. *Cum discipuli tarde ad conventum scholasticum processissent.* P. Οὐδὲν καινὸν ποιεῖτε οἵτε δοκοῦντες ὑμῖν φιλόσοφοι.

LXV. Μονῳδία ἐπὶ Ῥωμανῷ Ῥαιφερενδαρίῳ, *in Romanum Referendarium, Monodia.* P. Πολλοὺς ἐγὼ τῶν φίλων τεθνηκότας.

Μονῳδία εἰς τὸν πρόεδρον κύριν Μιχαὴλ τὸν Ῥαδηνόν, *in aniistitem dominum Michaelem Radenum, Monodia,* P. Τοῖς μὲν ἄλλοις τῷ.

Μονῳδία εἰς τὴν τοῦ ἀκτουαρίου Ἰωάννου ἀδελφήν, *in actuarii Joannis sororem, Monodia.* P. Ὦ ποίας ὁ Δαίμων ἀφορμὰς λόγων.

Μονῳδία εἰς Ἰωάννην τὸν Πατρίκιον ὁμιλητὴν αὐτοῦ ὄντα, *in Joannem Patricium discipulum, Monodia.* P. Κωφὸν ἡμῖν τὸ ἀκροατήριον.

Ἰωάννῃ Βούρτζῃ Βεστάρχῃ, τελευτήσαντος τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ, *ad Joannem Burtzem Bestarcham, ob obitum illius fratris.* P. Οὐκ οἶδα τίνα σοι.

Ἐπιτάφιος εἴς τινα φίλον αὐτοῦ, καὶ συμμαθητήν, *in quemdam amicum et condiscipulum, Oratio funebris.* P. Ἐγὼ μὲν ᾤμην ἀνακωχήν.

Ἐπιτάφιος εἰς τὴν θυγατέρα Στυλιανὴν πρὸ ὥρας τοῦ γάμου τελευτήσασαν, *in filiam Stylianam, quæ ante nuptiarum tempus mortem obiit.* P. Θυγατέρα τῷ λόγῳ τιμῶν.

[46] Ἐπιτάφιος εἰς τὴν ἑαυτοῦ μητέρα, *in matrem, Oratio funebris.* P. Τὸ ἐγκώμιον, ἀλλ' οὐχ ὡς.

Ἐπιτάφιος εἰς Εἰρήνην Καισάρισσαν. *In Irenem Cæsarissam, Oratio funebris.* P. Ἐγκωμιάζειν κατὰ ταὐτὸ, καὶ θρηνεῖν ἐπιτάφια.

LXVI. Ἐγκώμιον εἰς τὴν Δέσποιναν. *Laus (e) imperatoris.* P. Ἔδει ποτὲ τὸν εὐδαίμονα ταύτην.

Εἰς τὸν βασιλέα τὸν Διογένην ὡς ἐκ προσώπου τινὸς τοῦ πολίτου. *In Diogenem imperatorem; loquitur unus e civibus.* P. Νῦν πρῶτον ὁπλίτην βασιλέα τεθέαμαι.

Ηρὸς βασιλέα τὸν Δούκαν, *in Ducam imperatorem.* P. Δέσποτά μου ἄγιε, ἀνεθεώρησα.

Δημηγορία εἰς τὸν βασιλέα τὸν Δούκαν. *In Ducam imperatorem, Concio.* P. Εἰ καὶ πρὸ τοῦ μεγάλου τούτου τροπαίου.

Ὡς ἀπὸ προσώπου τοῦ βασιλέως. *Tanquam ex imperatoris persona.* P. Ηαντοδαπόν τι χρῆμα, καὶ πολυέραστον βασιλεύς.

Προσφωνηματικὸς πρὸς τὸν κύριον Μιχαὴλ τὸν Δουκᾶν. *In dominum Michaelem Ducam Prosphonematicus.* P. Λέλυταί μοι τῆς ἀφωνίας.

Σελέντιον δημηγορικὸν παρὰ βασιλέως Μιχαὴλ τοῦ Δούκα. *Silentium pro concione dictum ab imperatore Michaele Duca.* P. Εἰ καὶ πολλοῖς τῶν βασιλέων ἔθος ἐστὶν ἐξ ὑψηλοτέρου.

Σελέντιον ἐκφωνηθὲν ἐπὶ τῶν ἡμερῶν τῆς Βασιλίσσης κυρίας Θεοδώρας. *Silentium dictum sub imperio dominæ Theodoræ.* P. Η. Τῶν ἀρετῶν Βασιλὶς μετὰ τῆς τῶν ὡρῶν Βασιλίδος.

Χρυσόβουλον, *Aurea Bulla.* P. Οὐ θαυμαστὸν εἴ τις τὸν μέγαν θεώμενος ἥλιον ἀπείρῳ φωτί.

Λόγος ὑποθήκην φιλίας εἰσηγούμενος τοῖς ἀνεψιοῖς τοῦ πατριάρχου κυροῦ Μιχαήλ. *Oratio, præcepta amicitiæ tradens nepotibus patriarchæ domini Michaelis.* P. Πολλάκις ἐθαύμασα ὅτι με τῶν ἄλλων.

Πρὸς τὸν οἰκεῖον Γραμματικόν. *In proprium Grammaticum.* P, Ὑπὲρ σοῦ πρὸς τοὺς κατὰ σοῦ τὸν λόγον πεποίημαι.

LXVII. Λόγος εἰς τὴν ἀνακομιδὴν τοῦ τιμίου λειψάνου ἁγίου πρωτομάρτυρος Στεφάνου. Ἐκδοθεὶς αὐτοσχέδιος. *Oratio in translationem venerandarum reliquiarum sancti protomartyris Stephani; dicta ex improviso,* P. Ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ Πατὴρ πάντων τῶν ἐλπιζομένων.

Λόγος ἐπὶ τῷ ἐν Βλαχέρναις γεγονότι θαύματι. *In miraculum in Blachernis patratum, Oratio* P. Οὐ πολιτικὸν τοῦ πολιτικοῦ ζητήματος τό.

[47] Εἰς τὰ θαύματα τοῦ ἀρχιστρατήγου Μιχάήλ. *In miracula militiæ principis Michaelis.* P. Σκοπὸς μὲν καὶ τέλος ἐναγομένοις ἡμῖν πρός.

Εἰς τὴν μεγάλην Κυριακὴν, ἑορτὴν τῆς ἁγίας Ἀγάθης, καὶ εἰς τὰς μαθητρίας αὐτῆς. *In magnam Dominicam, diem festum S. Agathæ; in discipulas illius.* P. Οὐ τὰ σπουδαῖα μόνον αἱρεῖται.

Βίος τοῦ ὁσίου Πατρὸς Αὐξεντίου *Vita S. Patris Auxentii.* P. Ἀρχὴ μὲν ἡμῖν τῆς πρὸς τὸ ἀγαθὸν ἐκ τοῦ παλαιοῦ πτώματος.

Πρὸς τὸν Πρωτοσύγκελλον, περὶ τοῦ ἁγίου Γρηγορίου τοῦ Θαυματουργοῦ. *Ad Protosyncellum, de S. Gregorio Thaumaturgo.* P. Μὴ θαυμάσῃς ὁ ἐμὸς μουσηγέτης, εἰ τορόν τι καὶ λαμπρὸν φθέγξομαι. In Protosyncellum hæc etiam carmina Pselli leguntur :

Σύγγελος ὡς σύνοικος, ἀλλὰ τοῦ Λόγου.
Καὶ πρῶτος ὡς Πρόεδρος. ἀλλὰ τοῦ Πόλου,
Πᾶς οὖν τις αὐτὸν Πρωτοσύγγελον λέγε,
Ὡς Οὐρανοῦ Πρόεδρον, ὡς Θεοῦ φίλον.

LXVIII. Λόγος ἐγκωμιαστικὸς εἰς Συμεῶνα τὸν Μεταφράστην *In Simeonem Metaphrastem, (f) Oratio panegyrica.* P. Τὸν μέγαν ἐν βίῳ, καὶ λόγῳ Συμεὼν ἐπαινεῖν προελόμενος. In quem et Officium, die ipsi sacro in ecclesia decantandum, concinnavit. Troparia in Laudibus et Vesperis conscripsit, P. Γέρας νὸ λαμπρὸν, τὸ περίβλεπτον ὕψος, et Canonem pro Matutinis horis confecit, cujus ea fuit acrostichis, Μέλπω σε τὸν γράψαντα τὰς Μεταφράσεις. P. Μέλος μοι εὔρυθμον δίδου. Simeonis vero memoria celebratur IV Kal. Decembris, eodem ipso die, quo Stephanus vitam martyrio finiit, ut canitur Ode 9. Εἰρηνικῶς, τρισμανάριε, ἐξεδήμησας κατ' αὐτὴν τὴν ἡμέραν, καθ' ἣν ὁ κλεινὸς Στέφανος τελειοῦται' ὁ ὁσιομάρτυς. *Quiete, ter beate, tranmigrasti eo ipso die, quo inclytus Stephanus martyrio Deo consecratur.* Loquitur tamen non de Stephano protomartyre, sed de juniore alio, qui sub Constantino Copronymo pro sanctarum imaginum cultu cum aliis vario suppliciorum genere vitam effudit.

Αἰνίγματα πρὸς Μιχαὴλ τὸν Δουκᾶν *Ad Michaelem Ducam Ænigmata,* versibus politicis et iambicis composita, apud me sunt num. XLI, nescio an omnia, P. Ἔστι τι ζῶον λογικὸν, δέσποτα στεφηφόρε.

[48] Ἐπιστολαί, *Epistolæ,* circiter 33, quarum prima incipit : Ὁ πτωχὸς οὗτος ἡγαπημένε, μοι, ἀνεψιέ. Eas sequuntur nonnulli iambi, cum aliis styli exercitandi gratia conscriptis. Pselli Epistolas in bibliotheca Bavarica asservari Cod. 165 discimus ex ejus indice, et apud Joannem Suzium, et Manuelem Eugenicum, ex Antonio Verderio in Supplem. Erant et apud Antonium Augustinum Cod. 191, quarum quinque priores ad Cæsarem, ad Æmilianum patriarcham Antiochiæ tres; ad Leonem primum sacellarium unica; et ad Xiphilinum unica. Eas pereruditas appellavit Casaubonus *Animadvers. in Athenæum* lib, I. cap. 8, et tempore etiam ipsius Pselli, Magnus Drungarius magni æstimabat, si Psello ipsi credimus, epistola ad eumdem : Πάλαι ποτὲ ἀπέτεκον ἐγὼ ἄγαλμα σοφίας ἐπήρατον, ὡραίας Ἐπιστολὰς, αἷς δὴ σὺ περιτυγχά-

NOTÆ.

(e) *Augustæ.*

(f) Hæc oratio una cum Officio in Simeonem Græce et Latine edita ab Allatio ad calcem dissertationis de Simeonibus, Paris 1664, 4.

νων πολλάκις, εἶτα δὴ καὶ θαυμάζων ἴσως τῆς χάριτος, οἷει τοιαύτας, με καὶ εὐθὺς ἀποτεκεῖν δύνασθαι. Διὰ τοῦτο σὺ μὲν ἐρᾷς τῶν ἐμῶν ὠδίνων. Ἐγὼ δέ σοι ἐκφῆναι τὸν τόκον οὐ βούλομαι. Id est: ***Multo abhinc tempore sapientiæ specimen amabile, pulchras epistolas genui, quas ipse cum sæpius accepisses, forte earum gratias admiratus, similes me, et rursum edere posse existimas. Propterea tu quidem fetus meos exoptas; ego vero tibi partum excludere renuo.***

LXIX. Λόγος σχεδιασθεὶς πρὸς Ἰόθον Βεστάρχην ἀξιώσαντα τοῦτον γράψαι περὶ τοῦ θεολογικοῦ χαρακτῆρος. ***Oratio ex tempore ad Pothum Vestarcham, qui Psellum rogarat, ut de theologico charactere scriberet.*** P. Μὴ θαυμάσῃς, Πόθε μοι φίλτατε ἐν τῶν. Duæ de hac materia ad Pothum orationes indicantur in ***Bibliotheca*** Antonii Augustini cod. 191. An hæc una in duas divisa sit; vel vere binas scripserit, mihi non liquet.

Paraphrasis in Homeri Iliada, soluto (g h) sermone P. Τὴν εἰπὲ μηνίν, ὦ θεά, τοῦ υἱοῦ τοῦ Πηλέως. Ita tamen, ut singuli versus seorsim redditi sint. Eam habuisse etiam Joannem Oporinum Basileensem, tradit Gesnerus·

Ἐξήγησις εἰς τὰς ε' φωνὰς τοῦ Πορφυρίου. ***Expositio in quinque voces Porphyrii*** P. Διατί ἀπροσδιορίστως.

Ἐξήγησις εἰς τὰς Κατηγορίας τοῦ Ἀριστοτέλους. ***Expositio in Prædicamenta Aristotelis.*** P. Τῶν πραγμάτων, τὰ μὲν κοινωνεῖ.

Διδασκαλία σύντομος καὶ σαφεστάτη περὶ τῶν δέκα Κατηγοριῶν, καὶ τῶν Προτάσεων, καὶ τῶν Συλλογισμῶν, περὶ ὧν τις προδιδαχθεὶς εἰς πᾶσαν μὲν καὶ ἄλλην ἐπιστήμην καὶ τέχνην, ἐξαιρέτως δὲ εἰς τὴν ῥητορίαν [49] εὐκλεῶς ἐμπορεύσεται. ***Doctrina compendiosa, et quam maxime dilucida, de decem Prædicamentis, Propositionibus et Syllogismis, quorum notitia, prius habita, in quamlibet scientiam et artem, sed rhetorum potissimum, facili negotio cuique aditus patebit.*** P. Ἐπειδή τισιν οὐκ οἶδ' ὅθεν εἰπεῖν τὴν τῆς διαλεκτικῆς.

Εἰς τὴν Πορφυρίου Εἰσαγωγὴν, καί τινα τῶν Ἀριστοτέλους Κατηγοριῶν. ***In Introductionem Porphyrii, et Prædicamenta Aristotelis.*** P. Πολλοὶ μὲν πολλαχῶς τῶν ἀρχαίων.

Ἐξήγησις εἰς τὸ περὶ Ἑρμηνείας Ἀριστοτέκους ***In Aristotelis librum, de Interpretatione, expositio.*** P· Ὁ σκοπὸς τοῦ περὶ Ἑρμηνείας ἐστὶ διαλαβεῖν περὶ Προτάσεων, diversa ab edita, quemadmodum et sequentes.

Ἐξήγησις εἰς τὸ περὶ Ἑρμηνείας Ἀριστοτέλους. ***In Aristotelis librum de Interpretatione, expositio.*** P. Θέσθαι νῦν ἀντὶ τοῦ ὁρίσασθαι.

Σύνοψις καὶ μετάφρασις σαφεστάνη τῆς διδασκαλίας τοῦ περὶ Ἑρμηνείας· ***Synopsis et Metaphrasis quam dilucida doctrinæ libri, de Interpretatione.*** P. Διαλαμβάνει περὶ Προτάσεων.

Εἰς τὸ περὶ Ἑρμηνείας ἔνδοσις ἐπίτομος. ***Libri de Interpretatione, compendiosa evpositio.*** P. Τὰ εἴδη τοῦ λόγου πέντε τὸν ἀριθμόν.

Ψελλοῦ καὶ ἄλλων Σχόλια, καὶ Ἀποσημειώσεις εἰς τὸ πρῶτον τῶν προτέρων Ἀναλυτικῶν τοῦ Ἀριστοτέλους. ***Pselli et aliorum Scholia et Annotationes in primum priorum Analyticorum Aristotelis.*** P. Καὶ τὸ δέκατον πρόβλημα.

Ἐξήγησις εἰς τὸ πρῶτον καὶ δεύτερον τῶν προτέρων Ἀναλυτικῶν τοῦ Ἀριστοτέλους. ***Expositio, in primum et secundum priorum Analyticorum Aristotelis.*** P. Ἐν τῷ πρώτῳ εἰπεῖν.

Ἐξήγησις εἰς τὸ πρῶτον τῶν ὑστέρων Ἀναλυτικων. ***Expositio in primum posteriorum Analyticorum.*** P. Σκοπός ἐστιν ἐνταῦθα τῷ Ἀριστοτέλει.

Προλεγόμενα εἰς τοὺς σοφιστικοὺς Ἐλέγχους τοῦ Ἀριστοτέλους. ***In sophisticos Elenchos Aristotelis Prologomena.*** Ὅτι μὲν ὁ περὶ Ἀποδείξεως λόγος. In alio vero exemplari ista Michaeli Ephesio tribuuntur.

LXX. Τίνα περὶ δαιμόνων δοξάζουσιν Ἕλληνες. ***Quæ de Dæmonibus Græci opinentur.*** P. Ὁ μὲν ἡμέτερος λόγος προαιρέσεις καὶ τοῖς ἀγγέλοις διδούς. Et hunc puto esse alterum (*i*) librum de Dæmonibus, ex quo Marsilius excerpsit ea, quæ leguntur ultimo capite apud ipsum, eoque magis ducor in hanc sententiam, quod in meo codice statim post hunc Tractatum sequitur Dialogus de dæmonibus, in quo interloquuntur Timotheus et Thrax, de quo superius in libris editis Pselli egimus.

Εἰς τὴν Ψυχογονίαν τοῦ Πλάτωνος. ***De animi generatione apud Platonem.*** P. Τὸ μὲν λεγόμενον ἐστιν, ὅτι οὐ μάτην.

[50] Locus ex Physicis, de anima et mente P. Νοῦς ἐστιν ἕξις ψυχῆς.

Περὶ ψυχῆς. ***Variæ quæstiones de anima.*** P. Νοερὰ μὲν οὖν ἡ ψυχὴ, νοερὸς.

Περὶ τῶν πέντε δυνάμεων τῆς ψυχῆς. ***De quinque facultatibus animæ.*** P. Νοῦς μέν ἐστιν ὁ θεόθεν κατὰ φύσιν κινούμενος.

Περὶ τῆς χώρας τῆς γῆς. ***De situ terræ, figura, et magnitudine.*** P. Ἡ γῆ τὴν μέσην τοῦ παντὸς ἔλαχε χώραν. Non me latet tamen, in alio manuscripto opusculum hoc Nicephoro Blemmidæ tribui.

Πότε ἐκλείπει ὁ ἥλιος, καὶ πότε ἡ σελήνη, καὶ πῶς τὴν ἔκλειψιν ἀμφοτέρων συμβαίνει γίνεσθαι. ***Quando deficit sol, et quando luna, et quomodo utriusque defectus contingat.*** P. Εἰ μὲν τοὺς τρόπους ἐρωτᾷς τῶν ἐκλείψεων.

Περὶ Θυτικῆς. ***De sacrificandi ratione.*** P. Ἠρὶ τῆς Θυτικῆς ἐπιστήμης ἠξίωσας.

NOTÆ

(*g-h*) Versibus politicis.

(*i*) Vide supra, § 39, p. 28.

Περὶ χρυσοποιΐας πρὸς τὸν πατριάρχην κῦριν Μιχαήλ. *De auri conficiendi ratione; ad D. Michaelem patriarcham.* P. Ὁρᾷς, ὁ ἐμὸς δεσπότης, ὃ με ποιεῖς, ἡ τῆς ἐμῆς ψυχῆς τυραννίς. Vide supra in editis, § 38.

Περὶ Σφυγμῶν. *De Pulsibus.* P. Ἥκω δή σοι καὶ τὸ περὶ Σφυγμῶν.

Ἀποσημείωσις Πυρεττώντων, *Nota de Febrientibus.* P. Εἰ κατεκλίθη ὁ νοσῶν ἐν ἀρχῇ.

LXXI. Ἰατρικὸν πρὸς Κωνσταντῖνον τὸν Πορφυρογέννητον. *Medicinale ad Constantinum Porphyrogennetam.* P. Τὰς προσταχθείσας ἐπιτομὰς παρὰ τῆς σῆς θειότητος, Tractatus proœmii mihi copiam fecit, vir τετράγωνος Melchior Inchofer, Messana delati ; ipsum,quia adhuc ineditum est,ut modum etiam tractionis habeas, hic apponam : Τὰς προσταχθείσας ἐπιτομὰς παρὰ τῆς σῆς θειότητος, ἐκ Θεοῦ αὐτοκράτωρ, περὶ τῆς τῶν ἰατρικῶν θεωρημάτων συναγωγῆς ἔσπευσα κατὰ τὸ δυνατὸν διὰ συντομίας ὁμοῦ καὶ σαφηνείας πᾶσαν τὴν ἰατρικὴν ἐπελθεῖν, μηδὲν κατὰ δύναμιν τῶν ἀναγκαίων ὑπερορᾷν, ἕκαστον ἐκθέμενος τῶν παθημάτων, πρῶτον μὲν τὰς αἰτίας ὑπαγορεύων σαφῶς, δεύτερον τὰς σημειώσεις δι' ὧν ῥᾳδίως γνωσθήσονται, εἶθ' ἑξῆς τὴν θεραπείαν, δι' ἣν πάντα κατὰ τέχνην θεραπεύσομεν, πρότερον ἀπὸ κεφαλῆς ἀρξάμενοι, διὰ τὸ ἐκεῖσε ἱδρύεσθαι τὸ ἱερὸν τῆς λογικῆς ψυχῆς. *Jussu tuo mihi, divinissime imperator, compendia de Meditationum medicarum collectione demanduta, pro virium mearum modulo, compendiose atque perspicue, omnem medicinæ facultatem percurrens, nullumque ex necessariis negligens, sed universos morbos exponens, absolvere nisus sum. Primum enim causas aperte enuntio ; secundo,per quas non difficulter dignoscentur, notas; tandem media, per quæ* [51] *omnia artificiose curabimus. Prius a capite, quod in eo sacra pars animæ rationalis inhæreat, exordiamur.* Ex ungue leonem, et ex hoc disce cætera. Liber tamen contemnendus non est, sed sæpe sua brevitate expeditus,et remediis a probatissimis scriptorebus delectis transcriptisque et populari loquendi forma proficuus. Pselli tamen utcunque non est. Neque enim in dicendo acrimoniam, nec in re expedienda solertiam Psellianam præ se fert. Nec patitur id imperator, cui tractatus inscribitur. Sive enim Constantinum Porphyrogennetam primum, sive secundum, qui cum Basilio imperio præfuit, intelligas, Psellus auctor esse non potuit, quem sub imperio Alexii Commeni vivum adhuc deprehendimus, nisi tunc primum, et natum, et libros componentem dicere velimus ; et tunc etiam vitam ejus ultra centesimum annum productam fateri cogemur. Quod si triginta annos natus et amplius ad minus, ut verisimile est (auctorem enim, allatum exordium ætate provectum, experimentis celebrem, artisque exercitio eruditum innuit), tractatum illum conscripsit, jam Psellum ultra centum et quadraginta annos vixisse, ad hunc diem inauditum, dicendum est. Quare vel hic Psellus alius est a Michaelis Ducæ præceptore, vel Psellus omnino non est.

LXXII. Διδασκαλία παντοδαπὴ (*j*), καὶ πάντως ἀναγκαιοτάτη ἐν ἑκατὸν ἐνενήκοντα πρὸς τοῖς τέσσαρσι κεφαλαίοις θεωρουμένη, χωρὶς τῶν σχεδιασθέντων ἑτέρων διαφόρων λόγων καὶ στίχων πρὸς διαφόρους ὑποθέσεις, ἐκτεθεῖσα πρὸς τὸν εὐσεβέστατον καὶ ἀοίδιμον βασιλέα κύριν Μιχαὴλ τὸν Δοῦκαν αὐτοκράτορα γεγονότα. *Doctrina omnifaria, et omnino necessaria centum nonaginta quatuor capitibus comprehensa, præter alios varios discursus, et carmina ex tempore dictata ad argumenta varia ; ad piissimum et celebrem imperatorem dominum Michaelem Ducam.* P. Πιστεύω εἰς ἕνα Πατέρα τῶν πάντων ἀρχήν. Capita, quæ in ea continentur, sunt sequentia : α'. Περὶ ὀνομάτων τινῶν λεγομένων ἐν τῷ τῶν Χριστιανῶν δόγματι. β'. Περὶ οὐσίας καὶ φύσεως· γ'. Περὶ ἐνυποστάτων. δ'. Περὶ ὁμοουσίου. ε'. Περὶ ὁμοϋποστάτου. ς'. Περὶ ἐνυποστάσεων. ζ'. Περὶ οὐσιώδους ἑνώσεως καὶ διαφορᾶς. η', θ'. Περὶ ὑποστατικῆς ἑνώσεως καὶ διαφορᾶς. ι', ια'. Περὶ τῆς ἁγίας Τριάδος. ιβ'· Περὶ τοῦ τρόπου τῆς ἀντιδόσεως. ιγ'. Περὶ τῆς θείας ἑνώσεως. ιδ'. Περὶ φύσεως ἀπαθοῦς. ιε'. Τίς ὁ Θεός. ις'. Εἰ ἄπειρον τὰ θεῖον καὶ πῶς ἄπειρον. ιζ'. Πῶς οἶδεν ὁ Θεὸς τὰ μεταβαλλόμενα πράγματα. ιη' Ἀπὸ ποίου πρώτου στοιχείου ἤρξατο τὸν κόσμον ποιεῖν ὁ Θεός. ιθ'. Πόθεν ἔννοιαν ἔσχον Θεοῦ [52] ἄνθρωποι. κ'. Πότεροι πλείους οἱ ἄγγελοι, ἢ οἱ ἄνθρωποι. κα', κβ', κγ', κδ', κε', κς', κζ', κη', κθ'. Περὶ νοῦ. λ', λα', λβ', λγ', λδ', λε, λς', λζ', λη', λθ', μ', μα', μβ', μγ', μδ', με', μς', μζ'. Περὶ ψυχῆς. μη'. Εἰ μεταβάλλοι ψυχὴ εἰς ἄγγελον. λθ'. Εἰ ἄναρχος ἡ ψυχή. ν'. Ἀκριβέστερον περὶ ψυχικῶν δυνάμεων. να'. Πῶς ὁ Πλάτων γεννητὴν ὁμοῦ τὴν ψυχὴν καὶ ἀθάνατον ἀποφαίνεται. νβ'. Τίς ἡ Πλατωνικὴ ψυχογονία. νγ'. Διατί ἡ ψυχὴ μέση τῶν μεριστῶν καὶ ἀμερίστων λέγεται. νδ'. Ποίαν ψυχὴν ὁ Πλάτων ἐν Τιμαίῳ γεννᾷ. νε'. Τίς ἡ τῆς ψυχῆς δύναμις. νς'. Ποῖαι αἱ τῆς ψυχῆς δυνάμεις, καὶ τίνες. νζ'. Τί ἐστι φύσις· νη'. Τίς ἡ διαίρεσις τῶν κοινῶν ἐνεργειῶν τῆς ψυχῆς πρὸς τὸ σωμα. νθ'. Πότε ἡ ψυχὴ τῷ κυουμένῳ ἑνοῦται σώματι. ξ'. Πῶς ἑνοῦται τῷ σώματι ἡ ψυχή. ξα'. Περὶ τῆς ἀλόγου ψυχῆς. ξβ'. Τίς ἡ βούλησις, καὶ τίς ὁ πρακτικὸς λογισμός. ξγ'. Περὶ προαιρέσεως καὶ προσοχῆς. ξδ'. Πότερον ἡ ψυχὴ λύεται ἀπὸ τοῦ σώματος, ἢ τὸ σῶμα ἀπὸ τῆς ψυχῆς. ξη'. Πῶς συνέχεται ἡ ψυχὴ ἐν τῷ σώματι. ξς', ξζ', ξη', ξθ' ο', οα', οβ', ογ', οδ οε', ος', οζ οη', οθ', π', πα'. Περὶ ἀρετῶν. πβ'. Τίνι διαφέρει ἀρχὴ καὶ στοιχεῖα. πγ'. Περὶ τῶν ἀρχῶν, τί εἰσι, πδ'. Περὶ ἰδεῶν πε'. Περὶ δαιμόνων, καὶ ἡρώων. πς'. Περὶ ὕλης.

NOTÆ

(*j*) Hujus prima aliquot capita Græce et Latine vulgavit Wœgelinus, ut dictum est supra § 46, et integram communicabo cum lectore infra ad hujus Diatribæ calcem.

πζ'. Περὶ αἰτιῶν. πη'. Περὶ σχημάτων. πθ'. Περὶ χρωμάτων. ι'. Περὶ μίξεως καὶ κράσεως. ια'. Περὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς. ιβ'. Περὶ σωμάτων. ιγ'. Περὶ ἐλαχίστων. ιδ'. Περὶ διαφορᾶς γνώσεων. ιε'. Πῶς οὐκ ἀεὶ μετέχομεν τοῦ Θεοῦ, ἀεὶ ἐνεργοῦντος αὐτοῦ. ις'. Διατί ὅλως ἐστὶ τὸ κακόν. ιζ'. Τελεώτερον περὶ τοῦ κακοῦ. ιη'. Εἰ ἐστι τι ἐν ἀγγέλοις κακόν. ιθ'. Εἰ ἐν τόπῳ τὸ ἀσώματον. κ'. Εἰ κακὸν ἡ ὕλη. κα'. Περὶ τῆς πρὸς τὸ Θεῖον τῶν ὄντων ἐπιστροφῆς. κβ'. Περὶ χρόνου. κγ'. Περὶ κινήσεως. κδ'. Περὶ ἀνάγκης. κε'. Περὶ εἱμαρμένης. κς'. Περὶ τύχης, καὶ αὐτομάτου. κζ'. Περὶ αἰῶνος, καὶ χρόνου. κη'. Περὶ τῶν ε' αἰσθήσεων. κθ'. Εἰ ἀληθὲς τὸ καταβασκαίνεσθαί τινας ὑπὸ τῶν ὁρώντων. λ'. Πῶς ἐκλείψεις γίνονται. λα'. Πῶς ἄῤῥενα καὶ θήλεα γίνεται. λβ'. Διατί γυνὴ πολλάκις συνουσιάζουσα οὐ συλλαμβάνει, λγ'. Διατί δίδυμα καὶ τρίδυμα γίνεται. λδ'. Πόθεν γίνονται τῶν γονέων αἱ ὁμοιώσεις, καὶ αἱ πρὸς τούτους ἀνομοιότητες. λε'. Εἰ καὶ τὸ ἔμβρυον ζῶον, καὶ πῶς τρέφεται τοῦτο. λς'. Πῶς οἱ ὄνειροι γίνονται, λζ'. Περι ὑγείας, καὶ νόσου, καὶ γήρως. λη'. Διατί οἱ νηστεύοντες διψῶσι μᾶλλον, ἢ πεινῶσι. λθ'. Διατί πεινῶντες, ἐὰν πίνωσι, διψῶντες δὲ, ἐὰν φάγωσιν, ἐπιτείνονται. μ'. Εἰ ἔστι τι ἐκτὸς τοῦ οὐρανοῦ. μα'. Περὶ τῆς τοῦ ἀνθρώπου οὐσίας. μβ'. Εἰς πόσους κύκλους διαιρεῖται ὁ οὐρανός. μγ'. Περὶ τοῦ φαινομένου ἐν τῷ οὐρανῷ γαλακτοειδοῦς κύκλου, καὶ λεγομένου Γαλαξίου. μδ'. Περὶ τῶν φαινομένων ἐν τῷ οὐρανῷ διαφόρων πυρίνων φασμάτων. με'. Περὶ τῶν φαινομένων ἐν τῷ οὐρανῷ χρωμάτων αἱματωδῶν, καὶ χασμάτων. μς'. Περὶ τῆς οὐσίας ἡλίου, καὶ εἰ πολλοί εἰσιν ἥλιοι. μζ'. Περὶ μεγέθους ἡλίου, καὶ σελήνης, καὶ γῆς. μη'. Περὶ ἐκλείψεως ἡλίου. μθ'. Περὶ ἐκλείψεως σελήνης. μ'. Εἰ θερμὸς ὁ ἥλιος. μα'. Τίς ἡ οὐσία τῶν ἀστέρων. μβ'. Περὶ τῆς τῶν ἀστέρων φορᾶς καὶ κινήσεως. μγ'. Ποταπὰ τῶν ἀστέρων τὰ σχήματα. μδ'. Περὶ τάξεως ἀστέρων. με'. Πόθεν φωτίζονται οἱ ἀστέρες. μς'. Περὶ ἐπισημασίας ἀστέρων, καὶ πῶς γίνεται χειμὼν, καὶ θέρος. μζ'. Πόσος ἑκάστῳ τῶν πλανητῶν [53] ὁ χρόνος τῆς περιόδου. μη'. Περὶ τῶν ἀστέρων τῶν καλουμένων Διοσκούρων. μθ'. Περὶ κομήτου. νμ'. Περὶ ὑετοῦ, καὶ χαλάζης, καὶ χιόνος, πάχνης καὶ δρόσου. νμα'. Περὶ δρόσου αὔθις καὶ πάχνης. νμβ'. Περὶ ἴριδος. νμγ'. Περὶ τῆς ἅλω. νμδ'. Περὶ ῥάβδων. νμε'. Περὶ παραλλήλων. νμς'. Περὶ ἀνέμων. νμζ'. Περὶ τυφῶνος. νμη'. Περὶ ἐκνεφίου. νμθ'. Περὶ κεραυνῶν. ν'. Περὶ πρηστῆρος. νμα'. Πῶς συνέστη ὁ κόσμος. νμβ'. Εἰ ἓν τὸ πᾶν. νμγ'. Περὶ κενοῦ. νμδ'. Περὶ τόπου. νμε'. Περὶ χώρας. νμς'. Εἰ ἔμψυχος ὁ κόσμος. νμζ'. Εἰ γενητὸς ὁ κόσμος καὶ ἄφθαρτος. νμη'. Εἰ τρέφεται ὁ κόσμος. νμθ'. Περὶ τάξεως κόσμου. νξ'. Τίς ἡ αἰτία τοῦ τὸν κόσμον ὅλον ἐγκλιθῆναι. νξα'. Πόθεν ἄν τις γνοίη Ἑλληνικαῖς ἀποδείξεσι τὴν κόσμου συντέλειαν. νξβ'. Τίνα δεξιὰ τοῦ κόσμου, τίνα ἀριστερά. νξγ'. Περὶ μεταβολῆς τῶν τῆς γῆς μερῶν. νξδ'. Περὶ σεισμῶν. νξε'. Περὶ τοῦ μεγάλου χειμῶνος. νξς'. Διατί ἁλμυρὸν τὸ τῆς θαλάσσης ὕδωρ ἐστί. νξζ'. Τίς ἡ αἰτία τοῦ ἐν τῇ θαλάσσῃ γλυκὺ ὕδωρ εὑρίσκεσθαι. νξη'. Διατί τὸ θαλάττιον ὕδωρ οὐ τρέφει τὰ δένδρα. νξθ'. Διατί τῆς θαλάσσης ἐλαίῳ καταῤῥαινομένης, γίνεται καταφάνεια καὶ γαλήνη. νο'. Τίς ἡ αἰτία δι' ἣν ὅταν εἰς τὴν θάλασσαν ἐμπέσῃ κεραυνὸς, ἄγες ἐξωθοῦσιν. νοα'. Περὶ τῆς ἐν Εὐβοίᾳ πολιῤῥοίας. νοβ'. Διατί ὑπὸ τῶν ὑετίων ὑδάτων μᾶλλον, ἢ τῶν ἐπιῤῥύτων τὰ δένδρα, καὶ τὰ σπέρματα πέφυκε τρέφεσθαι. νογ'. Διατί τῶν ὀμβρίων ὑδάτων εὐωδέστερα τοῖς σπέρμασι τὰ μετὰ βροντῶν καὶ ἀστραπῶν ὕδατα. νοδ'. Περί τινων λιμνῶν. νοε'. Περὶ ποταμῶν. νος'. Περὶ Νείλου ἀναβάσεως. νοζ'. Διατί μόνος ποταμῶν ὁ Νεῖλος αὔρας οὐκ ἀναδίδωσιν. νοη'. Περὶ τῶν μεγίστων βασιλειῶν. νοθ'. Περὶ χυμῶν. νπ'. Διατί παραβάλλουσιν ἅλας οἱ νομεῖς τοῖς θρέμμασιν. νπα'. Διατί τὴν χροιὰν ὁ πολύπους ἐξαλλάττει, αἷς ἂν πέτραις προσομιλήσῃ. νπβ'. Διατί τῆς ἄρκτου ἡ παλάμη τῆς χειρὸς φαγεῖν γλυκυτάτη. νπγ'. Διατί Δωριεῖς εὔχονται κακὴν χόρτου συγκομιδήν. νπδ'. Διατί ἡ ἄρκτος οὐκ ἐσθίει τὰ δίκτυα, ὅταν ἁλίσκηται. νπε'. Διατί ἡ τευθὶς φαινομένη σημεῖον χειμῶνός ἐστι νπς'. Διατί τὸν μὲν σῖτον ἐν πηλώδει φυτεύομεν γῇ, τὴν δὲ κριθὴν ἐν καταξήρῳ. νπζ'. Διατί ἡ ἄμπελος οἴνῳ ῥαινομένη μάλιστα τῷ ἐξ αὐτῆς ἀναξηραίνεται. νπη'. Διατί τὰ ῥόδα μᾶλλον ἀνθεῖ δυσωδῶν τινων παραφυτευομένων αὐτοῖς. νπθ'. Διὰ τίνα αἰτίαν τὸ τῶν ἀγρίων συῶν δάκρυον ἡδὺ, τὸ δὲ τῶν ἐλάφων ἁλμυρόν. νῃ'. Διὰ τίνα αἰτίαν αἱ χάληκες, καὶ αἱ μολυβδίδες ἐμβαλλόμεναι ψυχρότερον τὸ ὕδωρ ποιοῦσιν. νῃα'. Διὰ τίνα αἰτίαν ἀχύροις καὶ ἱματίοις ἡ χιὼν διαφυλάττεται. νῃβ'. Τί ἐστιν ὁ βούλιμος. νῃγ'. Τίς αἰτία δι' ἣν εὔθρυπτα γίνεται τὰ ἐν τῇ συκῇ κρεμαννύμενα κρέατα.

Id est. 1. *De nonnullis nominibus, quæ in Christianorum dogmate usurpantur.* 2. *De essentia, et natura.* 3. *De enhypostatis.* 4. *De consubstantiali.* 5. *De homoypostato.* 6. *De enypostasibus.* 7. *De essentiali unione et differentia.* 8, 9. *De relativa unione et differentia.* 10, 11. *De sancta Triade.* 12. *De modo retributionis.* (*k*) 13. *De divina unione.* 14. *De natura, quæ pati nequit.* 15. *Quis sit Deus.* 16. *Si infinitum est Numen, et qua ratione infinitum.* 17. *Quomodo* [54] *Deus cognoscat res quæ mutantur.* 18. *A quo primo elemento Deus exorsus est mundum conficere.* 19. *Unde sententiam de Deo homines acceperint.* 20. *Quinam numerosiores, angeline an homines?* 21, 22, 23, 24, 25, 26, 27, 28, 29. *De mente,* 30, 31, 32, 33, 34, 35, 36, 37, 38, 39, 40, 41, 42, 43, 44, 45, 46, 47. *De anima.* 48. *Si mutatur anima in angelum.* 49. *Si sine principio anima est* 50. *Accuratius de facultatibus animæ.* 51. *Quomodo Plato genitum simul et immortalem animum decernat.* 52. *Quæ sit Platonica animorum generatio.* 53. *Quare anima media partibilium et impar-*

NOTÆ.

(*k*) Vide supra § 55, p. 37.

tibilium dicitur. 54. *Quemnam animum Plato generat in Timæo.* 55. *Quæ sit animæ facultas.* 56. *Quales sint animi facultates, et quæ.* 57. *Quæ sit divisio communium operationum animi ad corpus.* 59. *Quando animus generando unitur corpori.* 60. *Quomodo corpori animus uniatur.* 61. *De anima rationis experte.* 62. *Quæ sit voluntas, et quæ operativa cogitatio.* 63. *De electione et attentione.* 64. *Utrum animus a corpore, an corpus ab animo dissolvatur.* 65. *Quomodo contineatur animus in corpore.* 66, 67, 68, 69, 70, 71, 72, 73, 74, 75, 76, 77, 78, 79, 80, 81. *De virtutibus,* 82. *In quo differat principium ab elementis.* 83. *De principiis, quid sint,* 84. *De ideis.* 85. *De dæmonibus et heroibus.* 86. *De materia.* 87. *De causis.* 88. *De figuris.* 89. *De coloribus.* 90. *De mistione et temperamento.* 91. *De generatione et corruptione.* 92. *De corporibus.* 93. *De minimis.* 94. *De differentiis cognitionum.* 95. *Quomodo non semper Deum participamus, cum ille semper operetur.* 96. *Quare omnino malum sit.* 97. *Absolutius de malo.* 98. *Si est in angelis aliquod malum.* 99. *Si in loco incorporeum sit.* 100. *Si malum materia.* 101. *De rerum ad Deum conversione.* 102. *De tempore.* 103. *De motu.* 104. *De necessitate.* 105. *De fato.* 103. *De fortuna et casu.* 107. *De sæculo et tempore.* 108. *De quinque sensibus.* 109. *An verum sit nonnullos fascinari a videntibus.* 110. *Quomodo eclipses fiant.* 111. *Quomodo mares et feminæ generentur.* 112. *Quare mulier sæpius virum experta non concipit.* 113. *Quare gemini et tergemini nascuntur.* 114. *Unde parentum similitudines et dissimilitudines fiant.* 115. *An embryum animal sit, et qua ratione nutriatur.* 116. *Quomodo somnia fiunt.* 117. *De sanitate, et morbo, et senectute.* 118. *Quare qui jejunant, sitiunt potius quam esuriunt.* 119. *Quare qui esuriunt, si bibant, at qui sitiunt, si comedant, distenduntur.* 120. *An sit aliquid extra cœlum.* 121. *De hominis essentia.* 122. *In quot circulos cœlum dividatur.* 123. *De apparente in cœlo lacti simili circulo, Galaxia dicto.* 124. *De apparentibus in cœlo diversis igneis spectris.* 125. *De apparentibus in cœlo coloribus sanguineis, et voraginibus.* 126. *De essentia solis, et* [55] *an plures soles.* 127. *De magnitudine solis, et lunæ, et terræ.* 128 *De eclipsi solari.* 129. *De eclipsi lunari.* 130. *An sol calidus sit.* 131. *Quæ sit essentia stellarum.* 132. *De stellarum latione et motu.* 133. *Quales sint stellarum configurationes.* 134. *De ordine stellarum.* 135. *Unde lumen habeant stellæ.* 136. *De significatione stellarum, et quomodo fiat hiems et æstas.* 137. *Quantum sit cujuscunque planetæ circuitus tempus.* 138. *De stellis Dioscuris nuncupatis.* 139. *De comete.* 140. *De imbre, et grandine, nive, pruina et rore.* 141. *De rore rursum, et pruina.* 142. *De iride.* 143. *De area.* 144. *De baculis.* 145. *De parallelis.* 146. *De ventis.* 147. *De typhone.* 148. *De ecnephia.* 149. *De fulminibus.* 150. *De prestere.* 151. *Quomodo mundus coaluit.* 152. *An unum universum.* 153. *De vacuo.* 154. *De loco.* 155. *De terra.* 156. *An mundus animatus.* 157. *An mundus factus sit, et incorruptibilis.* 158. *An mundus nutriatur.* 159. *De ordine mundi.* 160. *Qua causa mundus universus inclinatus sit.* 161. *Undenam gentilium demonstrationibus mundi finis habeatur.* 162. *Quæ dextra mundi, et quæ sinistra.* 163. *De transmutatione terræ partium.* 164. *De terræ motibus.* 165. *De magna hyeme.* 166. *Quare aqua marina est salsa.* 167. *Qua causa in mari aqua dulcis inveniatur.* 168. *Quare aqua marina arbores non nutriat.* 169. *Quare in mare oleo effuso, mare dilucidum fiat et quietum.* 170. *Qua causa, cum in mare fulmen ceciderit, sal emergat.* 171. *De fluxu et refluxu Euboico.* 172. *Quare aquis pluvialibus magis quam currentibus arbores et semina nutriantur.* 173. *Quare ex aquis pluvialibus, quæ cum tonitru et fulgore decidunt, magis semina irrorant.* 174. *De nonnullis lacubus.* 175. *De fluminibus.* 176. *De Nili incremento.* 177. *Quare inter flumina Nilus solus ventos non efflat.* 178. *De maximis regnis.* 179. *De humoribus.* 180 *Quare pastores recens natis animantibus sal inspergant.* 181. *Quare polypus colorem saxorum, quibus sese applicaverit, induat.* 182. *Quare palma ursæ ad comedendum suavissima est.* 183. *Quare Dorienses precantur malum herbarum proventum.* 184. *Quare ursa capta, rete non comedit.* 185. *Quare lotigo visa tempestatem præsagit.* 186. *Quare triticum in lutosa, hordeum in arida terra seminamus.* 187. *Quare vitis vino, et præcipue si suo, aspergatur, exsiccatur.* 188. *Quare rosæ magis efflorescunt, si male olentia una cum ipsis inseminentur.* 189. *Quare porcorum agrestium lacrymæ dulces, cervorum salsæ sunt.* 190. *Quare lapilli plumbique laminæ injectæ frigidiorem aquam efficiunt.* 194. *Quare paleis et indumentis nix conservatur.* 192. *Quid sit bulimos.* 193. *Quare carnes in ficu appensæ teneriores fiant.* Ex hisce, CLXII capita in linguam versa Latinam a nescio quo ostendit mihi acerrimi ingenii vir Jo. Jacobus Buccardus.

[56] LXXIII. Ἐπιλύσεις σύντομοι φυσικῶν ζητημάτων πρὸς Μιχαὴλ τὸν Δοῦκαν ἐν βιβλίοις δυσί. *Solutiones compendiosæ naturalium quæstionum ad Michaelem Ducam libris duobus.* P. Ὁ μὲν Πλούταρχος, μέγιστε καὶ θειότατε βασιλεῦ. Capita lib. I. Περὶ τοῦ σφαιροειδῆ εἶναι τὴν γῆν. Περὶ τοῦ κεῖσθαι αὐτὴν ἐν μέσῳ τοῦ παντός. Περὶ μεγέθους τῆς γῆς. Ὁρίζοντος καταγραφή. Capita secundi. Περὶ τῶν μεταξὺ τῆς γῆς καὶ τοῦ οὐρανοῦ στοιχείων, καὶ τῶν περὶ ταῦτα παθῶν. Περὶ ἀέρος, καὶ πυρὸς, καὶ νεφῶν, καὶ ὑετῶν, καὶ ἀστραπῶν, καὶ βροντῶν. Περὶ σεισμῶν. Περὶ κομητῶν ἀστέρων. Περὶ ἀνέμων. Περὶ ἴριδος. Περὶ ἅλω. Περὶ σχήματος οὐρανοῦ. Περὶ κόσμου, εἰ ἔμψυχος ὁ κόσμος, καὶ προνοίᾳ διοικούμενος. Περὶ τάξεως κόσμου. Περὶ τῆς τοῦ κόσμου ἐγκλίσεως. Περὶ τοῦ, εἰ ἔστι κενὸν ἐκτὸς τοῦ κόσμου. Εἰ ἄφθαρτος, ὁ κόσμος. Τίνα δεξιὰ κόσμου, καὶ τίνα τὰ ἀριστερά. Τίς ἡ τοῦ οὐρανοῦ οὐσία. Περὶ τῶν ἐν ουρανῷ νοουμένων κύκλων. Περὶ οὐσίας ἀστέρων. Περὶ σχήματος ἀστέρων. Περὶ τῆς τῶν ἀστέ-

ψαλμα, *In inscriptiones Psalmorum, et Diapsalma,* carmine politico. P. Οὐκ ἔστι τὸ Ψαλτήριον, δέσποτά μου, βιβλίον.

LXXVI. Στίχοι διάφοροι, *carmina varia,* vario metro, sed iambica acutissime et felicissime. Nonnulla hic ex pluribus veluti in gustum describam.

Εἰς τὸν βασιλέα κῦριν Ῥωμανὸν τὸν γέροντα στίχοι, ἐν ταῖς ἀρχαῖς τῶν λέξεων δηλοῦντες τὸ ὄνομα, *In imperatorem dominum Romanum seniorem carmina, quæ in principiis dictionum nomen manifestant.*

Ῥοδοκρινοπρόσωπος, Ὡραῖος, Μέδων
Ἀκτῖσι Νίκης Οὐρανοῖ Σκηπτουχίαν.

Εἰς τὸν βασιλέα κῦριν Βασίλειον ὁμοιοι, *In imperatorem dominum Basilium similia.*

[59] Βέβαιον Ἄστρον, Σεμνὸν Ἵλασμα λίαν.
Ἔλαμψεν Ἰσχεῖν Οἴακας Σκηπτουχίας.

Εἰς τὸ φλάμουλον τοῦ Μονομάχου ἔχον ἱστορισμένους τὸν ἅγιόν Γεώργιον, τὸν βασιλέα ἔφιππον φέροντα λόγχην, καὶ τοὺς Βαρβάρους διώκοντα. *In Monomachi flammulum, in quo erant depicti sanctus Georgius, et imperator equo insidens, lanceam gestans, et Barbaros fugans.*

Μάρτυς, Βασιλεῦ, Ἵππε, Λόγχη, Βάρβαροι,
Σύμπνει, δίωκε, σπεῦδε, πλῆττε, πίπτετε.

Illud etiam *in Ulyssis certamina:*

Φυγὼν Ὀδυσσεὺς, τὸν μαχησμὸν Ἰλίου,
Πλῆθος, δόλους τε Λωτοφάγων Κικόνων,
Κύκλωπος δεινὸν ὄμμα τοῦ Βροτοκτόνου,
Τὴν Λαιστρυγόνων ὠμότητα, καὶ Κίρκης
Τρόπους ἀδήλους, καὶ μεμηχανευμένους,
Ἄδην τὸν φρικτὸν, καὶ τῶν Σειρήνων φθόγγον
Πέτρας τε πλαγκτὰς, καὶ Χαρύβδεως στόμα,
Σκύλλης τὸ δεινὸν, καὶ βίαιον, ὡς ἔφην,
Γἰοῦ χερσὶ τέθνηκεν ἐν τῇ πατρίδι.

Πρὸς ἀναίσθητον Λοίδορον. *In maledicum insensatum.*

Καὶ βάτραχοι φωνοῦσιν. ἀλλ' ἐκ τελμάτων.
Καὶ κυνες ὑλακτοῦσιν, ἀλλὰ μακρόθεν,
Καὶ κάνθαροι παίζουσιν, ἀλλ' ἐν κοπρίαις,
Οὐκοῦν, τί καινὸν, εἰ λαλοῦσιο οἱ λίθοι.
Μικρὸν παραλλάττοντες ἀδρῶν βατράχων,

Hos vir omnium calculo doctissimus, ac disertissimus Gaspar de Simeonibus e Græco in Latinos pariter iambicos feliciter transtulit, uno tantum versu auctiores; et sane meliores omnino fecit; dum Psellus ipse, in sententia sese implicans, comparationem æquat parum quidem apte, ut docto et ingenuo cuique, qui Græcos cum Latinis conferat, patere potest. Ii autem sunt:

Turpis coaxat rana, sed cæno cubans;
Latrat molestus voce, sed procul, canis;
Scarabæus ater ludit, at fimo latens:
Putenti et absens ore dum jacis jocos,
His unus impar haud eras tribus, fores,
Majore monstro. stolide ni loquax lapis.

[60] Περὶ σεληνιασμοῦ. *De seleniasmo.* P. Σεληνιασμὸς φυσικόν τι τυγχάνει·

Πρὸς τὸν μοναχὸν Σαββαΐτην Σκωπτικοί. *In monachum Sabbaitam Scoptici.* P. Πρὸς τὸν Σατὰν σε τὴν ἔχιδναν τοῦ βίου.

Παράφρασις διὰ στίχων ἰαμβικφν εἰς τὸν Κανόνα τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Κοσμᾶ, τοῦ Μαϊουμᾶ ἐπισκόπου, ὃν ἐκεῖνος συντέθεικε ψάλλεσθαι τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ πέμπτῃ. *Paraphrasis carmine iambico in canonem S. P. nostri Cosmæ, Majumæ episcopi, quem ille composuit, ut sancta et magna feria quinta caneretur.* P. Πόντος μέλας πρὶν τέτμηται, τετμημένη.

LXXVII. Multa sunt, ut vides, hujus auctoris hæc, quæ vides, scripta. Non tamen explent sitim, sed adhuc (*l*) anxius sortem meam accuso, quod non habuerim omnia. Relatum namque mihi est ab homine [61] fide digno, et chirographo significatum, in bibliotheca quadam hic Romæ multa hujus auctoris manuscripta neglecta jacere. Forsan aliquando, id enim totis viribus conabor, dabitur potestas visendi, legendi ac demum conferendi cum aliis. Quod si fiet, polliceor tibi fidem meam, mi Gaffarelle, me de omnibus te sincere commonefacturum. Interim his fruere.

LXXVIII. Michael etiam Psellus præfatur in Philippi solitarii Dioptram, quæ jam edita est Latina, ex interpretatione Jacobi Pontani, Ingolstodii in-4. Quod tamen vel ex scriptorum incuria, vel alicujus, qui verba Pselli in tractatum illum

NOTÆ

(*l*) Post diatribam de Psellis a se editam Allatius *De Symeonibus* p. 69 testatur se nactum codicem satis antiquum, licet madore infirmatum, Pselli orationum quarumdam, quarum initia ibi apponit. *Primæ* principium tribus στίχοις mutilum est, διδοάσι γὰρ ὑποψίαν ὧν οὐχὶ τὸ ἑκάστου. *Secundæ:* Ἔδει ποτὲ, θειότατε βασιλεῦ, τὴν πάντα κρίνουσαν φιλοσοφίαν. *Tertiæ:* Ὦ βασιλεῦ ἥλιε, καὶ τίς ἂν με καταιτιάσαιτο ταύτην σοι προσφυῶς τὴν κλῆσιν. *Quartæ:* Ὦ βασιλεῦ προσθήκης ἄτερ καὶ συναφῆς, καὶ μόνε τῶν ὄντων ἀπαράμιλλε. *Quintæ:* Μὴ θαυμάσῃς, ὦ βασιλεῦ, εἰ πλείστων λογίων ἀκροασάμενος. *Sextæ:* Μέγιστε βασιλεῦ, τὸν ὁρατὸν τοῦτον κόσμον, τὸ μέγα τοῦ Θεοῦ δημιούργημα. *Septimæ:* Ὡς ἐκ τοῦ βασιλέως τοῦ Μονομάχου πρός τινα σοφὸν κατηχούμενον, incipit: Ἀνέγνων τὸ γράμμα σου, λογιώτατε καὶ σοφώτατε, καὶ τῷ ἀμυθήτῳ κάλλει. Ex illis orationibus patere notat Allatius Psellum sub Constantino Monomacho dicendi gloria et varia disciplinarum scientia clarum floruisse, atque ut ipsius de se Pselli verbis utar, τὴν μὲν φιλοσοφίαν σβεθεῖσαν αὐτὸν ἀνῆφαι exstinctam antea philosophiam restituisse ac novum ejus veluti lumen accendisse, privata industria, non ab alio edoctum. Ὅσον ἐγὼ μὲν πρὸς τὴν τέχνην τῶν λόγων καὶ τὴν φιλοσοφίαν ἐπένευσα, καὶ μαθημάτων ἠψάμην, οὐ παρ' ἄλλου λαβών· ἔσβεστο γὰρ αὐτοῖς ὁ πυρσός. Ἀλλ' ἐγὼ αὖθις τοῦτον ἀνάψας καὶ τοῖς ποθοῦσι διαπυρσεύσας. Hæc Allatius ibidem ex Oratione funebri edita Pselli in Joannem Xiphilinum patriarcham. Plura Pselli monumenta manu exarata superesse in codice Mazariniano testatur Combefisius quem vide pag. 293 *Manipuli originum rerumque Constantinopolitanarum.* Non pauca etiam servat thesaurus librarius Cæsareus Vindobonensis, atque in his librum παραδόξων ἀκουσμάτων ad Michaelem Cerularium, patriarcham Constantinopolitanum, e quo prolixum locum affert Lambecius VII. pag. 222-224, tum libellum de divinatione ex ossibus humeriariis mactatarum ovium vel agnorum, et de auspicio. Περὶ ὠμοπλατοσκοπίας καὶ οἰωνοσκοπίας· Incipit: Ὁ Σωκράτης ἐκεῖνος ὁ Σωφρονίσκου, τοῖς Πλατωνικοῖς ἐντυχὼν διαλόγοις. Οὗτος μέν, φησὶν, ὁ νεανίας, περὶ Πλάτωνος ἄγει ἔνθα καὶ βούλεται, κ. τ. λ.

accommodare voluit, contigit. Mihi certe non videtur Michael Psellus, qui sub Monomacho et Ducis floruit, eo usque vitam protraxisse, ut post Philippi obitum, de quo non tantum tunc recens exstincto loquitur, in ejusdem Dioptram, licet etiam μακροβιώτατον fecerimus, præfari potuerit. Philippus enim anno 1165 scribebat, ut ipse fatetur.

Ἰδοὺ γὰρ ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ ἄχρι δὴ καὶ τῆς δεῦρο
Πεπλήρωται τὰ χίλια, πρὸς δὲ καὶ ἑκατόν γε,
Καὶ πέντε ἐπὶ τούτοις γε, ἕως καὶ τοῦ νῦν, ἔτη,
Ἂν δ' ἀριθμῇς ἐκ τῆς ταφῆς τῆς τούτου, καὶ τοῦ [πάθους
Πεφύκασί γε χίλια ἑβδομήκοντα δύ.

Ecce enim a Christo usque in præsentem diem completi sunt mille et centum, et insuper ad hæc tempora anni quinque. Si vero computas a sepultura et passione illius, sunt mille septuaginta duo. Anno videlicet 16 Alexii, ut idem ait inferius,

Ὁμοῦ τε ἔτη γίνονται ἀπὸ Χριστοῦ τὸ πάθος
Χίλια ἑβδομήκοντα, καὶ δύο δὲ πρὸς τούτοις,
Τοῦ Ἄνακτος ἐκκαίδεκα Ἀλεξίου ἀρτίως.

Simul anni fiunt a Christi passione mille septuaginta duo, imperatoris Alexii sexdecim completi. Nec potuit illo eodem anno Philippus ingentis studii ac laboris opus absolvisse. At absolverit, statimne ad manus omnium potuit pervenire adornarique præfatione etiam Pselli? Quod si momento eodem factum id esse affirmabimus, Psellus certe plus annis centum natus scribebat, et verisimilius est alium ab hoc Psello fuisse. De notis sive scholiis, quæ ex Psello in Dioptra inseruntur, non [62] morer; vel enim a præfante Psello, ex antiquiori Psello, ut affinis gloriam propagaret; vel a scribente, vel legente adnexa sunt; ni eumdemmet, cujus illa præfatiuncula est, eorumdem scholiorum auctorem agnoscere velimus. Illud etiam mihi nec satis planum, nec certum est, annum 1105, cum Dioptra scribebatur annum Alexii sextum decimum fuisse, cum, si recte annorum series computetur, fuerit annus illius imperii 25; rerum enim potitur anno 1081. Idque pro tractatuli hujusce brevitate innuisse sat fuit.

LXXIX. Meursius, notis in carmina Pselli in Cantica canticorum notat post hunc Psellum, alium etiam fuisse Michaelum Psellum, virum militarem, sub Theodoro Lascari, cujus meminerit Georgius Logothetes in illis verbis: Ὁ δὲ βασιλεὺς Θεόδωρος, ἐπεὶ περὶ τῶν γεγενημένων ἐπύθετο, ἔσπευσε πρὸς τὴν Ἕω παλινοστῆσαι. Καὶ ἀφεὶς ἐν Θεσσαλονίκῃ καὶ τοῖς κατὰ Δυσμὴν μέρεσιν εἰς φύλαξιν τὸν πατρόπαππον θεῖον αὐτοῦ Λάσκαριν καὶ Μιχαὴλ τὸν Ψελλὸν μετὰ μικροῦ στρατεύματος, ὅσον εἰς τριακοσίους ἠριθμημένους, τοῦ τε Πριλάπου, καὶ τὰ πέριξ, ἀφῆκε Θεόδωρον Καλαμπάκην, ὃν καὶ Τατᾶν τῆς αὐλῆς κατωνόμαζον· τὸν δὲ Κωνσταντῖνον τὸν Χαβαρᾶν εἰς ἡγεμονίαν τοῦ Ἀλβάνου, ἐμὲ δὲ πάντων προίστασθαι·

A *Theodorus rex, iis cognitis, in Orientem protinus redire maturat, Lascare patris avunculo, et Michaele Psello cum exiguis copiis, utpote trecentis, in Occidentis præsidium relictis Perilapo, et vicino tractui Theodoro Calampaci, quem Tatam Aulæ cognominabant, Constantino Chabaræ Albani præfecturam demandavit; mihi autem supremum in omnes imperium tradidit.*

Sed, ut verum fatear, mendum in hoc loco inesse suspicabar. Cum enim reliquorum omnium, quibus exercitum demandaverat imperator, nomina et cognomina apponantur, Lascaris solum nomen, non ex more suo, tacuisse videbam. Deinde, cum alia, nec minoris considerationis, unius tantum B curæ demandasset, nulla videbatur ratio duos in minimo negotio præfecisse, et ridiculum sane est, tam exiguas copias, trecentos scilicet, viris duobus commendasse. Imo alia ejusdem auctoris, de eodem argumento editio, Lascaris nomen nobis inserit, nec Psellum comminiscitur; et cum sæpius in rei gestæ narratione horum omnium notitia et cognomina, ad fastidium usque, repetat, Psellum istum nunquam nominat. Duas siquidem ejusdem historiæ ἐκδόσεις, editiones, conscripsit, alteram, quam Theodorus Dousa Græce et Latine publicavit, brevem, concisam, non narrantem, sed tantum digito rem monstrantem, [63] ideoque perobscuram, et decurtatam, quam si alterius compendium dixeris, non errabis a scopo: alteram diffusam, non præcipua solum, C sed minima quæque, oratorio quandoque more, exponentem, et quasi commentario, obscura et ardua illustrantem. Hanc, quæ Psellum non habet, cui elucidandæ nonnullas horas impendi, diutius apud me, maximo reipublicæ litterariæ damno, immorari non patiar, sed, cum primum per vires licebit, usui publico excudetur. Libentissime hic plura auctoris ascriberem, ut quid inter utramque editionem intersit, facta collatione agnoscerres, sed nimis longa oratione prosequitur, et iter suum ad Prilapum, spatio trium mensium peractum; et Prilapi expugnationem; tandem infelicem hujus expeditionis finem; de quibus in editis nec verbum quidem est. Pauca tamen pro jam ascripto loco, (*m*) veluti in gustum dabo. Ὁ μὲν D οὖν βασιλεὺς Θεόδωρος, ἐπεὶ τῶν γεγενημένων ἐν τῇ τῶν Μουσουλμάνων ἐπύθετο χώρᾳ, οὐ περὶ τούτων μᾶλλον ἔχων φροντίδα, ἢ περὶ τῶν αὐτοῦ, (κίνδυνον γὰρ οὐ μικρὸν ἐπισυμβαίνειν τοῖς Ῥωμαϊκοῖς ὑπετόπασε χώροις), ἔσπευσε πρὸς τὴν Ἕω παλινοστῆσαι. Καὶ δὴ πᾶσαν τὴν Ῥωμαϊκὴν στρατιὰν μεθ' ἑαυτοῦ προσλαβών, τῆς πρὸς τὴν Ἕω φερούσης ἐφήπτετο, καταλελοίπει δὲ ἔν τε τῇ Θεσσαλονίκῃ καὶ τοῖς κατὰ Δυσμὴν μέρεσιν, ὡς πρὸς φύλαξιν δῆθεν τῆς χώρας τὸν πρὸς πάππου θεῖον αὐτοῦ τὸν Λάσκαριν Μιχαὴλ, μικρόν τι καὶ εὐσύνοπτον

NOTÆ.

(*m*) Georg. Acropolita p. 76 seq. Allatii. Paris. 1615, fol.

ἐκ Παφλαγόνων στράτευμα ἐπιδοὺς αὐτῷ, κἀκ τοῦ Σκυθικοῦ, ὅσον εἰς τριακοσίους ἠριθμημένον· τοῦ δὲ Πριλάπου, καὶ τῶν περὶ αὐτὸν στρατευμάτων, τὸν ὃν εἶχε Σκουτέριον Ξυλέαν ὠνομασμένον, φερωνύμως τὴν κλῆσιν, νὴ τῆν θέμιν, ἔχοντα· εἰς δὲ τὸν Βέλεσον, καὶ τὰ περὶ αὐτὸν τὸν Καλαμπάκην Θεόδωρον, ὃν καὶ Τατᾶν τῆς αὐλῆς κατωνόμαζον· τὸν δὲ Χαβάρωνα Κωνσταντῖνον εἰς ἡγεμονίαν τοῦ Ἀλβάνου κατέστησεν. Ἐμὲ δὲ πραίτωρα χειροτονήσας πάντων αὐτῶν ἀφῆκεν προΐστασθαι. Τοῦτο δὲ, ὡς οἶμαι, πεποίηκεν, ἵνα τῇ ἐξ αὐτοῦ μακροτέρᾳ ἀποδημίᾳ εἰς λήθην ὧν ἐπεπόνθειν γενοίμην. Οὐδὲ γὰρ εἶδέ μέ ποτε μετὰ τὰς πληγὰς ἐλευθεριάσαντα, καὶ λόγοις χαροποιτέροις, ὡς εἰώθειν, πρὸς αὐτὸν χρήσασθαι. Ἵνα γοῦν τῇ χρονίᾳ ταύτῃ διατριβῇ τῆς ψυχῆς ἡ σκυθρωπότης διαλυθείη μοι, πέπραχε τοῦτο. Τάχα δὲ καὶ ὡς δυσχεραίνων ἦν, τὴν ξυναυλίαν μου βαρυνόμενος· προσέκρουον γὰρ αὐτῷ πολλάκις, ἐφ' οἷς ᾔδειν οὐ κατὰ τὸν δίκαιον λόγον διαπράττεσθαι θέλοντα. Ὁ μὲν οὖν βασιλεὺς πρὸς τὴν Ἕω ἀπῆει· ἐγὼ δὲ κατελείμμην τοῖς ἐν Δυσμῇ, etc. *Imperator itaque Theodorus de rebus a Musulmanis in eorum ditione gestis certior factus, magis suis quam illis animum advertens, ingens inde Romanis regionibus imminere periculum suspicatus in Orientem quam celerrime pedem retulit, cum universis Romanorum* [64] *copiis iter ad ea loca ingressus. Thessalonicæ vero, et in aliis Occidentis partibus in custodiam duntaxat avunculum Michaelem Lascarim, consignata illa exigua, nec ampla Paphlagonum manu, et ex Scythis non ultra trecentis, reliquit. Prilapi, et vicinorum exercituum Scuterium, Xyleam dictum, digno, ædepol, cognomine; Belessi, tractusque circa ipsum, Calampacem Theodorum, quem Tatam Aulæ nuncupabant; Constantinum Chabaronem Albano præfecit; me prætorem creatum omnibus hisce præesse jussit non alio, ni fallor, scopo, quam ut longiori ab eo discessu præteritorum malorum obliviscerer. namque post plagas acceptas, nunquam me liberius dicere, quæ sentirem, nunquam verbis hilarioribus more meo uti conspexerat. Ut ergo longa ista mora mærorem e pectore demerem, id egerat; fortasse etiam mei contubernii quod fastidiebat, tædio. Sæpe enim in iis, quæ ille contra jus fasque intentabat, ipse adversabar. Imperator itaque in Orientem processit; ego in occiduis partibus remansi.* Suspicionem auxit Ephræmius in Chronico, qui, cum non sententiam tantum, sed verba etiam Acropolitæ carmine exprimat, licet alios accuratissime enumeret, de Michaele hoc Psello verbum nullum facit :

Ἦλθεν διαθεὶς εὖ τὰ κατὰ τὴν Ἑσπέραν Ἄναξ.
Μετὰ στρατιᾶς ἐκτρέχει πρὸς τὴν Ἕω,
Λιπὼν στρατηγοὺς κατὰ Θεσσαλονίκην
Μιχαὴλ Λασκάριον ἄνδρα γεννάδα,
Ἐν δὲ Πριλάπῳ Σκουτέριον Ξυλέαν,
Ἐπωνυμίαν ἁτρεκῆ κεκτημένον.
Ἐν δ' αὖ Βελεσσῷ τοῖς περικύκλῳ τόποις
Φύλακα Θεόδωρον τὸν Κωλαμπάκην.
Ἰλλυριῶν δὲ Χαβάρον ἐπιστάτην.
Πρὸς τοῖσδε Γεώργιον Ἀκροπολίτην,
Ἄρχοντα πάντων, καὶ πρόεδρον δεικνύει,
Πρόσθεν τιμήσας τῇ πραίτωρος ἀξίᾳ.

Nihilominus rebus occiduis bene compositis imperator cum exercitu in Orientem convolat, ducibus relictis Thessalonicæ Michaele Lascari viro strenuo, Prilapi Scuterio Xylea, cognomine suo equidem non dissimili; Belessi, et locis vicinis custode Theodoro Calampace; Illyricorum vero Chabarone præfecto. Insuper Acropolitem Georgium omnium præsidem; ac primatem constituit, prius [65] *prætoris dignitate insignitum.* Tandem, præter omnem suspicionem, aperte evicit locum illum depravatum esse, et mancum, codex perantiquus Vaticanus, in quo editio Dousiana continetur; qui Psellum hunc nec de nomine quidem novit. Locum hic exscribam, ut antea editum a Dousa (n) mutilum, et hiulcum, ope emendatissimi codicis integres, ac impleas. Ὁ δὲ βασιλεὺς Θεόδωρος, ἐπεὶ περὶ τῶν γεγενημένων ἐπύθετο, ἔσπευσε πρὸς τὴν Ἕω παλινοστῆσαι, καὶ ἀφεὶς ἐν τῇ Θεσσαλονίκῃ καὶ τοῖς κατὰ Δυσμὴν μέρεσιν εἰς φυλακὴν τόν πρὸς πάππου θεῖον αὐτοῦ τὸν Λάσκαριν Μιχαὴλ μετὰ μικροῦ στρατεύματος ὅσον εἰς τριακοσίους ἠριθμημένον· τοῦ δὲ Ηριλάπου, καὶ τῶν περὶ αὐτὸν στρατευμάτων, τὸν ὃν εἶχε Σκουτέριον Ξυλέαν ὠνομασμένον· εἰς δὲ τὸν Βελεσσὸν, καὶ τὰ περὶ αὐτὸν, Καλαμπάκην Θεόδωρον ὃν καὶ Τατᾶν τῆς αὐλῆς κατωνόμαζον· τὸν δὲ Χαβάρωνα Κωνσταντῖνον εἰς ἡγεμονίαν τοῦ Ἀλβάνου, ἐμὲ δὲ πάντων προΐστασθαι, etc. Hæc autem non ideo a me dicta sunt, ut Psellum istum eo tempore fuisse negem; potuit enim esse, et forte fuit; sed ut ostendam ex hisce Georgii verbis certo id affirmari non posse.

LXXX. Fuere et alii Pselli : inter eos præcipuus Joannes Psellus. Meursius hujus putat esse iambos, quos cum Heraclide Pontico vulgavit olim Gesnerus; errasseque eum, cum Michaeli tribuit. Sed Michaeli tribuit etiam Andreas Schottus, Præfatione in Cant. cantic. *Certe iambicis de virtutibus et vitiis gnomas composuit, quæ cum Heraclidi Pontici allegoriis Homericis hodie leguntur.* Non æque bene.

Ejusdem etiam edita sunt carmina, Εἰς τοὺς τρεῖς ἱεράρχας, Βασίλειον, Γρηγόριον, καὶ Ἰωάννην τὸν Χρυσόστομον. Item Εἰς τὰς ἁγίας ἑπτὰ συνόδους, cum Theodori Prodromi carminibus, et Xanthopuli. Basileæ apud Bebelium 1536, in-8. Verum opusculum, de septem synodis, esse Michaelis Pselli antea indicavimus.

Item Constantinus Psellus, cujus *Lexicum in evangelistas*, sive *brevem expositionem difficilium in iis locorum*, ait exstare ms. Græce in Bibl. imperat. Viennæ in 4. Gesnerus, et Possevinus. Legi etiam ipsius.

Ἔκθεσιν πίστεως, *Expositionem Fidei*, quæ incipit, Πιστεύω εἰς Πατέρα, καὶ Υἱὸν, καὶ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, quæ etiam in bibliotheca Antonii Augustini cod. 166, manuscripta habebatur.

NOTÆ.

(n) P. 48 edit. Theodori Dousæ, Lugd. Bat. 1614, 8.

MICHAELIS PSELLI

OPERUM PARS PRIMA

COMPLECTENS

OPERA THEOLOGICA.

—

ΕΡΜΗΝΕΙΑ ΚΑΤΑ ΠΑΡΑΦΡΑΣΙΝ

ΤΟΥ ΑΣΜΑΤΟΣ ΤΩΝ ΑΣΜΑΤΩΝ

ΣΥΛΛΕΓΟΥΣΑ ΑΠΟ ΤΕ ΤΟΝ ΕΙΣ ΤΟΥΤΟ ΕΡΜΗΝΕΙΩΝ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ ΝΥΣΣΗΣ, ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΝΕΙΛΟΥ, ΚΑΙ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΜΑΞΙΜΟΥ.

—

EXPOSITIO CANTICI CANTICORUM

PER PARAPHRASIM

COLLECTA EX SANCTI GREGORII NYSSÆ PONTIFICIS, ET SANCTI NILI ET SANCTI MAXIMI COMMENTARIIS

—

Ἐπειδὴ καὶ τὰς Παροιμίας, καὶ τὸν Ἐκκλησιαστὴν Σολομῶν ᾖσεν· ἐν μὲν ταῖς Παροιμίαις, ἀποτρεπόμενος μὲν ἀπὸ τοῦ κακοῦ· προτρεπόμενος δὲ πρὸς τὸν ἀγαθὸν, καὶ παιδαγωγῶν ἠθικῶς· ἐν δὲ τῷ Ἐκκλησιαστῇ ἀποδεικνύων τῶν παρόντων τὸ μάταιον, καὶ τούτων πείθων ὑπερφρονεῖν, καὶ ἐκπαιδεύων φυσικῶς, ἐξ ὧν ἡ πρὸς Θεὸν ἀγάπη ὑφίσταται· οἷα κινούντων πρὸς τὸ ὄντως ἀγαθὸν ἀπὸ τοῦ νομιζομένου τὸν πόθον ἡμῶν, καὶ τὰ λοιπά.

Quoniam et Proverbia et Ecclesiasten cecinit Salomon, in Proverbiis quidem deterrens a vitiis et ad virtutes cohortans atque moraliter instituens : in Ecclesiaste autem declarans, rerum præsentium vanitatem, easque despiciendas suadens ac naturaliter docens ex quibus charitas in Deum proficiscatur, quæ nimirum ab eo quod bonum videtur, ad id quod vere bonum est, animos nostros incitet atque inflammet, et reliqua.

ΕΤΕΡΑ ΕΞΗΓΗΣΙΣ

ΕΙΣ ΤΟ ΑΣΜΑ ΤΩΝ ΑΣΜΑΤΩΝ

ΕΞΗΓΗΘΕΝ ΠΑΡΑ ΤΟΥ ΨΕΛΛΟΥ ΔΙΑ ΣΤΙΧΩΝ ΠΟΛΙΤΙΚΩΝ.

—

ALIA EXPOSITIO

IN CANTICUM CANTICORUM

A PSELLO VERSIBUS CIVILIBUS EXPLICATUM.

—

Cum animus tuus discendi cupidus, o diademate redimite, eo desiderio teneatur, canticorum Canticum nova et varia explanationis atque intelligentiæ ratione declaretur, en voluntati ac studio tuo obsequimur, imperator; atque Domini universorum auxilio freti, totam Canticorum expositionem simplici et vulgari oratione concinnatam afferimus. Sapientissimus ille propheta Salomon, Davidis filius ex ea quæ fuit Uriæ, tria quædam in vita volumina conscripsit. Unum prudenter ab omnibus *Proverbiorum* nomine nuncupatur, quod morum continet disciplinam, perturbationum animi emendationem, recteque vivendi rationem ac divina præcepta: alterum *Ecclesiastes* ab hominibus appellatur, quod vitæ præsentis aperit vanitatem: tertium, domine, quod continenter sequitur, est ipsum *Canticum canticorum*, quod quidem tibi eleganter admodum, et sub specie ac figura quadam nuptiarum tradit humanæ animæ perfectionem. Sapienter enim proponit Christum sponsum, sponsaque itidem, animam sponsi amore languentem atque inflammatam, et ad ilius gratias et munera velociter pervolantem. Continet etiam dicta quædam Ecclesiæ congruentia. Sed jam, adjuvante Deo verba incipiamus interpretari.

Ex tribus sanctis Patribus.

A Salomone inscriptum est canticorum Canticum in quo sponsæ Ecclesiæ in Christum ipsius sponsum amor ostenditur. Nam post Proverbiorum ad virtutes cohortationem, et dehortationem a vitiis, et post rerum humanarum atque mortalium contemptum quem ab Ecclesiaste didicerat, canit ipsi Sponso Christo pacifico, quod et nobis a Deo factus est pax, et per seipsum nos Patri suo reconciliavit. Qua quidem charitate fidelium Ecclesiam despondit sibi divina ratione ac lege spiritali, et revelatione mysteriorum quæ de ipso tradita sunt eru-

A Ἐπειδήπερ τὸ φιλομαθὲς τὸ σὸν, ὦ στεφηφόρε,
Ἑρμηνευθῆναι γλίχεται τὴν ξένην καὶ ποικίλην
Τοῦ τῶν ᾀσμάτων Ἄσματος ἐξήγησιν καὶ γνῶσιν,
Ἰδού σου τῷ θεσπίσματι πεισθέντες, αὐτοκράτωρ,
Καὶ τὰς ἐλπίδας θέμενοι πρὸς τὸν Δεσπότην πάν-
[των,
Δηλοῦμες τὴν ἐξήγησιν πᾶσάν σοι τῶν Ἀσμάτων,
Ἐν ἁπλουστέραις λέξεσιν καὶ κατημαξευμέναις.
Ὁ γὰρ προφήτης Σολομῶν, ὁ πανσοφος ἐκεῖνος,
Ὁ παῖς τυγχανων τοῦ Δαβὶδ, ἀλλ' ἐκ τῆς τοῦ Οὐ-
[ρίου,
Τρεῖς συνεγράψατό τινας ἐν βίῳ πραγματείας·
Ἡ μὲν καλεῖται νουνεχῶς τοῖς πᾶσι Παροιμίαι,
Ἔχουσα παίδευσιν ἠθῶν, παθῶν ἐπανορθώσεις,
Καὶ τῶν πρακτέων συνεχῶς καὶ θείας ὑποθήκας.
B Ἡ δέ πως Ἐκκλησιαστὴς κέκληται τοῖς ἀνθρώποις,
Τὸ μάταιον διδάσκουσα τὸ τοῦ παρόντος βίου
Ἡ δέ γε τρίτη συνεχῶς ἐκείνου πραγματεία
(Αὕτη τυγχάνει, δέσποτα, τὸ Ἆσμα τῶν ᾀσμάτων),
Τὸν τρόπον καταγγελεῖ σοι ποικιλοτρόπως ἄγαν
Τῆς τελειώσεως αὐτῆς ψυχῶν τῶν ἀνθρωπίνων,
Ἀλλ' ὡς ἐν σχήματί τινι σεμνονυμφοστολίας.
Σοφῶς γὰρ ὑποτίθησι τὸν μὲν Χριστὸν νυμφίον,
Νύμφην δὲ πάλιν τὴν ψυχὴν ἐρῶσαν τοῦ νυμφίου,
Καὶ πεπυρωμένην ἔρωτι δῆθεν τῷ τοῦ νυμφίον,
Καὶ πρὸς ἐκείνου χάριτας ἀνιπταμένην τάχα.
Ἔχει δὲ φράσεις καί τινας περὶ τῆς Ἐκκλησίας.
Ἀλλ' ἀπαρξώμεθα λοιπὸν σύν γε θεῷ τῷ Λόγῳ.

Ἐκ τῶν τριῶν ἁγίων Πατέρων.

C Ἆσμα ᾀσμάτων τῷ Σολομῶνι ἀναγέγραπται, τὸ δηλοῦν τὴν πρὸς τὸν νυμφίον Χριστὸν ἀγάπην τῆς νύμφης αὐτοῦ Ἐκκλησίας· ὡς ἐκ τῆς διὰ τῶν Παροιμιῶν προτροπῆς καὶ ἀποτροπῆς, καὶ τῆς διὰ τοῦ Ἐκκλησιαστοῦ τῶν προσκαίρων καταγνώσεως ᾠδομένης αὐτῷ τῷ νυμφίῳ Χριστῷ τῷ εἰρηνικῷ. Ὅτι τε ἡμῖν εἰρήνη ἀπὸ Θεοῦ γέγονεν, καὶ ἡμᾶς δι' ἑαυτοῦ κατήλλαξε τῷ ἰδίῳ Πατρί. Καθ' ἣν ἀγάπην νυμφεύει ἑαυτῷ τὴν τῶν πιστῶν Ἐκκλησίαν, μυσταγωγῶν αὐτὴν θεολογικῶς νόμῳ πνευματικῷ ἐν τῇ ἀποκαλύψει τῶν περὶ αὐτοῦ μυστηρίων, ἣν πρό-

τερον ἐνυμφοστολησε διὰ τῶν Παροιμιῶν, καὶ τοῦ Ἐκκλησιαστοῦ παιδαγωγήσας καὶ ἐκπαιδεύσας ἠθικῶς τε καὶ φυσικῶς. Ἡ οὖν προμνηστευθεῖσα τῷ Χριστῷ Ἐκκλησία, διά τε τοῦ γραπτοῦ νόμου καὶ τοῦ φυσικοῦ, ὧν τὰς δυνάμεις Σολομῶν ἔν τε ταῖς Παροιμίαις καὶ τῷ Ἐκκλησιαστῇ ἤσε, καὶ διὰ τῶν ἐν πάσῃ τῇ Γραφῇ καὶ τῇ κτίσει συμβόλων εἰσαγωγικῶς παιδευθεῖσα τοὺς περὶ προνοίας καὶ κτίσεως λόγους· κἀκ τούτων διδαχθεῖσα τὰ πρὸς αὐτὴν τοῦ νυμφίου φίλτρα, βούλεται λοιπὸν τελειώτερον τούτους παρ' αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ Λόγου κατὰ τὴν ἔνσαρκον τούτου οἰκονομίαν νόμῳ πνευματικῷ διδαχθῆναι, ἀμέσως δι' ἀγάπης αὐτῷ κολληθεῖσα, καὶ πνεῦμα ἓν γενομένη ἐν τῷ νύμφῃ αὐτοῦ χρηματίσαι. Φέρε τοίνυν ἐπ' αὐτὴν ἔλθωμεν λοιπὸν τῶν ῥημάτων τὴν ἑρμηνείαν.

Φιλησάτω με ἀπὸ φιλημάτων στόματος αὐτοῦ.

Τῶν γ' Πατέρων.

Ἤγουν, Αὐτὸς δ' ἑαυτοῦ τὴν περὶ ἐμοῦ ὑπεράγαθον αὐτοῦ βουλὴν διδαξάτω με, λόγοις καὶ τρόποις τὸ συνοῖσον ὑποδεικνύων μοι.

Ἀγαθοὶ μαστοί σου ὑπὲρ οἶνον, καὶ ὀσμὴ μύρων σου ὑπὲρ πάντα τὰ ἀρώματα.

Τριῶν Πατέρων.

Μαστοὺς δὲ πάλιν ἐνταῦθα καλεῖ τὰ δοχεῖα τοῦ γάλακτος, ὃ τοῖς ἀτελέσιν ἔτι καὶ νηπίοις προσφέρειν οἶδεν ὁ μακάριος Παῦλος. Γάλα γὰρ, φησὶν, ὑμᾶς ἐπότισα, οὐ βρῶμα· οὔπω γὰρ ἐδύνασθε. Οὐ διὰ τοῦτο δὲ μόνον εἰκότως τῶν μαστῶν ἐμνημόνευσεν ἡ νύμφη· ἀλλ' ἐπειδὴ καὶ τῇ καρδίᾳ πλησιάζουσιν, ἐν ᾗ τὸ ἡγεμονικὸν ἵδρυται, ἀφ' οὗ προχέονται οἱ τῆς διδασκαλίας κρουνοί. Θαυμάζει τοίνυν τοῦ νυμφίου τοὺς μαστοὺς, ὡς τῶν ἀγαθῶν τυγχάνοντας κρουνοὺς, καὶ προσφόρως τούς τε νηπίους ἔτι τούς τε τελείους διατρέφοντας· καὶ λέγει αὐτοὺς ἀγαθοὺς ὑπὲρ οἶνον, ὃς εὐφραίνει καρδίαν ἀνθρώπου, κατὰ τὴν θείαν Γραφήν. Τροπικῶς γὰρ τὸν οἶνον εὐφροσύνην ὠνόμασεν, δεῖξαι βουλόμενος ὅτι πάσης ὁμοῦ τῆς ἐν ἀνθρώποις εὐφροσύνης μείζων ἡ παρὰ τῶν αὐτοῦ δωρεῶν ἐγγινομένη θυμηγδα τοῖς εὐσεβέσιν. Εἰ δὲ βούλει καὶ μυστικῶς νοῆσαι τῆς νύμφης τὰ ῥήματα, νόησον τοὺς ὑπὲρ οἶνον θαυμαζομένους μαστοὺς, τοὺς ἀῤῥήτους τοῦ θυσιαστηρίου κρουνοὺς, δι' ὧν ἅπαντες οἱ τῆς εὐσεβείας τρεφόμεθα τρόφιμοι. Εἶτα τὴν αἰτίαν λέγει τοῦ πολλοῦ πόθου, καὶ τῆς πρὸς αὐτὸν ἀγάπης τῶν μὴ ἠττηθεισῶν τῇ τῶν προσκαίρων σχέσει ψυχῶν, φάσκουσα, ὅτι Ἀγαθοὶ μαστοί σου ὑπὲρ οἶνον, καὶ ὀσμὴ μύρων σου ὑπὲρ πάντα τὰ ἀρώματα.

Μύρον ἐκκενωθὲν ὄνομά σου· διὰ τοῦτο νεάνιδες ἠγάπησάν σε.

Εἴτουν Ἀγαθαί εἰσιν ἡ φύσις τῶν ὅλων καὶ ἡ Γραφὴ, λαμβανόμεναι ὡς τῆς ἀληθείας σύμβολα, καὶ οἷα μὲν μαζοί σου χορηγοῦσαι ἡμῖν ἁπλῆν τροφὴν, τὴν τῆς εἰς σὲ πίστεως, οἷα δέ τισ ὀσμὴ μύρων σου μηνύουσαι τὰ πνευματικῶς ἡμᾶς εὐωδιάζοντα παναγαθά σου θελήματα, καθ' ἃ τὰ πάντα γεγόνασιν.

[1] I Cor. III, 2.

diens illam, quam prius per Proverbia et Ecclesiasten moraliter et naturaliter exornatam instituerat. Ecclesia igitur Christo desponsata, quæ per legem tum scriptam tum naturalem, quarum vires in Proverbiis et Ecclesiaste Salomon expresserat, perque totius scripturæ et creaturæ notas, quasi tirocinio et rudimentis quibusdan ea didicit, quæ ad providentiam et creationem pertinent, atque ex iis incredibilem sponsi erga se amorem intellexit; vult insuper ut perfectus hæc ab ipso Dei Verbo per hujus in carne dispensationem spiritali lege doceatur, sine ullo medio per charitatem ipsi conjuncta, unusque facta spiritus per hoc, quod sponsa ejus vocetur. Age igitur ad ipsam porro veniamus verborum interpretationem.

B

Osculetur me osculis oris sui.

Ex tribus Patribus.

Hoc est : Ipse per se optimam suam erga me voluntatem doceat, verbisque, et rationibus, quid expediat, ostendat.

Meliora sunt ubera tua vino, et odor unguentorum tuorum super omnia aromata.

Trium Patrum.

Ubera rursum hic vocat lactis receptacula : quod imperfectis adhuc et infantibus præbere novit beatus Paulus : *Lac vobis*, inquiens, *potum dedi, non cibum : nondum enim poteratis*[1]. Neque vero hac solum de causa uberum sponsa mentionem fecit, sed etiam quia propinqua sunt cordi, in quo præcipua mentis est sedes, unde doctrinæ fontes C emanant. Sponsi igitur ubera uti bonorum fontes admiratur, ex quibus commode tum infantes adhuc, tum etiam perfecti nutriuntur. Eaque dicit esse *meliora vino*, quod, divinæ Scripturæ testimonio cor hominis exhilarat. Figurate enim vinum lætitiam appellavit, ut cunctis humanis voluptatibus præstare declararet lætitiam illam, quæ ex ipsius donis ad pios proficiscitur. Quod si ubera mystice etiam vis intelligere, per ubera illa admiranda et vino præstantiora, cogita ineffabiles illos altaris fontes, et quibus omnes nos pietatis alumni nutrimur. Tum ingentis desiderii sui et dilectionis erga ipsum animarum, quæ rerum fluxarum cupiditati non succubuerunt, causam exponit dicens : Quoniam *ubera tua meliora sunt* D *vino : et odor unguentorum tuorum super omnia aromata.*

Unguentum effusum nomen tuum : ideo adolescentulæ dilexerunt te.

Id est : Bonæ sunt natura rerum et scriptura, si quidem accipiantur veluti veritatis symbola, et quæ instar uberum quidem suggerant nobis simplicem cibum, ejus videlicet quæ in te est, fidei ; atque instar odoris cujusdam unguentorum tuorum doceant optimas voluntates tuas, quæ nos fragran-

tes optimo odore efficiant, per quas exstiterunt universa. Si enim secundum se istæ accipiantur, instar quidem vini mentem amovent a fide in te quasi vero aromata quædam, quæ videntur habere natura sua suavem odorem, ad se ipsas trahunt, quo frui libeat rebus carnalibus et mundanis. Sic natura, inquam, et scriptura, veluti unguentorum odor, tuas declarant voluntates. Nam bonitas tua, instar unguenti effusi, in omnes creaturas, per participationem ex vi sparsa demonstrat te rerum omnium auctorem, ex nominibus indicans ea quæ communicas universis, cujusmodi sunt, ens, vita, sapientia, et similia. Cum igitur natura et scriptura, si hoc modo accipiantur, bonæ sint, ideo animæ dolum et fraudem, quæ ex rerum visibilium specie, et ex litteræ sono provenit, evitantes, diabolo et perturbationibus superatis, ex quo et adolescentulæ sunt appellatæ, dilexerunt te. Te autem diligentes, quem ex lege tum scripta tunc naturali esse sponsum Christum intellexerant, e paterno sinu traxerunt te, qui propter illos qui salutem sunt adepturi, in carne venisti. Deinceps inquit : *In odorem unguentorum tuorum curremus*, id est sequemur te, morem atque institutum imitantes, quo nos ad sensum optimæ voluntatis tuæ perduxisti, id est, ut animam ponamus pro salute multorum. quod perfectæ charitatis indicium, omnia divina mandata complectis.

Et odor, inquit, *tuus super omnia aromata.*

Trium Patrum.

Anima ex Christi Ecclesia per vitam perfectam ipsi desponsata, et docendi munus assecuta, atque ideo jam idonea quæ animas imperfectiores ad perfectionem adducat, sic eas alloquitur : *Introduxit me rex in cubiculum suum.* Sua nimirum divina atque arcana mysteria retexit mihi : id quod et magno contingit Paulo, qui usque ad tertium cœlum sublatus, id est, moralem et naturalem philosophiam prætergressus, ad theologiam usque pervenit, et *audivit arcana verba, quæ non licet, homini loqui*[2].

Trium Patrum.

Respondentes igitur, ut dictum est animæ quæ ducebantur, sponsæ ducenti, Quoniam, inquiunt, ut ipsa ais, inroduxit te rex in cubiculum suum : *In quo thesauri sapientiæ sunt absconditi*, et hujus divitias ostendit tibi, *exsultabimus et lætabimur in te*[3]. Quo modo diligemus ubera tua? Super vinum, id est, plus quam naturam vini a veritate mentem avertentis, plus quam rerum visibilium speciem, plus quam legis litteram diligemus ea quæ a te in Ecclesia traduntur rudimenta, quibus, ut lacte disciplinæ, potas infantes in Christo, et nutris ad pietatem. Quid ita? Quia rectitudo, qui est Christus, dilexit te. Ipse enim, ut est veritas, sic etiam est rectitudo. Diligens autem te, aperuit

[2] II Cor, XII, 4. [3] Coloss. II, 3.

ὑπὲρ τοῦ καθ' ἑαυτὰς λαμβάνεσθαι, καὶ δίκην μὲν οἴνου ἐξιστᾷν τῆς εἰς σὲ πίστεως. Ὥσπερ δέ τινα ἀρώματα δοκοῦντα φύσει τὸ εὐῶδες ἔχειν, παρ' ἑαυτοῖς πρὸς ἀπόλαυσιν τῶν ἐν σαρκὶ καὶ κόσμῳ ἐφέλκεται· οὕτως ἡ κτίσις καὶ ἡ Γραφὴ οἱονεὶ μύρων ὀσμὴ τὰ σὰ μηνύουσι θελήματα. Τῆς γὰρ ἀγαθότητός σου, οἷα μύρου ἐκκενωθέντος χεθείσης εἰς πάντα τὰ ὄντα κατὰ μετάδοσιν, ἐκ τῆς ἐνεργείας ὡς τῶν ὅλων αἴτιος καταφάσκει τοῖς ὀνόμασι τῶν μετοχῶν· ἅπερ εἶσι τὸ ὄν, ἡ ζωή, ἡ σοφία, καὶ τὰ ὅμοια. Ὅτι δ' οὕτω λαμβανόμεναι ἡ κτίσις καὶ ἡ Γραφὴ ἀγαθαί εἰσιν, διὰ τοῦτο αἱ τὴν ἐκ τῆς ἐπιφανείας τῶν ὁρατῶν καὶ τοῦ γράμματος ἀπάτην φυγοῦσαι ψυχαί, κἀντεῦθεν τὸν πονηρὸν νικήσασαι σὺν τοῖς πάθεσιν· διὸ καὶ νεάνιδες κέκληνται καὶ ἠγάπησάν σε, ἀγαπήσασαι δέ σε ὃν ἔκ τε τοῦ γραπτοῦ καὶ τοῦ φυσικοῦ νόμου ἐμυήθησαν νυμφίον Χριστόν, ἕλκυσάν σε ἐκ τῶν πατρικῶν κόλπων, διὰ τοὺς μέλλοντας τυχεῖν σωτηρίας ἐν σαρκὶ ἐληλυθότα. Λοιπόν φησιν· Ὀπίσω σου εἰς ὀσμὴν μύρων σου δραμούμεθα. Ἤγουν. Ἀκολουθήσομέν σου τὸν τρόπον μιμησάμεναι, καθ' ὃν ἡμᾶς εἰς αἴσθησιν τῶν παναγάθων σου θελημάτων ἤγαγες· ὅς ἐστι πάντως τὸ τὴν ψυχὴν τιθέναι ὑπὲρ τῆς τῶν πολλῶν σωτηρίας, ὡς ἐκφαντικὸς τῆς περιληπτικῆς πασῶν τῶν θείων ἐντολῶν τελείας ἀγάπης.

Καὶ ὀσμή σου ὑπὲρ πάντα τὰ ἀρώματα.

Τῶν γ' Πατέρων.

Λοιπὸν ἡ ἐκ τῆς τοῦ Χριστοῦ Ἐκκλησίας διὰ βίου τελείου σύτοῦ νυμφευθεῖσα ψυχὴ, καὶ τοῦ διδασκαλικοῦ τυχοῦσα ἀξιώματος, κἀντεῦθεν ἐνάγειν δυναμένη πρὸς τελειότητα τὰς ἀτελεστέρας ψυχὰς, πρὸς ταύτας φησίν· Εἰσήγαγέ με ὁ βασιλεὺς εἰς τὸ ταμεῖον αὐτοῦ· ἤτοι Ἀπεκάλυψέ μοι τὰ περὶ ἑαυτοῦ θεῖά τε καὶ ἀπόκρυφα μυστήρια, ὅπερ καὶ ἐν τῷ μεγάλῳ γέγονε Παύλῳ ἄχρι τρίτου οὐρανοῦ ἀρθέντι, ἤγουν τήν τε ἠθικὴν καὶ φυσικὴν φιλοσοφίαν περάσαντι, καὶ ἄχρι τῆς θεολογικῆς φθάσαντι, καὶ ἀκούσαντι ἄῤῥητα ῥήματα, ἃ οὐκ ἐξὸν ἀνθρώπῳ λαλῆσαι.

Τῶν γ' Πατέρων.

Ἀποκρινόμεναι δὲ πάλιν, ὡς εἴρηται, αἱ ἀναγόμεναι ψυχαὶ πρὸς τὴν ἐνάγουσάν φασιν· Ἐπειδὴ, ὡς αὐτὴ ἔφης, εἰσήγαγέ σε ὁ βασιλεὺς εἰς τὸ ταμεῖον αὐτοῦ, Ἐν ᾧ οἱ ἀπόκρυφοι θησαυροὶ τῆς σοφίας εἰσὶ, καὶ τὸν ταύτης σοι πλοῦτον ὑπέδειξεν, ἀγαλλιασώμεθα καὶ εὐφρανθῶμεν ἐν σοί. Τίνι τρόπῳ ἀγαπήσομεν μαστούς σου; Ὑπὲρ οἶνον, ἤγουν ὑπὲρ τὴν δίκην οἴνου, τῆς ἀληθείας τὸν νοῦν ἐξιστῶσαν, ἐπιφάνειάν τε ὁρατῶν καὶ τὸ τοῦ νόμου γράμμα, ἀγαπήσομεν τὰ παρὰ σοῦ ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ τελούμενα σύμβολα. Δι' ὧν τὴν εἰσαγωγικὴν διδασκαλίαν ὡς γάλα ποτίζεις τοὺς ἐν Χριστῷ νηπίους, καὶ τρέφεις πρὸς θεοσέβειαν. Δι' ἣν αἰτίαν; Ὅτι εὐθύτης ἠγάπησέ σε, ἥτις ἐστὶ Χριστός· αὐτὸς γὰρ εὐθύτης ἐστὶν ὡ-

ἀλήθεια. Ἀγαπήσασα δέ σε τὰ ἑαυτῆς σοι ἀπεκάλυψε μυστήρια. Κἀντεῦθεν ἁπλανῶς ἐνάγεις ἡμᾶς πρὸς τὴν ἀλήθειαν, διὰ τῶν παρὰ σοῦ τελουμένων ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ συμβόλων. Διὸ δὴ ταῦτα ὑπὲρ τὰ ἐξιστῶντα τῆς ἀληθείας, τὸ γράμμα τε καὶ τὴν τῶν ὁρατῶν ἐπιφάνειαν, ἀγαπῆσαι ὑπισχνούμεθα.

A tibi mysteria sua, unde sine errore nos ducis ad veritatem præceptis illis quæ tradis in Ecclesia. Quamobrem ea nos magis quam litteram, rerumque visibilium speciem quæ avocant a veritate, diligere profitemur.

Τῶν γ' Πατέρων.

Ἡ νύμφη οὖν τοῦ Χριστοῦ Ἐκκλησία ἐπειδὴ ἐξ ἐθνῶν καὶ ἐξ Ἰουδαίων συνετέθη, καὶ οἱ μὲν ἐξ ἐθνῶν παντελῶς πρώην ὑπῆρχον ἀφώτιστοι, ὡς μὴ ταῖς τῆς ἀληθείας αὐγαῖς διὰ νόμου καὶ προφητῶν ἐλλαμπόμενοι· οἱ δὲ ἐξ Ἰσραὴλ, ὡς οὕτω, ταύταις ἐναυγαζόμενοι, οὐ πάντη τοῦ καλοῦ ὑπῆρχον ἀμέτοχοι· ἀμφοτέρων λοιπὸν τουτωνὶ τῶν λαῶν τῶν καὶ ταύτης μερῶν τά ποτε ἐκ προαιρέσεως ἴδια παρίστησι, καί φησιν· Μέλαινά εἰμι καὶ καλή, θυγατέρες Ἱερουσαλήμ· καὶ μέλαινα μὲν διὰ τοὺς ἐξ ἐθνῶν, ὡς παντελῶς ἀφωτίστους, καὶ τὸ τῆς εὐσεβείας σκότος περικειμένους· καλὴ δὲ διὰ τοὺς ἐξ Ἰσραὴλ, ὡς διὰ νόμου καὶ προφητῶν τῷ τῆς θεοσεβείας κάλλει προωραϊσθέντας. Αὖθις δὲ ὡς ἐν παραδείγματι τὴν μελανότητα παραδεικνύουσα καὶ τὴν καλλονήν, φάσκει, Ὡς σκηνώματα Κηδάρ, ὡς δέρεις Σολομών. Ἤγουν, μέλαινα μέν εἰμι διὰ τοὺς ἐξ εθνῶν, ὥσπερ οἰκητήρια σκότους· σκοτασμὸς γὰρ τὸ Κηδὰρ ἑρμηνεύεται· καλὴ δὲ διὰ τοὺς ἐξ Ἰσραὴλ, καθάπερ σκηνὴ εἰρηνικοῦ βασιλέως. Ἐπειδήπερ τὴν σκηνὴν μὲν ἡ δέρρις, τὸν δὲ εἰρηνικὸν ὁ Σολομὼν παριστᾷ. Εἰρηνικὸς δὲ πάντως ἐστὶν ὁ βασιλεύων τῶν Ἰσραηλιτῶν νομικὸς καὶ προφητικὸς λόγος, ἢ διὰ τὸ ἀπαιτεῖν τούτους τὴν εἰς τὸν Θεὸν καὶ τὸν πλησίον ἀγάπην. Τὸ δὲ, Θυγατέρες Ἱερουσαλήμ, εἰ καὶ πρὸ τῶν παραδειγμάτων τῆς μελανότητος καὶ τῆς καλλονῆς ἐξεδόθη, ἀλλ' οὖν ὑπέρβατόν ἐστιν ὡς συνηρτημένον κατὰ τὴν ἔννοιαν, τῷ, Μὴ βλέψητέ με, ὅτι ἐγώ εἰμι μεμελανωμένη. Φησὶ γὰρ ταῦτα τὸ ἓν μέρος τῆς Ἐκκλησίας πρὸς τὸ ἕτερον, οἱ ἐξ ἐθνῶν δηλαδὴ πρὸς τοὺς ἐξ Ἰσραήλ. Θυγατέρες γάρ εἰσιν Ἱερουσαλὴμ οἱ ἐξ Ἰσραὴλ πιστεύσαντες, οἳ τοὺς ἐξ ἐθνῶν οὐκ ἐδέχοντο, ὅπερ κατ' ἀρχὰς ἐπὶ τοῖς ἀποστόλοις συμβέβηκε σκανδαλιζομένοις εἰς Πέτρον τὸν κορυφαῖον, ὅτι τὸν Κορνήλιον ἐδέξατο· μέχρις ἂν οὗτοι παρ' αὐτοῦ τὴν ἀποκάλυψιν τῆς ὀθόνης μαθόντες, τοῦ σκανδάλου ἀπηλλάγησαν. Παρορᾶσθαι γὰρ παρὰ τῶν Ἰσραηλιτῶν ἡ ἐξ ἐθνῶν Ἐκκλησία τὴν ἑαυτῆς μελανότητα βουλομένη, καὶ μὴ διὰ ταύτην ἀπ' αὐτῶν διακρίνεσθαι, τὰ εἰρημένα πρὸς τούτους φησὶν, μετὰ δὲ ταῦτα καὶ τὴν αἰτίαν αὐτοῖς ἀπαγγελεῖ δι' ἣν μεμελάνωτο λέγουσα, Ὅτι Παρέβλεψέ με ὁ ἥλιος· ἤγουν, μεμελανωμένη ἐγώ εἰμι, ὅτι παρεβλέψατό με ὁ τῆς δικαιοσύνης Ἥλιος, νέφους περικαλύψαντός με ἀθείας, καὶ ταῖς τῆς θεογνωσίας ἀκτῖσιν οὐκ ἐάσαντός με καταλάμπεσθαι, καθάπερ αὐτοὶ νόμῳ καὶ προφήταις πρὸς θεογνωσίαν παιδαγωγούμενοι.

Trium Patrum.

Quoniam igitur sponsa Christi Ecclesia ex gentibus et Judæis conflata est, ac gentes quidem prius omnino erant obscuræ, quippe quæ veritatis splendore per legem et prophetas non erant illustratæ : Judæi vero utpote his illuminati, haud ita prorsus erant pulchritudinis expertes : idcirco proprias utriusque populi partes innuens ait : ***Nigra sum et formosa, filiæ Jerusalem :*** ac nigra B quidem propter populos ex gentibus congregatos, qui plane erant obscuri, atque impietatis tenebris circumfusi : pulchra autem ob eos qui ex Israel advenerant per legem et prophetas divinæ pietatis pulchritudine decorati. Ac rursum similitudine quadam nigredinem declarans et pulchritudinem, dicit : ***Sicut tabernacula Cedar, sicut pelles Salomonis.*** Nigra sum, inquam, propter electos ex gentibus, ut habitacula tenebrarum : (obscuritatem enim Cedar interpretamur :) pulchra vero, propter eos qui sunt ex Israel, quale tabernaculum est pacifici regis. Nam tabernaculum, pellis : pacificum vero significat Salomon. Pacificus autem plane est legis et prophetarum sermo, qui regit Israelitas, quia requirit ab eis in Deum et C proximum dilectionem. Porro illud : ***Filiæ Jerusalem;*** licet ante nigredinis et pulchritudinis exempla dictum sit, tamen superlatio est, et solum ad illa verba : ***Ne aspiciatis me, quod nigra sim :*** secundum intelligentiam referendum. Hæc enim verba una Ecclesiæ pars dicit ad alteram : ea nimirum quæ ex gentibus constat, ad illam quæ ex Israel. Nam filiæ Jerusalem accipiuntur pro iis qui ex Israel crediderunt, qui gentes non admittebant : quod quidem initio contigit inter apostolos, qui adversus Petrum principem scandalizati sunt, quod Cornelium suscepisset, donec ab ipso Petro lintei declarationem intelligentes, a scandalo destiterunt. Despici enim se ab Israelitis collecta ex gentibus Ecclesia propter nigredinem volens, et non ob illam, ab ipsis separari, D ad illos, ea quæ dicta sunt, loquitur. Deinde causam exponit quamobrem evaserit nigra : ***Me sol,*** inquiens, ***despexit.*** Nigrefacta sum utique, quoniam despexit me Sol justitiæ, impietatis tenebris me contegentibus, ut divinæ cognitionis radiis illustrarer, quemadmodum Israelitæ per legem et prophetas, ad Dei cogitationem sunt instituti.

Τοῦ ὑπερτίμου Ψελλοῦ.

Φησὶν ἡ νύμφη παρευθὺς πρὸς τοὺς ἀγγέλους τάδε, Οὓς θυγατέρας τῆς Σιὼν ἐκάλεσεν ὁ λόγος.
Μέλαινά εἰμι καὶ καλὴ, θυγατέρες Ἱερουσαλήμ,

Præclari Pselli.

Hæc statim ad angelos sponsa loquitur, qui per filiæ Sion intelliguntur : ***Nigra sum et pulchra, filiæ Jerusalem, sicut tabernacula Cedar, sicut pelles***

Salomonis. His verbis angelos sponsa primum alloquitur. Oportet enim ipsa verba sponsæ præponere, et neutiquam implicare versibus, et commutare. Audite vocem meam, inquit, o filiæ illius supernæ Jerusalem maxime venerabilis : pariter ego sane pulchra, et nigra sum. Nigra quidem, ut Cedar tabernaculum, apparens, nempe ex transgressione præcepti illius primi. Cedar enim obscurus tenebrosusque dicitur. Pulchra nunc rursus exsisto per pœnitentiam cum Christo summe pacifico mortificata. Pacificus enim quisque merito dicitur Salomon. Tu vero ne mireris, quod sponsa pariter se et nigram et pulchram nuncupet. Omnis enim anima quæ proficit in virtutis studio, sic ad lucem ex tenebris progreditur, ut non repente tota illustris et pura fiat; sed quo propius ad virtutem accedit, eo longius recedat a fraudis obscuritate, atque ita splendidior et clarior evadat. Deinde filias ipsas sponsa alloquitur ad hunc modum : *Nolite aspicere me, quod ego sim denigrata, quia despexit me sol.* Ne, inquit, existimetis, me ita fuscam et obscuram et nigram fuisse procreatam. Tota enim lucida a Creatore meo formata sum. Sed ardens sol, tentationum æstus me vehementer excussit ac denigravit. Deinde quo modo a justitiæ Sole despecta sit, explicat.

A Ὡς σκηνώματα Κηδὰρ, ὡς δέῤῥεις Σολομών.
Ταῦθ' ὁμιλεῖ τὸ πρώτιστον ἡ νύμφη τοῖς ἀγγέλοις.
Χρὴ γὰρ αὐτὰ τὰ ῥήματα τῆς νύμφης προτιθέναι,
Καὶ μηδαμῶς στιχοπλοκεῖν ταῦτα καὶ μεταλλάττειν.
Ἀκούσατέ μού τῆς φωνῆς, φησὶν, ὦ θυγατέρες
Τῆς ἄνω Ἱερουσαλὴμ τῆς σεβασμιωτάτης.
Ὁμοῦ γὰρ ἔγωγε καλὴ καὶ μέλαινα τυγχάνω.
Μέλαινα μὲν ὡς τοῦ Κηδὰρ σκήνωμα προφανεῖσα,
Φημὶ δ' ἐκ παραβάσεως τῆς ἐντολῆς τῆς πρώτης
(Ὁ γὰρ Κηδὰρ ὁ ζοφερὸς λέγεται καὶ σκοτώδης) ·
Καλὴ δὲ πάλιν πέφυκα νυνὶ τῇ μετανοίᾳ,
Συννεκρωθεῖσα Χριστῷ τῷ εἰρηνικωτάτῳ,
Εἰρηνικὸς γὰρ λέγεται πᾶς Σολομὼν ἀξίως,
Σὺ δὲ μηδ' ὅλως ἐκπλαγῇς ἅπερ ἡ νύμφη λέγει,
Ὡς, Ἐν ταυτῷ καὶ μέλαινα καὶ καλὴ νῦν τυγχάνω.
Πᾶσα γὰρ μέλλουσα ψυχὴ πρὸς ἀρετὰς προκόπτειν,
B Καὶ πρὸς τὸ φῶς ἀνάγεσθαι, καὶ φεύγειν ἐκ τοῦ σκό-
[τους,
Οὐ παρευθὺς ὁλόφωτος καὶ καθαρὰ τυγχάνει.
Ἀλλ' ὅσον πρὸς τὴν ἀρετὴν προκόπτει μετὰ πόνου,
Τοσοῦτον ἀπαλλάττεται τοῦ σκότους ἀπάτης,
Καὶ λαμπροτέρα γίνεται πάντως καὶ φαιδροτέρα.
Εἶτά φησι πρὸς τὰς αὐτὰς ἡ νύμφη θυγατέρας ·
Μὴ βλέψετέ με, ὅτι ἐγώ εἰμι μεμαλανωμένη,
Ὅτι παρέβλεψέ με ὁ ἥλιος.
Μὴ γοῦν νομίσητε, φησὶν, οὕτως ἐμὲ πλασθῆναι,
Ζοφερὰν καὶ σκοτεινὴν καὶ μεμελανωμένην.
Ἐπλάσθην γὰρ ὁλόφωτος παρὰ τοῦ πλαστουργοῦ μου.
Ἀλλ' ὁ φλογώδης ἥλιος, τῶν πειρασμῶν ἡ ζέσις,
Δεινῶς με παρεβλέψατο καὶ μεμελάνωκέ με.
Εἶτα καὶ τὸν τρόπον καθ' ὃν παρορᾴθη ὑπὸ τοῦ τῆς
C δικαιοσύνης Ἡλίου φησίν.

Filii matris meæ pugnaverunt in me.

A matre igitur, ut rerum est omnium causa, sapientia cum defecissent, eorum quæ sunt rationes ad eam me non reduxerunt : visibilium enim aspectu decepta sum : sed dum mihi videntur contrariæ, me in opiniones innumerabiles distraxerunt. Atque hoc quidem pacto *me custodem in vineis constituerunt*, ut in ipsis perstans opinionibus, ab ea et a veritate penitus dissiderem. Quæ quidem mihi propterea contigere, quia *vineam meam non custodivi*, qui est ille qui dixit : *Ego sum vitis et vos palmites*[a], unigenitus Dei Filius et Verbum, cujus ad imaginem facta natura humana, simul quæ in universo sunt omnes obtinuit rationes, quippe mistas in se quodammodo creaturas universas continet et comprehendit. Vero cum unam propriæ naturæ rationem non servasset, sed in varias distracta opiniones, deos multiplices coleret, propriam vineam non custodivit. Neque enim recta per mundum veluti per imaginem ad ejus archetypum respexit : hoc est ex rebus procreatis ad earum contendit auctorem.

Υἱοὶ μητρός μου ἐμαχέσαντο ἐν ἐμοί.

Ἦγουν, Οἱ ἀποταχθέντες τῇ μητρὶ τῶν ὅλων ὡς αἰτίᾳ σοφίας τῶν ὄντων, οὐ πρὸς ταύτην με ἀνήγαγον, ἐπείπερ ἠπατήθην διὰ τῆς ἐπιφανείας τῶν ὁρατῶν, ἀλλ' ἐναντιοφανεῖς μοι δόξαντες εἰς μυρίας δόξας κατέτεμον. Κἀντεῦθεν, Ἔθεντό με φυλάκισσαν ἐν ἀμπελῶσι · ταῖς εἰρημέναις δόξαις ἐμμένειν, καὶ πρὸς ἑαυτὴν καὶ τὴν ἀλήθειαν ἀσύμβατον μένειν παρασκευάσαντες. Ταῦτα δέ μοι ἐπισυνέβησαν, ἐπειδὴ ἀμπελῶνα ἐμὸν οὐκ ἐφύλαξα, ὅς ἐστιν ὁ εἰρηκὼς, ὅτι Ἐγώ εἰμι ἡ ἄμπελος, ὑμεῖς τὰ κλήματα, ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ Υἱὸς καὶ Λόγος, οὗ κατ' εἰκόνα κτισθεῖσα ἡ ἀνθρωπεία φύσις, ἐνοειδῶς τοὺς ἐν τῷ παντὶ ἔσχε λόγους ὡς μίγμα πάσης D κτήσεως · μὴ τηρήσασα δὲ τὸν ἕνα λόγον τῆς ἰδίας φύσεως, ἀλλ' εἰς πολλὰς δόξας κατατμηθεῖσα, καὶ πολυθείᾳ δουλεύσασα, τὸν ἴδιον ἀμπελῶνα οὐκ ἐφύλαξεν · οὐδὲ γὰρ ἰθυτενῶς διὰ τοῦ παντὸς ὡς δι' εἰκόνος ἐώρα πρὸς τὸ ἀρχέτυπον, ἤγουν, διὰ τῶν αἰτιατῶν πρὸς το αἴτιον.

Filii matris meæ pugnaverunt in me.

Me enim oppugnaverunt, inquit sponsa, ac defectricem reddiderunt dæmones desertores. Hos

Υἱοὶ μητρός μου ἐμαχέσαντο ἐν ἐμοί.

Ἐμὲ γὰρ ἐπολέμησαν, φησὶν ἡ νύμφη πάλιν, καὶ παραβάτην ἔδειξαν δαίμονες ἀποστάται. Τούτους

[a] Joan. xv, 4.

γὰρ εἴρηκεν, υἱοὺς μητρὸς αὐτῆς τυγχάνειν, ὡς δὴ καὶ τούτους ἐκ Θεοῦ κτισθέντας μετὰ πάντων. Ἐπείπερ ὅσα κτίσματα τυγχάνομεν ἐν βίῳ, κἂν ἄγγελοι, κἂν ἄνθρωποι, κἂν δαίμονες, κἂν λίθοι, ὡς ἀδελφοὶ τυγχάνομεν εἰς λόγους πλαστουργίας· σύμπαντες γὰρ ἐπλάσθημεν ἐκ Θεοῦ παντεργάτου· Εἶτα καὶ λέγει πρὸς αὐτὰς τὸν τρόπον τοῦ πολέμου. Ἔθεντό με φυλάκισσαν ἐν ἀμπελῶνι· ἀμπελῶνα ἐμὸν οὐκ ἐφύλαξα. Ἐν παραδείσῳ γὰρ, φησὶ, πλασθεῖσα, καὶ τεθεῖσα, ὥστε φυλάσσειν ἐντολὴν τοῦ μὴ φαγεῖν ἀκαίρως, τὸν νόμον οὐκ ἐφύλαξα, τὴν ἐντολὴν παρέβην. Καὶ ταύτα μὲν ὠδύρετο πρὸς τοὺς ἀγγέλους δῆθεν.

A enim matris suæ filios dicit, quippe qui cum reliquis rebus a Deo sint procreati. Quandoquidem omnes quæ sumus in mundo, creaturæ, sive angeli, sive homines, sive dæmones, sive lapides, ratione creationis tanquam fratres sumus; omnes enim rerum omnium opifex Deus fecit et condidit. Deinde belli rationem declarat his verbis : *Posuerunt me custodem in vineis : vineam meam non custodivi.* In paradiso inquit, formata et collocata, ut observarem mandatum illud, ne comederem intempestive, legem non custodivi, mandato non obtemperavi. Et hæc quidem cum angelis ita conquerebatur.

Τῶν γ' Πατέρων.

Λοιπὸν ὁ αὐτὸς ἐμὸς ἀμπελὼν οὗ με πρότερον διέστηκεν ἡ πολύθεος πλάνη, καὶ εἰς ὃν νῦν ἐφυτεύθην τῇ πίστει. Ἀπάγγειλον μοι, ὃν ἠγάπησεν ἡ ψυχὴ μου, ἐν τῷ τὴν ἐπιφάνειαν τῶν αἰσθητῶν ὑπερκύψαι, καὶ εἰς τοὺς λόγους τῶν νοητῶν παρακύψει, οἳ καλῶς θεωρούμενοι πρὸς τὴν ἀλήθειαν φέρουσι. ποῦ ποιμαίνεις ἐκτρέφων κατ' ἀρετὴν καὶ ποτίζων κατὰ γνῶσιν ὕδωρ ζῶν ἐκ τῆς ἀενάου πηγῆς τὰ λογικὰ πρόβατα· καὶ γὰρ οὐ μόνον ἡ ἄμπελος, ἀλλὰ καὶ ὁ καλὸς ποιμὴν, ὁ τιθεὶς τὴν ψυχὴν ὑπὲρ τῶν προβάτων, αὐτὸς εἶ, καθὼς ἐν Εὐαγγελίοις ἔφης· καὶ ποῦ ποιτάζεις ἐν μεσημβρίᾳ, τοῦ πολλοῦ καμάτου ἀναπαύων ἐν τῷ ἀσκίῳ πάσης ψευδοῦς ὑπολήψεως φωτὶ τῆς ἐπιγνώσεώς σου, τοῦ τῆς δικαιοσύνης Ἡλίου, τοὺς ἀποπλανηθέντας τῆς ὁδοῦ τῆς ἀληθείας, καὶ εἰς κρημνοὺς καὶ βάραθρα, τὰς ἐναντίας φημὶ δόξας, κατασυρέντας. Εἶτα θέλουσα τὴν αἰτίαν ἀναδιδάξαι, δι' ἣν ζητεῖ μαθεῖν τὸν τόπον ἐν ᾧ ποιμαίνει τε καὶ κοιτάζει, ὡς εἴρηται, ὁ καλὸς ποιμὴν, φησί· Μή ποτε γένωμαι ὡς περιβαλλομένη ἐπ' ἀγέλαις ἑταίρων σου, ἤγουν, Μήποτε ἐν τῷ τῆς σῆς διδασκαλίας ἀμοιρῆσαι, γένωμαι ὡς ψεῦδος ἐνδεδυμένη ἐπ' ἀλλοτρίαις τοῦ σοῦ ποιμνίου ἀγέλαις, τῆς ἀγνοίας τῆς ἀληθείας συναγελασάσης με.

Trium Patrum.

Jam vinea mea, a qua me divulsit, multiplex deorum cultus, et in qua rursus insita sum per fidem, *Nuntia mihi quem amore complexa est anima mea* dum ex rerum quæ sensu percipiuntur, aspectu, ad earumquæ mente et cogitatione recte comprehensæ ad veritatem ducunt, intelligentiam tollitur; ubi pascas virtutis cibum ovibus ratione præditis suggerens, et aquæ vivæ potum ex perenni fonte præbens. Tu enim (quemadmodum in Evangeliis profiteris) non solum vitis es, sed etiam bonus ille pastor[5], qui ponis animam tuam pro ovibus tuis. Ubinam pascis in meridie, dum omni falsitatis umbra discussa, tu qui es justitiæ Sol, oves de veritatis via declinantes, præcipitesque in opinionum perniciosarum barathrum ruentes, cognitionis tuæ luce perfundis, et a labore nimio recreas? Tum, ut causam doceat, quamobrem percontetur, quo in loco pascat, et cubet, ut dictum est, bonus pastor : *Ne quando*, inquit, *veluti circumventa deprehendar inter greges sodalium tuorum*, hoc est. Ne quando procul a doctrina tua remota, mendaciis circumscribar inter greges ab ovili sejunctos tuo, veritatis inscitia me ad illos aggreganto.

Τοῦ Ψελλοῦ.

Ἡ νύμφη γοῦν, προκόψασα μικρὸν ἐν μετανοίᾳ, φωνεῖ μεγάλα, καὶ ζητεῖ τὸν Λόγον καὶ νυμφίον. Φησὶ γὰρ οὕτω πρὸς αὐτὸν, ὥσπερ ἐρῶσα τοῦτον· Ἀπάγγειλόν μοι ὃν ἠγάπησεν ἡ ψυχή μου, ποῦ ποιμαίνεις, ποῦ κοιτάζεις ἐν μεσημβρίᾳ; Φησίν· Ἔν τάχει λέγε μοι, ποῦ ποιμαίνεις, ποῦ κοιτάζεις, ὁ Λόγος ὃν ἠγάπησα ψυχῆς αὐτῆς ἐκ μέσης. Ἐν μεσημβρίᾳ μή ποτε κοιτάζεις, ὦ νυμφίε; Πέπεισμαι γὰρ καθαρῶς ἐν μεσημβρίᾳ μένειν, ἤγουν εἰς φῶς ἀπρόσιτον μηδ' ὅλως σκιὰν ἔχον. Ἔνθα τὰ πρόβατα τὰ σὰ ποιμαίνεις, Θεοῦ Λόγε, καὶ κατατάττεις ἀληθῶς φωτὶ τοῦ σοῦ προσώπου ἂν ἐν ἐκείνῳ φθάσωσιν ταῦτά σοι καθυπνοῦντι. Εἶτα τὴν πλάνην τρέμουσα τῆς πρὸς ἐκεῖνον τρίβου, φησὶ τοῦτο πρὸς αὐτὸν, τουτέστι τὸν νυμφίον· Μή ποτε γένωμαι ὡς περιπλανωμένη ἐπ' ἀγέλαις ἑταίρων σου. Τὴν τῶν προβάτων σου νομὴν, φησὶν, ἀπάγγειλον μοι. Δέδοικα

Pselli.

Sponsa igitur, cum paulum in pœnitentia progressa sit, magna loquitur, et Verbum ac Sponsum quærit. Sic enim ipsum, tanquam amore in eum incitata, compellat : *Indica mihi, quem dilexit anima mea, ubi pascas, ubi cubes in meridie.* Actutum die, inquit, mihi, ubi pascis, ubi cubas, Verbum, quod ex intima anima dilexi mea. Numquid in meridie quiescis, sponse mi? Persuasum enim habeo, te puriter meridiari, in luce nimirum inaccessa, ab omni prorsus umbra remota. Ubi oves tuas pascis, Dei Verbum, ac vere illustras lumine personæ tuæ, si in illo ad te quiescentem accesserint. Postea pertimescens, ne aberret a semita quæ ad sponsum ducit, hæc item ad illum verba pronuntiat : *Ne quando oberrans in sodalium tuorum greges incurram*, ovium tuarum pascuum demonstra mihi. Vereor enim, ne cursus errore provecta

[5] Joan. xi, 14.

præter spem in greges et pascua forsitan hædorum ferar; atque ita lengius divellar ab ovibus tuis, et sinistras hædorum partes obtineam, cum tanquam humani generis judex sederis. Hæc anima pudica et Christo desponsata ad Sponsum locuta est, commori celeriter cum ipso cupiens. Tu autem mihi sponsam cogita, ut in argumento, castam animam illam, cum magno Paulo ad tertium cœlum, arcana ratione sublatam, supernæ Jerusalem, id est angelos. Sed videamus, quid dicant etiam amici sponsi, quos initio diximus esse filias : et quomodo sponsi cubile demonstrent. His enim verbis puram virginem alloquuntur :

A γὰρ μὴ πλανηθῷ δραμοῦσα παρ' ἐλπίδα πρὸς τὰς ἀγέλας καὶ νομὰς ἴσως τὰς τῶν ἐρίφων· κἀντεῦθεν ἐλαθήσωμαι μακρὰν τῶν σῶν προβάτων, καὶ τῶν ἐρίφων κερδανῶ τὰς εὐωνύμους μοίρας, ὅταν καθίσῃς ὡς κριτὴς τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων. Ταῦτα μὲν οὖν ἐφθέγξατο πάντως πρὸς τὸν νυμφίον ἡ παρθενεύουσα ψυχὴ καὶ νυμφοστολισθεῖσα, καὶ βουλομένη τῷ Χριστῷ τάχα συννεκρωθῆναι. Σὺ δέ μοι νύμφην νόησον ὥσπερ ἐν ὑποθέσει τὴν παρθενεύουσαν ψυχὴν, τὴν τοῦ μεγάλου Παύλου τοῦ πρὸς τοὺς τρίτους οὐρανοὺς ἁρθέντος ἀποῤῥήτως τῆς ἄνω Ἱερουσαλὴμ, τουτέστι τοὺς ἀγγέλους. Ἀλλ' ἴδωμεν καὶ τί φασιν οἱ φίλοι τοῦ νυμφίου, καὶ πῶς διδάσκουσιν αὐτὴν τὴν κοίτην τοῦ νυμφίου, οὗς κατ' ἀρχὰς εἰρήκαμεν τοῦ Λόγου θυγατέρας. Φασὶ γὰρ οὕτω πρὸς αὐτὴν τὴν καθαρὰν παρθένον.

Si ignoras te ipsam, o pulchra inter mulieres, egredere tu in vestigiis gregum tuorum, et pasce hædos tuos in tabernaculis pastorum.

B Ἐὰν μὴ γνῶς σεαυτὴν, ἡ καλὴ ἐν γυναιξὶν, ἔξελθε τὸ ἐν πτέρναις τῶν ποιμνίων σου, καὶ ποίμαινε τοὺς ἐρίφους σου ἐπὶ σκηνώμασι τῶν ποιμένων.

O casta, inquiunt, anima ac veneranda, si ad ovium greges cupis pervenire, nosce te ipsam, qualis facta sis, cum antea nihil omnino fueris, quomodo Domini imagine sis decorata. Omnem mundi fraudem declina, et vestigia gregum sic explora, ut quæ ad viam amplam latamque ducunt, despicias atque oderis : sunt enim hædorum. Quæ vero ad callem angustum atque asperum tendunt, diligas et complectaris : ovium enim sunt. Proinde cave, ne hædorum vestigiis decipiare.

Ὦ παρθενεύουσα ψυχὴ, φασὶ, καὶ σεβασμία, εἴπερ ποθεῖς καταλαβεῖν ἀγέλας τῶν προβάτων, γνῶθι σαυτὴν τίς πέφυκας, τὸ πρὶν οὐδ' ὅλως οὖσα, καὶ πῶς εἰκὼν τετίμησαι τυγχάνειν τοῦ Δεσπότου, καὶ πάσης μετανάστευσον τῆς κοσμικῆς ἀπάτης, καὶ δεῦρο κατασκόπευσον ἴχνη τὰ τῶν ποιμένων, καὶ τὰ μὲν ὄντα πρὸς ὁδὸν μεγάλην καὶ πλατεῖαν, βδελύχθητι καὶ μίσησον· εἰσὶ γὰρ τῶν ἐρίφων· τὰ δὲ πρὸς τρίβον κείμενα στενὴν καὶ τεθλιμμένην ἀγάπησον καὶ κράτησον· εἰσὶ γὰρ τῶν προβάτων. χρόσεχε οὖν μὴ πλανηθῇς ἐν πτέρναις τῶν ἐρίφων.

Ex tribus Patribus.

Τῶν γ' Πατέρων.

C Ἀποκρινόμενος οὖν πρὸς ταύτην, τὴν ἐξ ἐθνῶν δηλαδὴ Ἐκκλησίαν, ὁ καλὸς ποιμὴν καὶ νυμφίος αὐτῆς, φησίν· Εἰ μὴ ἔγνως σεαυτὴν· τοι, Ἐὰν ἀγνοῇς σεαυτὴν ἐν ᾗ ἀπερίγραπτος περιγράφομαι, καὶ ὁρῶμαι ὡς ἐν εἰκόνι ἀρχέτυπον, καὶ τὰς ἀλόγους αἰσθήσεις σὰυ ῥυθμίζω, καὶ διά τε τῶν ἀπειλῶν ὡς διὰ ῥάβδων, καὶ τῶν ἐπαγγελιῶν ὡς σύριγγος πρὸς τὰς αἰωνίους σε ἄγω μάνδρας· ἐν αἷς σε ἀναπαύσω ἐν τῇ δευτέρᾳ μου παρουσίᾳ· ὅταν οὐδ' ὑπό τινος συσκιάζῃ πάθους διὰ τὸ ἄφθαρτόν τε καὶ ἀναμάρτητον. Ἡ καλὴ ἐν γυναιξίν· Ἡ ὡραία διὰ τὴν εἰς μὲ πίστιν τε καὶ ἀγάπην, ἐν παντὶ ἔθνει ἀπιστίαν νοσοῦντι καὶ ταῖς τῆς σαρκὸς ἡδοναῖς ἐκθηλυνομένῳ· ἔξελθε σύ· ἤγουν, ἐπειδὴ σὺ μὴ ἔγνως τὸ περὶ σὲ μυστήριον νοερῶς, ἔξελθε ἀπὸ τῆς κατὰ D νοῦν ἐνδότητος πρὸς τὴν αἴσθησιν, σὺ ἡ λογικὴ πάντως. Εἰ γὰρ ποῦ ποιμαίνω βούλει ὅλως μαθεῖν, οὐδὲν τῇ τοιᾷδε ἐξελεύσει δεῖσε πρὸς ἀλογίαν τραπῆναι. Ἔξελθε δὲ ἐν πτέρναις τῶν ποιμνίων, ἤτοι ἐν ταῖς κατ' ἐνέργειαν βάσεσι τῶν διαφόρων φύσεων· δι' ὧν ἑκάστην τούτων ἀνιχνεύων ὁ λόγος ὁρίζεται. Ποίμνια δ' αἱ τῶν ὄντων εἴρηται φύσεις, διὰ τὸ ἀξιοῦσθαι καὶ τὰ ὑφ' ἑκάστην τούτων μερικὰ προνοίας, ὡς παρὰ ποιμένος τοῦ τῶν ὅλων προνοητοῦ καὶ Θεοῦ. Καὶ ποίμαινε τοὺς ἐρίφους σου· τὰ πάθη πάντως, ὡς τῆς ἀριστερᾶς μοίρας ὑπάρχοντα. Ἐπὶ σκηνώμασιν τῶν ποιμνίων· ἐπὶ ταῖς ἕξεσι δηλαδὴ τῶν φύσεων· ὡς μεταβάλλουσα προαιρετικῶς,

Εἰ βούλῃ. κατασκεύασον στεφάνους ἐξ ἀνθέων. Ἡ τῶν ἀνθρώπων φύσις γὰρ ἦν γῆν ὁ λόγος εἶπεν, Εἰδώλοις ὑποκλίνασα καὶ πλάνῃ τὸν αὐχένα, Εἶδος οὐκ εἶχεν ἀρετῶν (τοῦτο γὰρ ἄνθος νόει), Τῷ δριμυτάτῳ καὶ σφοδρῷ χειμῶνι τῷ τῆς πλάνης Κρυσταλλωθεῖσα καὶ σχεδὸν ἐναπολυθεῖσα. Τίς γὰρ ἠλπίσατό ποτε τῆς πλάνης σκοτιζούσης, Τηρεῖν ἐξομολίγησιν, φυλάττειν σωφροσύνην, Ἐγκράτειαν ἀσπάζεσθαι, φιλεῖν δικαιοσύνην Ἀλλ' ἤδη πάντως ἤνθηκεν ἡ γῆ. Λοιπὸν ἀνάστα, Καὶ σπούδασον ἐξ ἀρετῶν στεφάνους σοι πλακῆναι. Καὶ μάρτυς ἀπαράγραπτος ὑπάρχει τῶν ἀνθέων Ὁ πρόδρομος τῆς χάριτος, λέγων· Μετανοεῖτε· Ὅστις πολλοὺς ἐβάπτισε τοῦ γένους τῶν Ἑβραίων, Ἰδὼν αὐτοὺς ἀνθήσαντας ἐν ἐξομολογήσει. Τούτου γὰρ χάριν εἴρηκεν ὁ λόγος τῶν Ἀσμάτων·

Φωνὴ τῆς τρυγόνος ἠκούσθη ἐν τῇ γῇ ἡμῶν. Φωνὴ βοῶντος πέφυκεν ὁ πρόδρομος γὰρ οὗτος, Στρουθῷ, τρυγόνι, δεξιῷ παρεικασθεὶς τῷ λόγῳ. Ἡ συκῆ ἐξήνεγκε τοὺς ὀλύνθους αὐτῆς. Αἱ ἄρπελοι κυπρίζουσιν, ἔδωκαν ὀσμήν. Τοῦτο ταυτόν τι πεφυκε τάχα τοῖς προρρηθεῖσι. Συκῆν γὰρ αὖθις νόησον τὴν φύσιν τῶν ἀνθρώπων, Ὀλύνθους δὲ τῶν ἀρετῶν τὰς ὑποδεεστέρας. Ἀμπέλους πάλιν γίνωσκε, δέσποτα, κυπριζούσας, Ψυχὰς προκόπτειν εἰς καλὸν ἐναρξαμένας ἤδη.

Ἀνάστα, ἐλθὲ, ἡ πλησίον μου, καλή μου, περιστερά μου.

Τῶν γ' Πατέρων.

Οὕτω τοίνυν ἡ διδάσκαλος ψυχὴ ἀπασχολήσασα ἑαυτὴν τῇ δισδασκαλίᾳ τῶν μαθητευομένων, λοιπὸν ἅπερ αὐτὴ μανθάνει παρὰ τοῦ νυμφίου φησίν· Ἀποκρίνεται ὁ ἀδελφιδός μου· ἤτοι, ἐμοῦ πρὸς τὰς μαθητευομένας ποιουμένης τὸν λόγον, ἀποκρίνεται ὁ ἀγαπητός μου, καὶ λέγει μοι· Ἀνάστα, ἐλθὲ, ἡ πλησίον μου. Δηλαδὴ ἀνάνευσον ἀπὸ τοῦ διδάσκειν τὰ παρ' ἐμοῦ διά τε τοῦ φυσικοῦ καὶ τοῦ γραπτοῦ νόμου προδιδαχθέντα σοι περὶ ἐμοῦ μυστήρια. Κἀκ τούτων ἐγερθεῖσα, ἐλθὲ πάλιν εἰς τὸ διδάσκεσθαι διὰ τοῦ πνευματικοῦ νόμου τὰ ἔτι τούτων ὑπερκείμενα, ἡ διὰ τολειότητα ἐγγύς μου. Οὐ περιγραφήσομαι γάρ ποτέ τισι μετουσίαις ἢ τέρμασι, κατ' οὐσίαν ὑπάρχων ἄπειρος καὶ ἀόριστος. Καὶ διὰ τοῦτο δίον σε τοῖς ἔμπροσθεν διηνεκῶς ἐπεκτείνεσθαι. Καλή μου, περιστερά μου. Καλή μου μὲν ὡς κεκαθαρμένη καὶ

[31] Matth. III, 2.

ὡραϊσμένη τῇ πράξει τῶν ἐντολῶν· περιστερά μου δὲ ὡς πεφωτισμένη τοῖς τοῦ παναγίου Πνεύματος χαρίσμασιν. Ἀνάστα δὲ, φησὶ, καὶ ἐλθέ· ὅτι ἰδοὺ ὁ χειμὼν παρῆλθεν, Ἤγουν, διὰ τοῦτό σοι ἐγκελεύομαι ἐγείρεσθαι ἀεὶ ἀπὸ ὑψηλῶν θεωρημάτων εἰς ὑψηλότερα, πρὸς μετουσίαν τοῦ ὑπερκειμένου κάλλους σε ἐφελκόμενος, ὅτι τὰ χειμαζόμενα πάθη τὴν ψυχὴν, καὶ πρὸς τὴν πνευματικὴν πορείαν κωλύοντα, γεγόνασιν ἐκποδών. Ὁ δετὸς ἀπῆλθεν, ἐπορεύθη ἑαυτῷ. Δηλονότι ἡ σφοδρὰ κατ-αιγὶς τῶν αἱρέσεων, ὑφ' ἧς καὶ ἀπησχόλησαι μὴ παρασυρῆναι, ἀπέστη τῇ ὑφ' ἑαυτῶν διαλλήλῳ φθορεῖσα φθορᾷ. Τὰ ἄνθη ὤφθη ἐν τῇ γῇ. Αἱ ἀρεταὶ πάντως, αἵ δίνην πολυειδῶν τε καὶ εὐειδῶν ἀνθέων τὴν ψυχὴν ὡραΐζουσιν, ἀνέθηλαν ἐν σαρκὶ κατ' ἐνέργειαν· ταῦτα δὲ γεγόνασιν, ἐπειδήπερ καιρὸς τῆς τομῆς ἔφθακεν, ὃς τῆς τοῦ Χριστοῦ ἐν σαρκὶ ἐπιδημίας ἐστί. Φησὶ γὰρ ἐν Εὐαγγελίοις αὐτός· Οὐκ ἦλθον βαλεῖν εἰρήνην, ἀλλὰ μάχαιραν. Ἦλθον γὰρ διχάσαι ἄνθρωπον κατὰ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, καὶ θυγατέρα κατὰ τῆς μητρὸς αὐτῆς, καὶ νύμφην κατὰ τῆς πενθερᾶς αὐτῆς. Τέμνονται γὰρ διὰ πίστιν καὶ ἀρετὴν οὗτοι οἱ καινοὶ τῷ καινοποιῷ Πνεύματι, ἀπὸ τῶν πεπαλαιωμένων τῇ ἀπιστίᾳ καὶ τῇ κακίᾳ. Ὅθεν καὶ τῆς ἑαυτοῦ ἐν σαρκὶ ἐπιδημίας ἐπάγων τὴν μαρτυρίαν, φησί· Φωνὴ τῆς τρυγόνος ἠκούσθη ἐν τῇ γῇ ἡμῶν. Τρυγόνα γὰρ καλεῖ τὸν τῆς ἑαυτοῦ παρουσίας προφήτην καὶ πρόδρομον, ὡς ἐρημικόν τε καὶ σώφρονα. Οὗ ἡ φωνὴ τὸ τῆς μετανοίας ἐστὶ κήρυγμα, ὅπερ ἔν τισι τῶν σαρκικῶν καὶ φρονούντων τὰ γήϊνα ἠκούσθη, ὡς πεισθεῖσι τῷ κηρύγματι τούτῳ, καὶ μετανοίας βαπτισθεῖσι βάπτισμα. Διὸ καί φησιν. Ἡ συκῆ ἐξήνθησεν ὀλυνθους αὐτῆς. Συκῆν γὰρ τὴν μετὰ ταῦτα δι' ἀκαρπίαν καθηραμένην παρὰ Χριστοῦ συναγωγὴν λέγει τῶν Ἰουδαίων· ἥτις δίκην ὀλύνθων προανισχόντων τοῦ τελείου καρποῦ, καὶ ταχέως πιπτόντων, τοὺς τὸ τοῦ Ἰωάννου βάπτισμα βαπτισθέντας ἀνέθηλεν. Οὗτοι μὲν γὰρ τὸν καρπὸν προεδείκνυον, προτυποῦντες διὰ τοῦ ἐν ὕδατι μόνῳ βαπτίσματος τὸ ἐν ἁγίῳ Πνεύματι καὶ πυρὶ βάπτισμα. Αὐτοὶ δὲ εἰς τοῦτο οὐκ ἔφθασαν, ἀλλ' ὡς τῇ περὶ Χριστοῦ μαρτυρίᾳ τοῦ Ἰωάννου μὴ πιστεύσαντες τῆς εἰς αὐτὸν Χριστὸν ἐξέπεσον πίστεως. Αἱ ἄμπελοι ἡμῶν κυπρίζουσιν, ἔδωκαν ὀσμήν. Ἀμπέλους καλεῖ τάς ἐν τοῖς ἔθνεσι φυτευθείσας τῷ κηρύγματι τοῦ Χριστοῦ ἐκκλησίας τῶν πιστευσάντων αὐτῷ· ὧν ἐκκλησιῶν ἄνθη προδεικτικὰ τοῦ κατ' ἀρετὴν καρπίμου αὐτῶν, οἱ προσενεγκόντες Χριστῷ δῶρα ἐξ Ἀνατολῶν μάγοι, οἱ προσαγαγόντες αὐτῷ ὡς βασιλεῖ καὶ θεῷ, καὶ δι' ἡμᾶς νεκρῷ, χρυσὸν, καὶ λίβανον, καὶ σμύρναν, παρέχοντες τοῖς ὑπὸ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐνεργουμένοις τὸ τῆς γνώσεως χάρισμα, εὐώδη ὀσμὴν τῆς εἰς αὐτὸν Χριστὸν, πίστεως τῶν ἐθνῶν. Διὰ ταῦτα γοῦν φησιν· Ἀνάστα, ἐλθὲ, ἡ πλησίον μου, καλή μου, περιστερά μου. Δηλαδὴ ἔγειρε ἀπὸ τοῦ διδάσκειν διὰ τῶν ἔν τε τῇ φύσει καὶ τῷ γράμματι τύπων καὶ

A mundata es et decorata : columba vero, quatenus illustrata es donis Spiritus sancti. *Surge* autem, inquit, *et veni : quoniam ecce hiems transiit.* Quare trahens te ad summæ pulchritudinis communionem, præcipio tibi ut surgas, et a sublimibus contenplationibus ad sublimiores exciteris : quandoquidem perturbationes, quæ tanquam hiemis tempestates animam affligunt et ab itinere prohibent spiritali, sublatæ sunt. *Imber abiit, recessit sibi.* Vehemens hæresum, a quibus vexabaris, procella desiit, cum mutuo inter se conflictu oppressæ conciderint. *Visi sunt flores in terra.* Virtutes quæ tanquam varii atque odorati flores animam exornant, in carne, dum rectis actionibus et operibus excoluntur, floruerunt. Hæc autem facta sunt, B *quoniam tempus putationis advenit :* quod quidem tempus est Christi adventus in carne. *Non enim,* inquit ipse in Evangeliis, *veni mittere pacem, sed gladium : veni enim separare hominem adversus patrem suum, et filiam adversus matrem suam, et sponsam adversus socrum suam* [32]. Amputantur enim per fidem et virtutem isti novi, a Spiritu renovante, ab iis qui in infidelitate et malitia inveterati sunt. Quamobrem adventus sui in carne testimonium afferens : *Vox,* inquit, *turturis audita est in terra nostra.* Turturem nominat adventus sui prophetam et præcursorem, utpote solitarium et pudicum : cujus vox est pœnitentiæ prædicatio, quæ in quibusdam eorum qui carnales sunt et terrena sapiunt [33], audita est, cum illi prædicationi paruerint, et baptismate pœnitentiæ baptizati sint. Itaque C *Ficus,* inquit, *protulit grossos suos.* Ficum illam intelligit, cui postea Christus, propter infecunditatem, maledixit [34]. nempe synagogam Judæorum : quæ quidem tanquam grossos qui ante fructum perfectum nascuntur, sed celeriter decidunt, eos protulit qui Joannis baptismate baptizati sunt. Hi namque fructum præ se tulerunt, per baptisma in aqua sola, figuram baptismatis in Spiritu sancto et igne præmonstrantes : ad quod tamen ipsi non pervenerunt : quippe qui Joannis testimonio de Christo non credentes, a fide in Christum exciderunt. *Vineæ nostræ florent, dederunt odorem.* Vineas vocat ecclesias credentium Christo, quæ per ipsius prædicationem in gentibus plantatæ sunt : quarum ecclesiarum flores, fructum ex ipsis per D virtutem futurum prænuntiantes exstiterunt Magi, qui munera Christo ab orientis partibus advehentes, ei ut Regi et Deo, et propter nos mortali, aurum, et thus, et myrrham obtulerunt : suavem gentium fidei in ipsum Christum odorem exhibentes iis, qui a Spiritu sancto scientiæ donum sunt consecuti, Propterea dicit : *Surge veni, propinqua mea, formosa mea, columba mea.* Recede videlicet ab ea docendi ratione, quæ in figuris et umbris tum naturæ tum litteræ continetur, et veni ad ea docenda quæ spiritus sunt, propter tuam ad me propinquitatem

[32] Matth. x, 34. [33] Philipp. III, 19. [34] Marc. XI, 13, 21.

Spiritus sancti muneribus decorata. A me enim longius quodammodo recedis, dum in figuris descendis ad discipulas erudiendas, eisque nondum ea quæ spiritus sunt percipientibus, sensu pulchra videris, non spiritu. Deinde exposita causa, cur ei, ut ad se veniret, præcepisset : advenisse enim tempus adventus sui in carne : quamobrem dicebat etiam discipulis suis : *Surgite, eamus hinc*[35] : quanta cum fiducia venire ad se debeat, non declaravit. Quocirca nunc etiam illud exponit : *Et veni, columba mea in tegmine petræ.* Quando te discipulæ non sequuntur, per res sensibiles docentem ea quæ spiritus sunt; veni, tu spiritalis, mea, qui sum immutabilis, evangelica doctrina servata : sic ut non abhorreat a præceptorum legis scriptæ observatione. Lex enim scripta instar propugnaculi ab actionum vitiis præmuniebat, et figuras duntaxat veritatis ostendebat : quibus ordine ad perfectionem ita tendebatur, ut actionis quidem vitiorum purgationem, ipsarum etiam cogitationum improbarum ablutio, figurarum autem contemplationem spiritalis ad veritatem provectio sequeretur. Quæ quidem docet lex spiritus : Evangelium videlicet in quo tegimur a spiritali petra, qui, ut divus ait Apostolus[36], Christus est. Sic igitur sponsam vocans, quid deinceps velit, ostendit : nimirum ut umbræ doctrina relicta in spiritu et veritate ad se veniat.

σκιῶν. Καὶ ἐλθὲ εἰς τὸ διδάσκεσθαι τὰ τοῦ πνεύματος διὰ τὴν πρὸς ἐμὲ ἐγγύτητα ὡραϊσμένη μοι τοῖς τοῦ παναγίου Πνεύματος ἐνεργήμασιν. Ἐν οἷς γὰρ τρόπον τινὰ μακρύνῃ ἀπ' ἐμοῦ τοῖς τύποις, διὰ τὰς μαθητευομένας συγκαταβαίνουσα, ἐν αἰσθήσει καλῇ καὶ οὐ πνεύματι, ταύταις δοκεῖς, ὡς μὴ χωρούσαις τὰ τοῦ πνεύματος. Εἶτα ἐπειδὴ τὴν μὲν αἰτίαν ὑπέδειξε δι' ἣν ἀπῄτησεν αὐτὴν τὴν πρὸς αὐτὸν ἐπανέλευσιν, διδάξας ἐφθακέναι τὸν καιρὸν τῆς ἐν σαρκὶ ἐπιδημίας αὐτοῦ, καθ' ἣν καὶ πρὸς τοὺς οἰκείους μαθητὰς ἔλεγε τό· Ἐγείρεσθε, ἄγωμεν ἐντεῦθεν τὸ δὲ, ἐν ποίᾳ ἀσφαλείᾳ δεῖ πρὸς αὐτὸν ταύτην ἐλθεῖν, οὐκ ἐδήλωσε, νῦν καὶ ταύτην διδάσκων, φησίν· Καὶ ἐλθὲ σὺ, περιστερά μου, ἐν σκέπῃ τῆς πέτρας. Ἐχόμενα τοῦ προτειχίσματος· ἤτοι, ἐπειδή σοι μὴ ἐπακολουθοῦσιν αἱ διδασκόμεναι, διδασκούσῃ ταύτας διὰ τῶν ἐν αἰσθήσει τὰ τοῦ πνεύματος, ἐλθὲ σὺ, ἡ πνευματικὴ, τῇ ἐμῇ τοῦ ἀτρέπτου εὐαγγελικῇ παιδαγωγίᾳ φυλαττομένῃ ἀκολούθως τῇ κατὰ τὰς ἐντολὰς τοῦ γραπτοῦ νόμου προφυλακῇ. Ὁ γὰρ γραπτὸς νόμος προτειχίσματος δίκην ἀπὸ τῶν κατ' ἐνέργειαν παθῶν προεφύλαττε, καὶ τοὺς τύπους μόνον τῆς ἀληθείας ἐδείκνυειν, οἷς ἀκόλουθον πρὸς τελειότητα, τῇ μὲν καθάρσει τῶν κατ' ἐνέργειαν παθῶν, ἡ καὶ αὐτῶν τῶν ἐναντίων ἐπιθυμιῶν ἔκπλυσις· τῇ δὲ θεωρίᾳ τῶν τύπων, ἡ ἐν πνεύματι ἀναγωγὴ πρὸς αὐτὴν τὴν ἀλήθειαν· ἅπερ ὁ πνευματικὸς διδάσκει νόμος, πάντως τὸ Εὐαγγέλιον, ἐν ᾧ σκεπόμεθα παρὰ Χριστοῦ τῆς πνευματικῆς πέτρας, κατὰ τὸν θεῖον ἀπόστολον. Οὕτως οὖν καλέσας αὐτὴν, τί βούλεται λοιπὸν, τὸ ταύτην καταλιπεῖν τὸ διδάσκειν τὰ τῆς σκιᾶς, καὶ πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ ἐλθεῖν πρὸς αὐτὸν, φησίν.

Ostende mihi faciem tuam.

Tuam illam, secundum imaginem meam et similitudinem, retege faciem ac formam spiritalem; quam ut rudes discipulæ possent aspicere, figuris veritatis et velis contexisti.

Δεῖξόν μοι τὴν ὄψιν σου.

Ἤγουν, ἀνακάλυψόν μοι τὸν κατ' εἰκόνα ἐμὴν καὶ ὁμοίωσιν πνευματικόν σου χαρακτῆρα, ὃν διὰ τὸ θεατὸν ταῖς μαθητευομέναις γενέσθαι, τύποις τῆς ἀληθείας καὶ συμβόλοις συνεκάλυψας.

Sonet vox tua in auribus meis.

Dum mecum spiritaliter versaris. Vocem enim magistræ animæ spiritus quidem ducit ad aures Domini : verba autem et litteram quibus simplex in spiritu sermo concrescit compositus, perfert ad aures discentium.

Καὶ ἀκούτισόν με τὴν φωνήν σου.

Ἐν τῷ πνευματικῶς ἐντυγχάνειν μοι. Τὴν γὰρ φωνὴν τῆς διδασκάλου ψυχῆς τὸ μὲν πνεῦμα ἀνάγει πρὸς τὰ ὦτα Κυρίου· τὰ δὲ ῥήματα καὶ τὸ γράμμα, οἷς ὁ ἁπλοῦς ἐν πνεύματι λόγος παχύνεται συντιθέμενος, κατάγει πρὸς τὰ ὦτα τῶν μαθητευομένων.

Vos enim tua dulcis.

Dulcis profecto, cum ea pronuntiet quæ ad spiritum pertinent.

Ὅτι ἡ φωνή σου ἡδεῖα.

Δηλαδὴ γλυκεῖα ὡς τὰ τοῦ πνεύματος φθεγγυμένη.

Et facies tua decora.

Quippe quæ Domini formam servat, et manibus Spiritus est exornata.

Καὶ ἡ ὄψις σου ὡραία.

Ὡς τὸν Δεσποτικὸν σώζουσα χαρακτῆρα, καὶ ταῖς χερσὶ καθωραϊσμένη τοῦ Πνεύματος.

Surge, veni, propinqua mea, formosa mea, columba mea.

Ἀνάστα, ἐλθὲ, ἡ πλησίον μου, καλή μου, περιστερά μου.

Pselli.

Hujusce sermonis significationes sæpe diximus : verba quæ deinceps sequuntur, interpretemur. O virgo, inquit, anima purissima, surge de lapsu, et huc veni, alacriter tamen, et nulla coacta necessitate, sed volens ac lubens. Non invita, inquam, sed ultro veni. Sic enim omnino ad me

Ψελλοῦ.

Τούτου πολλάκις εἴπομεν τοῦ λόγου τὰς ἐμφάσεις· Λόγους λοιπὸν τοὺς ἐφεξῆς προσερμηνευτέον, Ὦ παρθενεύουσα, φησὶν, ψυχὴ καθαρωτάτη, Ἀνάστηθι τοῦ πτώματος, καὶ δεῦρο, πλὴν προθύμως, Οὐκ ἐξ ἀνάγκης δέ τινος, ἀλλ' ἑκουσίᾳ γνώμῃ. Φημὶ γὰρ δεῦρο, τουτέστιν ἑκουσίως.

[35] Joan. XIV, 31. [36] I Cor. X, 4.

Οὕτω δὲ πάντως πρὸς ἐμὲ τὴν πέτραν, φησὶ, [φθάσεις,
Ἤγουν τὴν πέτραν τὸν Χριστὸν ζωῆς τῆς αἰωνίου,
Ἀπὸ τοῦ προτειχίσματος τοῦ παλαιτάτου νόμου,
Τοῦ σύνεγγυς τυγχάνοντος τῆς πέτρας μεταβᾶσα.
Ἔρχεται γὰρ ὡς ἀληθῶς, τουτέστι προσεγγίζει
Τῆς πέτρας τὸ προτείχισμα, καὶ μάθε καὶ τὸν [τρόπον·
Προτείχισμα δὲ λέγεται δῆθεν ὁ πάλαι νόμος.
Πέτρα δὲ πάλιν ἀῤῥαγὴς ἡ νέα διαθήκη.
Κἂν δοκῶσιν ἔξωθεν ἀλλήλων ἀφεστάναι,
Ὁ νόμος ὁ Μωσαϊκὸς καὶ ὁ τῶν Εὐαγγελίων,
Ἀλλ' ὅμως κατὰ δύναμιν ἀλλήλοις συνεργοῦνται.
Τί γάρ ἐστιν ἐγγύτερον τῶνδε τῶν κελευσμάτων;
Ὁ παλαιὸς νομοθετεῖ νόμος τὸ μὴ μοιχεύειν,
Ἀλλ' ὁ παρὼν καὶ καθ' ἡμᾶς ὁ τῶν Εὐαγγελίων,
Καὶ πάλιν ἐγκελεύεται τέμνειν ἐπιθυμίαν.
Ἐκεῖνος δ' αὖ ἀπέχειν σε νομοθετεῖ τοῦ φόνου,
Ὁ δὲ μηδ' ὅλως πρὸς ὀργὴν κινεῖσθαι δογματίζει.
Εἰ δὲ ζητεῖς καὶ πρόβατα καὶ Σάββατα καὶ Πάσχα,
Τὰς φανερὰς καὶ σαρκικὰς ἐκείνου διατάξεις,
Καὶ ταῦθ' εὑρήσεις ἐν αὐτῷ πνευματικῶς ἐγκύπτων.
Ἡ πέτρα γὰρ πνευματικὴ κ' οὐ χοϊκὸς ὁ τοῖχος.
Ἀλλ' ἀκουσώμεθα λοιπὸν τῶν ἐφεξῆς ῥημάτων,
Ἀπόκρισιν γὰρ δίδωσιν ἡ νύμφη τῷ νυμφίῳ.

A accedes, petram utique Christum vitæ sempiternæ: a propugnaculo, a veteri lege, quæ petræ conjuncta est, transcendens. Venit enim vere: hoc est, appropinquat ad petræ propugnaculum. Et disce etiam modum. Propugnaculum autem sane dicitur antiqua lex: petra vero solida, novum testamentum. Ac quamvis videantur inter se distare lex Mosaica, et Evangelium; virtute tamen consonant atque inter se congruunt. Quid enim his præceptis potest esse conjunctius? Antiqua lex vetat adulterium: Evangelium amputat cupiditatem. Illa, ut a cæde abstineas, jubet: hoc prohibet, ne prorsus irascaris. Quod si quæris et oves, et Sabbata, et Pascha, quæ illic secundum carnem; hic secundum spiritum, si attenderis, invenies. B Lapis enim spiritalis, non autem terrenus, est paries. Sed, quæ sequuntur verba, jam audiamus. Sponsa enim respondet sponso.

Δεῖξόν μοι τὴν ὄψιν σου, καὶ ἀκούτισόν με τὴν φωνήν σου, ὅτι ἡ φωνή σου ἡδεῖα καὶ ἡ [ὄψις σου ὡραία.
Μηκέτι μοι προσομιλῇς, φησὶ καλὲ νυμφίε,
Διά τινων προφητικῶν καὶ νομικῶν βιβλίων,
Ἀλλ' ὡς ἔξόν μοι βλέψαι σε, καὶ σῆς φωνῆς ἀκοῦσαι, C
Ἀκούτισόν με τὴν φωνὴν, καὶ δεῖξόν μοι τὴν [θείαν.
Εἰ γὰρ ἡδεῖα πέφυκεν οὕτω καὶ γλυκυτάτη
Ἡ σὴ φωνὴ προφητικῶς ἡμῖν ἦν ἠχουμένη,
Κἀντεῦθεν ἦν σου βλέπομεν ὄψιν ὡς ἐν κατόπτρῳ,
Ὡραιοτάτη πέφυκε καὶ πανευειδεστάτη,
Ὢ ποταπὸν καθέστηκεν τὸ κάλλος τῆς σῆς θέας,
Καὶ τῆς φωνῆς ὁ γλυκασμὸς ἀμέσως δεδεγμένος!
Ἤκουσε τὴν παράκλησιν τῆς νύμφης ὁ νυμφίος,
Ὡς μᾶλλον ὥσπερ ἑαυτὸν εἰς τοὐμφανὲς δεικνύων,
Πρῶτον εἰς ἄγραν παρορμᾷ τοὺς θηρευτὰς, καὶ λέγει·

Ostende mihi faciem tuam: sonet vox tua in auribus meis; vox enim tua dulcis, et facies tua decora.

Ne mecum amplius, o sponse formose, per libros quosdam propheticos et legales colloquare: sed mihi videre te liceat, et vocem tuam audire; *sonet vox tua in auribus meis, ostende mihi faciem tuam.* Nam si vox tua nobis jucundissima fuit atque dulcissima; si vultus tuus pulcherrimus visus est et maxime decorus, cum vox tua per prophetas insonaret, et formam tuam tanquam in speculo cerneremus: quantanam erit præsentiæ tuæ pulcritudo! quanta vocis ipsius dulcedo, quæ sine ullo medio exaudietur? Sponsæ preces audivit sponsus, qui ut se ipsum coram magis conspicuum præbeat, venatores ad prædam excitat, dicens:

Πιάσατε ἡμῖν ἀλώπεκας μικροὺς ἀφανίζοντας ἀμπελῶνας, καὶ αἱ ἄμπελοι ἡμῶν κυπρίζουσιν.
Ὢ τῆς φρικτῆς καὶ φοβερᾶς τοῦ Λόγου δυναστείας! D
Ὢ παναλκοῦς δυνάμεως! ὦ κράτους ἀπορῥήτου!
Κελεύει γὰρ τοῖς θηρευταῖς, τουτέστι τοῖς ἀγγέλοις,
Ὥσπερ ἀλώπεκάς τινας μικρὰς δυστηνοτάτας
Τὴν πᾶσαν ἀποστατικὴν δύναμιν τῶν δαιμόνων,
Θηρεῦσαι καὶ συναγαγεῖν, κρατῆσαι, καὶ δεσμεῦσαι,
Τὸν δράκοντα τὸν μέγιστον τὸν ἀποστάτην φυσει,
Ὃς ἐνεδρεύει καθ' ἡμῶν, ὡς λέων εἰς ποίμνας μαί- [νεται,
Τοῦ κοσμοκράτορος Σατᾶν, τοῦ σκότους τὸν προ- [στάτην,
Τὸν ᾅδην τὸν πλατύνοντα τὸ στόμα τὸ ζοφῶδες,
Τὸν ἔχοντα καὶ φέροντα τὸ κράτος τοῦ θανάτου,
Τὸν ἐγκαυχώμενον λαβεῖν ὡς νοσσιὰν στρουθίου,

Capite nobis vulpes parvulas, quæ demoliuntur vineas: et vineæ nostræ florent.

O imperium Verbi terribile ac formidandum! O virtutem omnipotentem! O robur incredibile! Venatoribus enim præcepit, id est angelis, ut vulpeculas quasdam parvulas captu difficillimas pervestigent, comprehendant, superent, vinciant: totam nimirum desertricem dæmonum potestatem: draconem illum maximum: illum rebellem natura, qui non aliter in nos quam leo in greges desævit, mundi principis Satan; principem tenebrarum, infernum tenebrosas fauces suas aperientem, habentem ac ferentem mortis imperium; qui se passeris nidum, orbem scilicet universum, tanquam ova putrida atque abjecta cepisse et diripuisse gloriatur: qui terræ montes et mare eversurum, et

in nubibus sedem collocaturum se jactitat [37] : cujus quidem latera sunt ænea, et dorsum ferreum, viscera autem smyrites lapis : serpentem ipsum gravem ; illum senem, ingentem illum, omnemque aliam virtutem ejus hostilem : virtus sane potentiæ tanquam vulpeculas parvas et natura fraudulentas appellat. Comprehendite, inquit, mihi parvas vulpes, quæ animas humanas demoliuntur. Has enim solas vineas vocat.

A Τὴν οἰκουμένην σύμπασαν, καὶ ταύτην ἁφαρπάσαι,
Ὡς ὰ τὰ σαθρότατα καταπεφρονημένα,
Τὸν ἐξαλείφειν φάσκοντα γῆς ὄρους καὶ θαλάττης,
Τὸν ἐν νεφέλῃ λέγοντα τὸν θρόνον καθιδρύσαι,
Οὗπερ χαλκαῖ μὲν αἱ πλευραὶ καὶ σιδηρᾶ δ' ἡ ῥάχις,
Ἔγκατα δ', ὡς φασιν, αὐτοῦ σμυρίτης λίθος·
Αὐτὸν τὸν ὄφιν, τὸν δεινὸν, τὸν γέροντα, τὸν μέγαν,
Καὶ πᾶσαν ἄλλην δύναμιν αὐτοῦ τὴν ἐναντίαν,
Ἣ δύναμις ὠνόμασε τῆς ὄντως δυναστείας,
Ὡς ἀλωπέκια μικρὰ καὶ δολερὰ τῇ φύσει.
Τοὺς γοῦν μικροὺς ἀλώπεκας, φησὶ, κρατήσατέ μοι,
Ὡς βλαπτικοὺς τυγχάνοντας ψυχῶν τῶν ἀνθρωπίνων.
Ἀμπέλους γὰρ ὡς ἀληθῶς ταύτας ἐννόει μόνας.

Trium Patrum.

Cum autem ad sponsi mandatum magistræ animæ ipsi præsto essent, et cum eo ex doctrina ipsius versarentur, ad eas hæc verba facit : *Capite nobis vulpes parvulas :* observantia præceptorum, simul eum vitiorum motionibus astutissimos ipsorum auctores spiritus cohibete : qui parvuli videntur adhuc, cum ipsæ motiones nondum in actum processerint, *Nobis* autem dixit *capite* propter finem propositum, qui in illis erudiendis expletur. *Quæ demoliuntur vineas*, id est, animas evertunt, quæ per fidem in me sunt plantatæ. *Et vineæ nostræ florent.* Animæ diligenter a nobis ad salutem institutæ jam florent secundum virtutem, fallacissimis, ut dictum est, spiritibus profligatis.

Τῶν γ' Πατέρων.

Ἐπεὶ δὲ κατὰ κέλευσιν τοῦ νυμφίου παραστᾶσαι
B τούτῳ αἱ διδάσκαλοι ψυχαὶ, ὑπὲρ τῶν διδασκομένων
αὐτῷ ἐντυγχάνουσι, πρὸς ταύτας οὕτως φησίν·
Πιάσατε ἡμῖν ἀλώπεκας μικρὰς, ἤγουν κατάσχετε
διὰ τῶν ἐντολῶν ἅμα ταῖς κινήσεσι τῶν παθῶν τὰ
τούτων αἴτια δολερώτατα πνεύματα ἔτι δοκοῦντα
νεάζειν, εἰ μήπω αἱ τῶν παθῶν κινήσεις προκόψουσιν εἰς ἐνέργειαν. Ἡμῖν δέ φησι κατάσχετε, διὰ τὸ
πέρας δέξασθαι τὸ κατὰ σκοπὸν ἡμῖν ἐπὶ ταῖς
μαθητευομέναις. Ἀφανίζοντας ἀμπελῶνας· δηλαδὴ, ἀπολλύντας ψυχὰς τῇ εἰς ἐμὲ πίστει πεφυτευμένας. Καὶ αἱ ἄμπελοι ἡμῶν κυπρίζουσιν· ἤτοι,
αἱ παρ' ἡμῶν πρὸς σωτηρίαν ἐπιμελούμεναι ψυχαὶ
ἤδη ἀνθοῦσι κατ' ἀρετὴν, τῶν δολερωτάτων πνευμάτων κατασχεθέντων, ὡς εἴρηται.

Pselli.

Sed videamus quid dicat etiam sponsa et virgo. *Nepos meus mihi, et ego illi.*

Verum morose deinceps sponso loquitur :

Qui pascit inter lilia, donec aspiret dies, et inclinentur umbræ, revertere : similis esto tu, nepos mi, capreæ hinnulove cervorum super montes convallium.

O pulcherrime pastor ovium, quæ mente sunt præditæ, inquit sponsa ad ipsum Verbum et sponsum, qui oves tuas virtutibus, ut liliis pascis, rursus te capreæ aut cervorum hinnulo similem præbe, ut paulo ante super vallium montes saliebas : atque omnem potentiam adversantem everte, et colles nimis elatos exæqua. Sic enim cursibus tuis omnis vallis implebitur : et omnis malitiæ collis humiliabitur : et omnes impietatis umbræ discutientur : et dies salutis mortalibus aspirabit.

Ψελλοῦ.

C Ἀλλ' ἴδωμεν καὶ τί φησιν ἡ νύμφη καὶ παρθένος.
Ἀδελφιδός μου ἐμοὶ, κἀγὼ αὐτῷ.
Ἀλλ' ἐφεξῆς ἐκδυσωπεῖ λέγουσα τῷ νυμφίῳ·
Ὁ ποιμαίνων ἐν τοῖς κρίνοις, ἕως οὗ διαπνεύσῃ
ἡ ἡμέρα καὶ κινηθῶσιν αἱ σκιαὶ, ἀπόστρεψον,
ὁμοιώθητι σὺ, ἀδελφιδέ μου, τῷ δόρκωνι ἢ νεβρῷ
ἐλάφων ἐπὶ τὰ ὄρη κοιλωμάτων.
Ὦ καλλιστότατε ποιμὴν τῶν λογικῶν προβάτων,
Φησὶν ἡ νύμφη πρὸς αὐτὸν τὸν Λόγον καὶ νυμφίον,
Ὃς τρέφεις σου τὰ πρόβατα ταῖς ἀρεταῖς ὡς κρίνοις,
Καὶ πάλιν φάνηθι δορκὰς ἢ καὶ νεβρὸς ἐλάφων,
Καὶ πάλιν ἀναζήτησον ὥσπερ ἀνθυποστρέψας,
Ἅπερ ἐπήδας πρὸ μικροῦ τῶν κοιλωμάτων ὄρη,
Καὶ πᾶσαν ἐξαφάνισον δύναμιν ἐναντίαν,
Καὶ καθομάλισον βουνοὺς τοὺς ἄγαν ἐπηρμένους.
D Οὕτω γὰρ πληρωθήσεται σοῖς δρόμοις πᾶσα φάραγξ,
Καὶ πᾶς ταπεινωθήσεται βουνὸς ὁ τῆς κακίας,
Καὶ πᾶσαι κινηθήσονται σκιαὶ τῆς ἀθείας,
Καὶ διαπνεύσει βροτοῖς ἡμέρα σωτηρίας.

Trium Patrum.

Revertere, assimilare tu, nepos mi, capreæ hinnulorc cervorum super montes convallium.

Τῶν γ' Πατέρων.

Ἀπόστρεψον, ὁμοιώθητι σὺ, ἀδελφιδέ μου, τῷ δόρκωνι, ἢ νεβρῷ ἐλάφων ἐπὶ τὰ ὄρη τῶν κοιλωμάτων.

Ἀπόστρεψον δὲ τὰ καθ' ἡμῶν μαινόμενα ψυχοφθόρα νοητὰ θηρία, τὰ δίκην ὄφεων τὸν ἰὸν τῶν παθῶν ἐν ἡμῖν ἐκχέοντα· κἀντεῦθεν ὁμοιώθητι σὺ

Spiritales feras, animarum corruptrices qua contra nos sæviunt, et serpentium more, vitiorum virus in nos effundunt, repelle. Et propterea tu,

[37] Isa. xiv, 14.

Cumque rursus illum vocassem, non respondit mihi. Quam vere sponsa sollicitudinem exaggerat suam! Nulla enim anima, licet ad angelorum perfectionem accedat, et ad rerum penitus arcanarum cognitionem perveniat, se divinam essentiam inspecturam speret. Quando igitur sponsum quem quæsiverat,non invenit, audiamus,quid ipsa velit. Sic enim ait :

Surgam jam, et circuibo in civitate, in foris et in plateis : et quæram quem diligit anima mea.Quæsivi illum, et non inveni, Vocavi eum, et non audivit me.

Exsurgam, inquit, et perquiram illum.Naturam, quæ mundo continetur, universam pervestigabo. Hanc enim civitatem appellat hoc loco : quemadmodum et per plateas intelligit cœtus angelorum. Ad illius igitur,inquit, investigationem me contuli. Atque hoc proposito et consilio naturas angelorum omnes magno labore exploravi, sperans, me illum in angelis assecuturam. Verum cum ipsum inter angelos perscrutater, ut quia qualisque esset, unde principium haberet, et quo fine concluderetur, intelligerem, custodes supernæ civitatis Sion me pervagantem atque inquirentem conspexerunt. Sic enim narrationem persequitur suam :

Invenerunt me custodes, qui obeunt civitatem.

Tum, inquit, percontata sum illos :

Num, quem diligit anima mea, vidistis?

Sperabam enim profecto Verbum et sponsum meum in angelis saltem intelligi et comprehendi posse. Verum, cum et hos animadverterem nihil scire, ab eis hæsitans, inquit, recessi. Ab angelis autem haud ita procul concesseram, cum inveni quem diligit anima mea. Ut paululum, inquit, ab angelis pertransii, per fidem intelligens, Christum omnipotentem et Verbum Deum atque hominem nulla ratione comprehendi posse, inveni ipsum in iis quæ ingenii rationisque vim atque intelligentiam omnem superant.Divina enim Verbi ac sponsi natura eo tantum, quo non posse comprehendi cognoscitur, fit comprehensibilis.

Tenui eum, nec dimisi. donec introduxerim illum in domum matris meæ, et in cubiculum illius, quæ me concepit.

Quoniam incomprehensum, inquit,illum inveni, intus eum tenui, et medio cordis, Patrique coæternum esse cognovi. Nos enim domus, et templa, et cubicula sumus Spiritus sancti, ut Paulus ait [38], qui et genuit nos et nutrit, quemadmodum ipse novit.

Pselli.

Sed præstantiorem sponsa progressum assecuta, rursus amicos urget his verbis :

Adjuravi vos, filiæ Jerusalem, per virtutes et for-

[38] I Cor. III, 16; VI, 19, II Cor. VI, 16.

A Οὐχ εὗρον τοῦτον οὐδαμῶς ἐκεῖσε πεφηνότα.
Καὶ πάλιν τοῦτον κέκληκα, πλὴν οὐχ ὑπήκουσέ μου.
Ὡς ἀληθῶς ἐκτραγῳδεῖ τοὺς λόγους ἡ παρθένος.
Ψυχὴ γὰρ πᾶσα καθαρὰ, κἂν πρὸς ἀγγέλους φθάσῃ,
Καὶ τῶν ἀδύτων ἔσωθεν εἰσέλθῃ τῶν ἀῤῥήτων,
Μὴ νομιζέτω κατιδεῖν τὴν θεϊκὴν οὐσίαν.
Ἐπεὶ γοῦν ὡς ἐζήτησεν οὐχ εὗρε τὸν νυμφίον,
Ἀκούσωμεν τί βούλεται. Φησὶ γὰρ οὕτω πάλιν·
Ἀναστήσομαι δὴ, καὶ κυκλώσω ἐν τῇ πόλει,
ἐν ἀγοραῖς, καὶ ἐν ταῖς πλατείαις, καὶ ζητήσω
ὃν ἠγάπησεν ἡ ψυχή μου· ἐζήτησα αὐτὸν, καὶ
οὐχ εὗρον, ἐκάλεσα αὐτὸν, καὶ οὐχ ὑπήκουσέ
μου.
Ἐξαναστήσομαι, φησὶ, καὶ ψηλαφήσω τοῦτον,
Καὶ πᾶσαν ὑπερκόσμιον περικυκλώσω φύσιν,
B Ἣν πόλιν ἐπωνόμασεν ὁ λόγος τῶν Ἁσμάτων,
Καθὼς περ εἶπεν ἀγορὰς τὰς ἄνω πανηγύρεις.
Ὡς γοῦν ἀνέστην δὴ, φησὶ, πρὸς ζήτησιν ἐκείνου.
Καὶ τῷ σκοπῷ καὶ λογισμῷ τὰς τῶν ἀγγέλων φύσεις,
Ἁπάσας ἐξηρεύνησα μετὰ πολλοῦ τοῦ πόνου,
Ἐλπίζουσα καταλαβεῖν αὐτὸν ἐν τοῖς ἀγγέλοις.
Ὡς ἐψηλάφουν τοιγαροῦν αὐτὸν ἐν τοῖς ἀγγέλοις,
Ὅπως ἂν μάθω τίς ἐστι καὶ ποταπὸς τυγχάνει,
Καὶ πόθεν ἔχει τὴν ἀρχὴν, καὶ τίνι καταλήγει,
Οἱ φύλακες τῆς πόλεως Σιὼν τῆς ἀνωτάτης,
Περινοστοῦσαν εἶδόν με τὴν πόλιν, καὶ ζητοῦσαν.
Φησὶ γὰρ οὕτω καθεξῆς ὥσπερ ἀφηγουμένη·
Εὗροσαν με οἱ τηροῦντες, οἱ κυκλοῦντες ἐν τῇ
πόλει.
Εἶτα, φησὶν, ἠρώτησα πρὸς τοὺς ἀγγέλους τάδε·
Μὴ ὃν ἠγάπησεν ἡ ψυχή μου, ἴδετε ;
C Ἤλπιζον γὰρ ὡς ἀληθῶς, κἂν τοῖς ἀγγέλοις εἶναι
Καταληπτὸν καὶ προσιτὸν τὸν Λόγον καὶ νυμφίον.
Ἐπεὶ δὲ τούτους ἔγνωκα μηδὲν ἐπισταμένους,
Παρῆλθον αὖθις ἀπ' αὐτῶν, φησὶν, ἐξαπορουμένη.
Καὶ ὡς μικρὸν ὅτε παρῆλθον ἀπ' αὐτῶν, ἕως οὗ
[εὗρον ὃν ἠγάπησεν ἡ ψυχή μου.
Ὡς γοῦν παρῆλθον γὰρ, φησὶ, μικρὸν ἐκ τῶν ἀγγέ-
[λων,
Πιστεύσασα τῷ λογισμῷ τὴν ἀκαταληψίαν
Τοῦ παντοκράτορος Χριστοῦ καὶ θεανθρώπου Λόγου,
Εὗρον αὐτὸν ὡς ἀληθῶς ἐν τοῖς ἀκαταλήπτοις.
Ἡ φύσις γὰρ ἡ θεϊκὴ τοῦ Λόγου καὶ νυμφίου,
Τῷ μὴ καταλαμβάνεσθαι καταληπτὴ τυγχάνει.
Ἐκράτησα αὐτὸν καὶ οὐκ ἀφῆκα αὐτὸν, ἕως
οὗ εἰσήγαγον αὐτὸν εἰς τὸν οἶκον τῆς μητρός
D μου, καὶ εἰς τὸ ταμιεῖον τῆς συλλαβούσης με.
Ἐπείπερ ἀκατάληπτον αὐτὸν, φησὶν, ἐφεῦρον,
Ἔνδον αὐτὸν ἐκράτησα καὶ μέσον τῆς καρδίας,
Καὶ τῷ Πατρὶ συνάναρχον ἐγνώρισα τυγχάνειν,
Ἡμεῖς γὰρ οἶκοι καὶ ναοὶ καὶ μάλιστα ταμεῖα
Τοῦ Πνεύματος τυγχάνομεν, κατὰ τὸν μέγαν Παῦλον,
Τοῦ καὶ γεννήσαντος ἡμᾶς καὶ τρέφοντος, ὡς οἶδε.

Ψελλοῦ.

Ἀλλὰ τὴν κρείττω προκοπὴν ἡ νύμφη ψηλαφῶσας
πάλιν τοὺς φίλους δυσωπεῖ. Φησὶ γὰρ τούτοις τάδε·
Ὥρκισα ὑμᾶς, θυγατέρες Ἱερουσαλὴμ, ἐν ταῖς

δυνάμεσι καὶ ἐν ταῖς ἰσχυσεσι τοῦ ἀγροῦ, ἐὰν ἐγείρητε καὶ ἐξεγείρητε τὴν ἀγάπην ἕως οὗ θελήσῃ.

Τοῦ λόγου τούτου φθάσαντες εἴπομεν τὰς ἐμφάσεις· λόγους λοιπὸν τοὺς ἑφεξῆς, ὡς δυνατὸν, σκεπτέον.

Τίς αὕτη ἡ ἀναβαίνουσα ἀπὸ τῆς ἐρήμου, ὡς στελέχη καπνοῦ, τετυμιαμένη σμύρναν καὶ λίβανον ἀπὸ πάντων κονιορτῶν μυρεψοῦ;
Ταῦτα τοιγάρτοι λέγουσιν οἱ φίλοι πρὸς ἀλλήλους·
Ὁ τῶν ῥημάτων δὲ σκοπὸς οὗτός ἐστιν, ὡς οἶμαι,
Ἡ νύμφη γὰρ καὶ πρότερον ταῖς ἀρεταῖς ὑφώθη,
Τῇ πίστει, τῇ πραότητι καὶ τῇ δικαιοσύνῃ,
Ἐπεὶ δὲ καὶ πρὸς ἀρετῆς ἄλλο μετέβη σχῆμα,
Νηστείας ἀγρυπνίας τε καὶ προσευχῆς παννύχου,
Καὶ τὴν μορφὴν ἠλλάξατο ταῖς ἄγαν χαμευνίαις,
Οἱ φίλοι κατεπλάγησαν τὴν προκοπὴν τῆς νύμφης,
Καί πως ὑποκρινόμενοι δῆθεν τὸν ἀγνοοῦντα,
Περὶ τῆς νύμφης θέλουσιν ἐπερωτᾷν ἀλλήλους·
Τίς αὕτη, λέγοντες, ἐστὶν, ἥτις ἐκ τῆς ἐρήμου
Πρὸς οὐρανοὺς ἀνέδραμεν, ὥσπερ κάπνου στελέχη
Σμύρνης ὀσμὴν ἐκπέμπουσα καὶ θαυμαστοῦ λιβάνου;
Ψυχὴ γὰρ πᾶσα θέλουσα λίβανον τελεσθῆναι,
Ἤγουν τερπνὸν θυμίαμα τῷ βασιλεῖ τῶν ὅλων,
Ἂν μὴ νεκρώσῃ πρότερον πάντα τὰ μέλη ταύτης,
Καὶ σμύρνα δῆθεν γένηται Χριστῷ συννεκρωθεῖσα,
Οὐκ ἄλλως γίνεταί ποτε λίβανον τῷ Κυρίῳ.

A *titudines agri, si suscitetis et excitatis charitatem, donec voluerit.*

Hæc jam explanavimus; quare pergamus ad reliqua.

Quæ est ista, quæ ascendit de deserto sicut virgula fumi, redolens myrrham et thus ex universis pulveribus unguentarii?

Hæc amici inter se colloquuntur : quæ quidem eo spectant, quod cum antea sponsa virtutibus his, nempe fide, mansuetudine, justitia, decorata fuerit; mox autem ad alios virtutum habitus ascenderit, jejunii nimirum, vigiliæ, orationis perpetuæ, atque asperæ humi dormitionis : sponsæ profectum stupentes amici, et tanquam ignari de illa inter se conquirentes : Quænam B est, inquiunt, ista, quæ de solitudine in cœlos ascendit, veluti virgula fumi, odorem redolens myrrhæ et thuris eximii? Omnis enim anima quæ studet esse thus et jucundus odor Regi universorum, necesse est ut prius mortificet omnia membra sua, atque ita myrrha fiat cum Christo commortua, alioqui thus Domino fieri nunquam poterit.

Τῶν γ' Πατέρων.

Ταύτας γοῦν τὰς προτελειοτάτας ἐκηγησαμένη ἀναβάσεις μου, Ὥρκισα ὑμᾶς, θυγατέρες Ἰερουσαλὴμ, ἐν ταῖς δυνάμεσι καὶ ἐν ταῖς ἰσχύσεσι τοῦ ἀγροῦ, ἐὰν ἐγείρητε καὶ ἐξεγείρητε τὴν ἀγάπην, ἕως ἂν θελήσῃ· δηλαδὴ ὥσπερ ὥρκισα ὑμᾶς διὰ τῶν ἀπειλῶν καὶ των ἐπαγγελιῶν, κατὰ τὴν αὐτὴν ἔννοιαν ὥρκισα πάλιν ὑμᾶς διὰ τῆς κατ' ἐμὲ ἐξηγήσεως. Δίκην ὅρκου τῷ κατ' ἐμὲ παραδείγματι βεβαιώσασα καὶ στηρίξασα πρὸς τὸν κατὰ Θεὸν δρόμον· μέχρις ἂν ἡ θεία ἐμφάνεια τὴν ἀτρεψίαν ὑμῖν χαρίσηται. Αἱ δὲ θάμβους πληρωθεῖσαι, καὶ καθ' ἑαυτὰς περὶ τῆς ἐξηγησαμένης διαπορούμεναί φασι· Τίς αὕτη ἡ ἀναβαίνουσα ἀπὸ τῆς ἐρήμου ὡς στελέχη καπνοῦ; ἤτοι, ποία ἐστὶν αὕτη, ἡ ἀπὸ τῶν παθῶν ἐστερημένης ἕξεως πρὸς Θεὸν ὑψουμένη κατ' ἀρετὴν καὶ γνῶσιν, οἷα κλῶνες καπνοῦ, ὃς ὑπὸ τοῦ νεμομένου ὕλην πυρὸς, ὡς κοῦφος ἀναπέμπεται πρὸς ἀέρα; Οὕτω γὰρ καὶ πᾶσα ψυχὴ τῷ πνεύματι ζέουσα, κατὰ πρᾶξιν μὲν τὴν τῆς σαρκὸς παχύτητα, κατὰ θεωρίαν δὲ τὴν τῆς τῶν ὄντων φύσεως ἐπιφάνειαν λεπτύνασα, κατὰ τοὺς ἀγαθοὺς τρόπους καὶ λόγους κούφη πρὸς Θεὸν ἀταφέρεται, μὴ κατασπωμένη τῇ γηΐνῳ παχύτητι. Οὕτω δὲ πρὸς τὸν οὐράνιον νυμφίον ἀναφέρεται τεθυμιαμένη σμύρναν καὶ λίβανον ἀπὸ πάντων κονιορτῶν μυρεψοῦ. Ἤγουν, μεμυρισμένη, οἷα μὲν σμύρνῃ, τῇ ἀρετῇ, ὡς τὸ σαρκικὸν νεκρώσασα σρόνημα· οἷα δὲ λιβάνῳ, τῇ γνώσει, ὡς τοῖς χαρακτῆρσι τῆς ἀληθείας θεῖον ἄγαλμα ἑαυτὴν ἀποδείξασα. Τοιουτοτρόπως δὲ εὐωδίασται διεξερχομένη τὰς τῶν ὅλων φύσεις, καὶ πρὸς τὸν τούτων αἴτιον φερομένη· ἀφ' ὧν δίκην κονιορτῶν οἱ τοῦτων λόγοι καὶ τρόποι ἐγείρονται αὐτῇ, λεπτύνοντες ταύ-

Trium Patrum.

Cum igitur has meas ascensiones perfectissimas explicarim : *Adjuro vos, filiæ Jerusalem, per virtutes et fortitudines agri, si suscitetis atque excitetis charitatem, donec velit.* Quasi dicat : Quemadmodum adjuravi vos per minas et promissiones : eodem modo vos rursum adjuro per eorum quæ ad me pertinent, expositionem, exemplo meo tanquam jurejurando vos obstringens atque confirmans, ut perpetuo cursu ad Deum contendatis, quoad divina præsentia sua vobis immutabilitatem largiatur. At ipsæ admiratione plenæ, atque inter se de sponsa quæ disseruerat colloquentes : *Quænam est,* inquiunt, *ista quæ ascendit de deserto, sicut virgula fumi?* Id est, quænam est ista quæ ex habitu a perturbationibus remoto, per virtutem et scientiam ad Deum sublata conscendit, velut surculus fumi, qui ab igne silvam depascente levis in aera tollitur? Sic enim omnis quoque anima spiritu succensa, per actionem quidem, carnis crassitudinem : per contemplationem autem, rerum species extenuans : probis tum moribus, tum sermonibus levis ad Deum fertur, nec terreno pondere deprimitur. Hac ratione myrrham et thus ex aromatibus atque universo pulvere pigmentarii redolens, ad cœlestem sponsum provehitur. Virtute igitur quasi myrrha, cum carnis sensum mortificaverit, fragrat : scientia vero quasi thure, tanquam veritatis notis, se ipsam divinam imaginem ostendit. Ita rerum naturas pertransiens suaviter olet, ad earumque tendit auctorem : ex quibus instar pulveris earum rationes et modi excitantur ei, attenuantes his veritatis semitis exploratricibus, accurato ser-

mone,qui totum hoc tanquam in igne spiritus excoquit.

En lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israel, omnes tenentes gladios, et ad bella doctissimi. Uniuscujusque ensis super femur suum a timore in noctibus.

Pselli.

Hæc amici ad virginem dicunt, lectuli sponsi pulchritudinem explicantes, quo magis succendant sponsæ desiderium. Tu vero mihi ad horum expositionem diligenter attende. Lectulus Salomonis est eorum qui salvantur, locus. Sexaginta autem fortes qui illum ambiunt, sunt illi ipsi profecto, qui salvati sunt. Sexaginta vero dicuntur quicumque divina gratia vere præstantes, dæmonum qui per noctes homines oppugnant, agmina formidine repleverunt. Quemadmodum gladio vir accinctus, imbelles homines et in præliis minus exercitatos perterrefacit. Illi enim signo crucis tanquam gladio ancipiti armati, adversus principatus et contra mundi et tenebrarum principem Satan constiterunt. Hæc quidem a nobis pro viribus dicta sunt, Quod si orationis series haud ita continua videatur, ne admireris, o princeps, neve commoveaeris : sic enim pleraque sunt scripta prophetica.

Trium Patrum.

Discipulæ igitur, quæ de magistra sua dubitaverant, quænam esset, nunc de ipsa dicuntur : *Ecce lectulum Salomonis*, in quo quidem Christus Rex pacificus conquiescit, qui nos tum sibi, tum inter nos, tum Patri suc reconciliavit. Sexaginta fortes ambiunt : cogitationes nimirum efficaces, quæ divina virtute undique tuentur animam ad Dei quietem præparatam, adversus fallacias spirituum improborum.Ratio enim quæ quinque sensibus præest, simul cum ipsis sensibus accepta senarium conficiat numerum. At cum divina præcepta quæ sunt decem numero, is qui sensibus ratione imperat, perficit, numerum absolvit sexagenarium, et virtute vivens, ut dictum est. *Ex fortissimis Israel.* Hi sunt omnino veræ mentis Deum videntis notiones, ex quibus constant efficaces illæ cogitationes ad bonum peragendum.Ambiunt autem animam in qua Deus requiescit, omnes tenentes gladios et ad bella doctissimi. Cogitationes enim quæ dictæ sunt, ex contemplationis quidem habitu gladios habent ancipites, quibus ea quæ sunt contraria, dijudicent : ex actionis autem vi usum atque experientiam obtinent, quomodo possint adversariæ potestates profligari. *Uniuscujusque ensis super femur suum, a timore in noctibus.* Singulæ illæ quæ diximus, cogitationes, gladium spiritus quo

A ταις ταῖς βασανιστικαῖς τῆς ἀληθείας τριβαῖς τοῦ ἐν τῷ πυρὶ τοῦ πνεύματος τόδε τὸ πᾶν οἱονεὶ ἕψοντος ἐξεταστικοῦ λόγου.

Ἰδοὺ ἡ κλίνη τοῦ Σολομὼν, ἑξήκοντα δυνατοὶ κύκλῳ αὐτῆς ἀπὸ τῶν δυνατῶν Ἰσραὴλ, πάντες κατέχοντες ῥομφαίας δεδιδαγμένοι πόλεμον · ἀνὴρ, ῥομφαία αὐτοῦ ἐπὶ τὸν μηρὸν αὐτοῦ ἀπὸ θάμβους ἐν νυξιν.

Ψελλοῦ.

Οἱ φίλοι ταῦτα λεγουσι δῆθεν πρὸς τὴν παρθένον,
Τὸ κάλλος ἀφηγούμενοι τῆς κλίνης τοῦ νυμφίου,
Ὡς μᾶλλον ὑπανάψωσι τὸν πόνον τὸν τῆς νύμφης ·
Σὺ δέ μοι σφόδρα πρόσεχε τῇ τούτων ἐξηγήσει ·
Κλίνη τυγχάνει Σολομῶν ὁ τῶν σωθέντων τόπος.
Ἑξήκοντα δὲ δυνατοὶ περικυκλοῦντες ταύτην,
B Ὄντως αὐτοὶ πεφύκασιν οἱ πάνυ σεσωσμένοι.
Ἑξήκοντα δὲ λέγονται τῷ λόγῳ τῶν Ἀσμάτων,
Οἵτινες οὕτως δυνατοὶ τῇ χάριτι τῇ θείᾳ,
Θάμβους ἐνέπλησαν πολλοῦ τὰ στίχη τῶν δαιμόνων,
Τῶν ἐν νυξὶ τὸν πόλεμον ἐχόντων κατ' ἀνθρώπων ·
Ὥσπερ ἐκπλήττει τις ἀνὴρ ῥομφαίαν ἐπὶ τὸν μηρὸν
Φέρων, τοὺς μὴ πρὸς πολεμον καλῶς ἐκδεδοκιμασμέ-
[νους.
Ἐκεῖνοι γὰρ σπασάμενοι τὸ τοῦ σταυροῦ σημεῖον,
Ὥσπερ ῥομφαίαν δίστομον ἠκονημένην λίαν,
Ηρὸς τὰς ἀρχὰς ἀντέστησαν καὶ πρὸς τὰς ἐξουσίας,
Τοῦ κοσμοκράτορος Σατὰν τοῦ σκότους τοῦ προ-
[στάτου.
Ταῦτα μὲν οὕτω παρ' ἡμῶν ὡς δυνατὸν ἐλέχθη.
Εἰ δ' ἴσως κατὰ σύνταξιν ὁ λόγος οὐ προβαίνει,
Μὴ τὸ θαυμάζῃς, δέσποτα, μὴ τὸ δυσαρεστήσῃς ·
C Οὕτω γὰρ ἔχει τὰ πυλλὰ τῶν προφητικωτέρων.

Τῶν γ' Πατέρων.

Διαπορήσασαι τοίνυν περὶ τῆς διδασκάλου αἱ μαθήτριαι, ὅτι τίς ἐστιν αὕτη, νῦν φασι περὶ αὐτῆς τό · Ἰδοὺ ἡ κλίνη τοῦ Σολομών · ἐφ' ἧς πάντως ἐπαναπαύεται ὁ πρὸς ἑαυτὸν καὶ πρὸς ἀλλήλους καὶ πρὸς τὸν Ἴδιον Πατέρα καταλλάττων ἡμᾶς Χριστὸς, ὁ εἰρηνικὸς βασιλεύς. Ἑξήκοντα δυνατοὶ κύκλῳ αὐτῆς, οἵπερ εἰσὶν οἱ θείᾳ δυνάμει πανταχόθεν περιφυλάττοντες τὴν εἰς ἀνάπαυσιν Θεοῦ ἑτοιμασθεῖσαν ψυχὴν ἀπὸ τῶν ἐπιβουλευόντων πνευμάτων τῆς πονηρίας ἐνεργητικοὶ λογισμοί · τοῦ γὰρ ταῖς πέντε πίστεσιν ἐπιστατοῦντος λόγου ἅμα ταύταις τὸν ἓξ ἀποτελοῦντος ἀριθμόν · τῶν δὲ θείων ἐντολῶν ἐκπληρουσῶν τὸν δέκα, ὅταν ὁ λόγῳ ἐπιστατῶν ταῖς αἰσθήσεσι τὰς D θείας ποιῇ ἐντολὰς, ἐξαπλασιάζει τὴν δεκάδα τῶν ἐντολῶν, καὶ τὸν ἑξήκοντα ἀποτελεῖ ἀριθμὸν, τὸ ἀγαθὸν, ὡς εἰρηται, ἐργαζόμενος. Ἀπὸ δυνατῶν Ἰσραὴλ Οὗτοι δὲ πάντως αἱ ἀληθεῖς τοῦ ὁρῶντος Θεοῦ νοῦ εἰσιν ἔννοιαι. ἀφ' ὧν ὑφιστάμενοι οἱ τοῦ ἀγαθοῦ ἐνεργητικοὶ λογισμοὶ, περιφυλάττουσι τὴν ἐν ἑαυτῇ ἐπαναπαύσασαν τὸν εἰρηνικὸν βασιλέα ψυχὴν, πάντες κατέχοντες ῥομφαίας, δεδιδαγμένοι πόλεμον. Πάντες δὲ οἱ εἰρημένοι λογισμοὶ, καθ' ἕξιν μὲν θεωρητικήν, οἷα ῥομφαίας διστόμους τὰς διακρίσεις τῶν ἐναντίων κατέχουσι · κατ' ἐνέργειαν δὲ πρακτικὴν πεπείραντται τοῦ πῶς δεῖ ταῖς ἐναντίαις δυνάμεσι μάχεσθαι. Ἀνὴρ ῥομφαία αὐτοῦ ἐπὶ τὸν μηρὸν αὐτοῦ ἀπὸ

βάμβους ἐν νυξίν· ἦγουν, ἕκαστος τῶν εἰρημένων λογισμῶν τὴν ἀναιρετικὴν τῶν παθῶν μάχαιραν τοῦ πνεύματος κατὰ τῆς ἐπιθυμητικῆς δυνάμεως τῆς ψυχῆς ἐπιφέρεται, διὰ φόβον τῶν ἐπιβουλευόντων αὐτῇ ἐν νυξὶ τῆς ἀγνοίας, κατὰ τὰς ἀλόγους τῆς ἐπιθυμίας ὁρμῆς πονηροτάτων δαιμόνων.

Φορεῖον ἐποίησαν ἑαυτῷ ὁ βασιλεὺς Σολομὼν ἀπὸ ξύλων τοῦ Λιβάνου. Στύλους αὐτοῦ ἐποίησεν ἀργύριον, καὶ ἀνάκλιτον αὐτοῦ χρύσεον· ἐπίβασις αὐτοῦ πορφυρᾶ, ἐντὸς αὐτοῦ λιθόστρωτον, ἀγαπην ἀπὸ θυγατέρων Ἰερουσαλήμ.

Ψελλοῦ.

Φορεῖον ἐποίησεν ἑαυτῷ ὁ βασιλεὺς Σολομών,
Ὁ λόγος ὁ προκείμενος τοῦ μέλους τῶν Ἀσμάτων
Τὴν ἐξ ἐθνῶν αἰνίττεται πανσόφως Ἐκκλησίαν.
Ὁ βασιλεὺς γὰρ Σολομών, τουτέστιν ὁ νυμφίος,
Ὅς ἐστιν τῶν ἐθνῶν τῶν ἀπωσμένων πάλαι.
Ἔστι μὲν γὰρ καὶ Λίβανος σεπτὸς, ἡγιασμένος,
Οὗτινος μέμνηται Δαβὶδ ὁ ψαλμιγράφος, λέγων·
Ὡς φοῖνιξ ἐξανθήσει δίκαιος ἐν Κυρίῳ,
Καὶ πληθυνθήσεται καλῶς ὡς κέδρος ἐν Λιβάνῳ.
Ἔστι δὲ πάλιν Λίβανος ἀπόβλητος ἐν πᾶσιν,
Οὗπερ ἐπεύχεται Δαβὶδ τὰς κέδρους συντριβῆναι.
Στύλους δὲ σύ μοι νόησον καὶ βάσεις τοῦ φορείου,
Τοὺς ἀποστόλους ἀληθῶς καὶ τοὺς προφήτας ὅλους,
Οἵτινες ὑπεστήριξαν Χριστοῦ τὴν Ἐκκλησίαν,
Καὶ τὴν ἀγάπην ηὔξησαν, ἦγουν τὴν σωτηρίαν.
Τῶν ἀνθρωπίνων δηλαδὴ ψυχῶν τῶν ἀπωσμένων.
Ταῦτα μὲν οὖν λελάληκεν ὑπὲρ αὐτῆς ἡ νύμφη.

Τῶν γ' Πατέρων.

Ἐκ τούτων γὰρ τῶν ἐκ τῆς πονηρᾶς ταύτης ἐκκοπέντων ῥίζης, καὶ ἐπὶ Χριστῷ τῷ θεμελίῳ τῆς πίστεως ἐποικοδομηθέντων, φορεῖον ἑαυτῷ πεποίηκεν, αὐτὸς Χριστὸς ὁ εἰρηνικὸς βασιλεύς· ἐπὶ τούτων ἐφθακότων εἰς τελειότητα ὥσπερ ὀχούμενος, καὶ πρὸς τοὺς διδασκομένους μεταφερόμενος. Κατὰ μέρος δὲ τὴν τοῦ φορείου κατασκευὴν ἐξηγούμενοί φασι· Στύλους αὐτοῦ ἐποίησεν ἀργύριον, οἵπερ εἰσὶ τὰ λόγια Κυρίου, ἃ φησιν ὁ Δαβὶδ, λόγια ἁγνὰ, ἀργύριον πεπυρωμένον. Ἐφ' οἷς ὥσπερ τισὶ στύλοις, ὕψωσε πρὸς γνῶσιν ἑαυτοῦ ὁ νυμφίος τὴν νύμφην, εἰκεῖον ταύτην ποιησάμενος ὄχημα, φέρουσαν ἐν ἑαυτῇ τὴν ἐνωτικὴν τουτωνὶ τῶν λογίων ἀλήθειαν. Καὶ ἀνάκλιτον αὐτοῦ χρυσίον, ἦγουν κατάπαυσιν τῆς κατὰ νοῦν κινήσεως αὐτῆς πεποίηκε τὸ αὐτοῦ ὑπερούσιον. Ὅπερ σημαίνει ὁ χρυσὸς ὡς τῶν λοιπῶν πασῶν ὑλῶν τιμιώτερος. Ἐπίβασις αὐτοῦ πορφύρα, δώλονότι βασιλεία Θεοῦ. Εἰ γὰρ εἰρηνικὸς ὁ Σολομὼν ἑρμηνεύεται, καὶ δηλοῖ τὸν εἰρηνεύσαντα ἐν ἑαυτῷ τὰ πάντα Χριστόν· ἡ δὲ εἰρήνη ἀνενόχλητος εὐφροσύνη ἐστὶν, ἡ δ' ἀνενόχλητος εὐφροσύνη, ἀστασίαστος Θεοῦ βασιλεία ὑπάρχει· βασιλείας ἄρα Θεοῦ ἡ ἐπίβασις τῆς ὑποδεχομένης ψυχῆς δίκην φορείου τὸν εἰρηνικὸν βασιλέα ἐστίν. Ἐντὸς αὐτοῦ λιθόστρωτον ἀγάπην ἀπὸ θυγατέρων Ἰερουσαλήμ· ἤτοι ἐν τῇ κεκριμένῃ διαθέσει τῆς τούτου χρηματισάσης φορεῖον ψυχῆς ἐποίησεν ὁ ἀκρογωνιαῖος λίθος ταῖς ἑαυτοῦ

A vitia conciduntur, adversus concupiscentem animæ potestatem intentant, propter terrorem quam nequissimi dæmones dolis suis animæ objiciunt in noctibus ignorantiæ, per impetus cupiditatis rationi repugnantes.

Ferculum fecit sibi rex Salomon de lignis Libani : columnas ejus fecit argenteas, et reclinatorium ejus aureum, ascensum ejus purpureum, medium ejus lapidibus constratum, charitatem a filiabus Jerusalem.

Pselli.

Ferculum fecit sibi rex Salomon.

Sermo propositus Cantici canticorum sapientissime Ecclesiam ex gentibus collectam innuit. Rex
B enim Salomon, id est, sponsus, qui est gentium olim rejectarum. Libanus etiam est venerandus et sanctus, de quo Psalmorum conditor David meminit : *Justus*, inquiens, *ut palma florebit : sicut cedrus Libani multiplicabitur* [39]. Est autem rursum Libanus repudiatus in omnibus, cujus quidem optat David cedros confringi. Per columnas et bases tu mihi apostolos et prophetas intellige, qui Christi Ecclesiam sustinuerunt, et charitatem auxerunt, humanarumque animarum quæ rejectæ erant, salutis fuerunt studiosissimi. Hæc igitur sponsa de se ipsa locuta est.

Trium Patrum.

Ex his enim qui ex improba ista radice excisi
C fuerant, et super Christum fidei fundamentum ædificati, ferculum sibi fecit ipse Christus Rex ille pacificus : cum super his ad perfectionem adductis, tanquam in curru, ad erudiendos homines veheretur. Sigillatim autem ferculi apparatum enarrantes, *Columnas ejus*, inquiunt, *fecit argenteas*, quæ quidem sunt eloquia Domini : de quibus David : *Eloquia*, inquit, *casta : argentum igne examinatum* [40]. Super quibus tanquam columnis quibusdam sponsus sublatam sponsam ad se traxit, proprium ipsam vehiculum constituens, quæ in se ipsa ferret veram horum eloquiorum conjunctionem. *Et reclinatorium ejus aureum :* id est, mentis ipsius tranquillitatem præcipuam sibi ubi quiesceret sedem constituit : id enim per aurum ostendit, quod rebus omnibus ex materia constantibus
D antecellit. *Ascensum ejus aureum :* regiam nimirum Dei. Nam si Salomon significat pacificum, et Christum indicat qui in se cuncta pacificavit : pax autem est animi lætitia ab omni turbatione remota : hæc vero lætitia est Dei regia ab omni seditione aliena : regia utique Dei est ascensus animæ, quæ ferculi instar suscipit Regem pacificum. *Medium ejus lapidibus strutum, charitatem a filiabus Jerusalem* : in affectione videlicet animæ, quæ ferculum ejus declarata est : lapis angularis

[39] Psal. xci, 13. [40] Psal. xii, 7.

divina doctrina sua atque exemplis charitatem constravit, a buccinatricibus suis apostolicis animabus (quæ filiæ quoque Jerusalem dictæ sunt, quoniam quantum ad carnem attinet, inde originem trahunt) incipiens : cum apostoli primi ad Christi imitationem, animas suas pro salute multorum posuerint, præceperintque ut idem efficerent, quicunque ad perfectionem in Christo cuperent pervenire. Quamobrem magnus Apostolus: *Imitatores*, inquit, *mei estote, sicut et ego Christi* [41].

Pselli.

Deinde omnes hominum animas adhortatur, ut a mundi scandalis et perturbationibus discedant, et sponsum cum ipsis conjunctum spectent. Sic enim sponsa præ lætitia illas alloquitur : *Egredimini, et videte, o filiæ Sion*, inquit sponsa, quoniam ego, quæ prius invisa fueram, nunc facta sum jucundissimum sponsi ferculum ; cupio vos item universas ex hac vita fugere, et puris oculis sponsum diademate ex pretiosis lapidibus contexto redimitum contemplari, qui a matre sua ita coronatus, me sibi hodie desponsavit. Mater vero illius Patris charitas fuit.

Trium Patrum.

Quia magistra animadvertit discipulas hæsitabundas propter se atque admiratione plenas, ea quæ ad se pertinerent, explicare : in sponso Christo vult eas deinceps salutis nostræ modum contueri, et merito dubitare atque admirari, quomodo ipse salutiferis cruciatibus ac morte sua tranquillitatem nobis et vitam largitus sit. Proinde : *Egredimini*, inquit, *et videte, filiæ Sion* : omittite, quæ ad me ancillam attinent considerare, ei in Domino pacifico mentis aciem defigite, contemplantes, quomodo salutem hic nobis acquisiverit. Filiæ speculæ, ut spiritaliter per fidem genitæ : Sion enim speculam significat. Specula autem, ex qua quis facile potest spiritualiter despicere, spiritalis est generatio, quam qui consecutus non est, cæcus est et manu viam tentat in veritatis fulgore. Spectate autem, inquit, dispensationis rationem *in diademate quo coronavit eum mater sua in die desponsationis ipsius* : in spinea nimirum corona, quam Christi capiti imposuit Judæorum synagoga, ex qua ipse est secundum carnem, in die salutiferæ mortis ejus, in qua proprio sanguine Ecclesiam sibi desponsavit. *Et in die lætitiæ cordis ejus* : qua quidem salutarem pro nobis mortem oppetens, nos ab hostis servitute liberavit : atque ita Patris obtemperans voluntati, lætatus est spiritu, licet carnis cruciatibus vexaretur. His sponsa discipulas est allocuta, diligens id quod demonstrari non potest, et humanam gloriam fugiens, cupiensque, ut sponsum suum tantummodo omnes admirentur.

τὸ ἀνεπίδεικτον, καὶ τὴν παρ' ἀνθρώπῳ φεύγουσα δόξαν, καὶ βουλομένη μόνον τὸν ἑαυτῆς νυμφίον παρὰ πάντων θαυμάζεσθαι.

[41] I Cor. xi, 1.

τοῦ θείαις διδασκαλίαις, καὶ τοῖς ὑποδείγμασιν ἐστρωμένην ἀγάπην, ἀπὸ τῶν κηρύκων αὐτοῦ ἀποστολικῶν ψυχῶν (αἱ καὶ θυγατέρες Ἱερουσαλὴμ ἐκλήθησαν, ὡς ἐκ ταύτης τὸ κατὰ σάρκα τυγχάνουσαι) ἀρξάμενος· ὡς πρώτων τῶν ἀποστόλων κατὰ μίμησιν Χριστοῦ τὰς ἑαυτῶν ψυχὰς τιθεμένων ὑπὲρ τῆς τῶν πολλῶν σωτηρίας· κἀντεῦθεν τὰ ὅμοια πράττειν ἐγκελευομένων τοῖς ἐφιεμένοις τῆς ἐν Χριστῷ τελειότητος. Διό φησιν ὁ μέγας Ἀπόστολος· Μιμηταί μου γίνεσθε, καθὼς κἀγὼ Χριστοῦ.

Ψελλοῦ.

Εἶτα προτρέπεται ψυχαῖς ἁπάσαις τῶν ἀνθρώπων
Ὑπεξελθεῖν τῶν κοσμικῶν σκανδάλων καὶ θορύβων,
Καὶ τὸν νυμφίον κατιδεῖν αὐταῖς συνηνωμένον.
Φησὶ γὰρ οὕτω πρὸς αὐτὰς ὑφ' ἡδονῆς ἡ νύμφη·
Ἐξέλθετε καὶ ἴδετε, ὦ θυγατέρες τῆς Σιὼν, φησὶν, ἡ [νύμφη πάλιν,
Ἐπείπερ ἔγωγε τὸ πρὶν οὖσα μεμισημένη,
Γέγονα νῦν τερπνότατον φορεῖον τοῦ νυμφίου.
Θέλω καὶ πάσας ἐκφυγεῖν ὑμᾶς ἀπὸ τοῦ βίου,
Καὶ καθαροῖς ἐν ὄμμασι προσβλέπειν τὸν νυμφίον
Περικείμενον στέφανον ἐκ λίθων σεβασμίων,
Ἐν ᾧπερ ἐστεφάνωσεν αὐτὸν ἡ μήτηρ τούτου,
Σήμερον μνηστευόμενον ἐμὲ τὴν Ἐκκλησίαν.
Μήτηρ δὲ τούτου πέφυκεν ἡ τοῦ Πατρὸς ἀγάπη.

Τῶν γ' Πατέρων.

Ἐπεὶ δὲ τὰς μαθητευομένας ἡ διδάσκαλος εἶδεν διαπορουμένας, καὶ θάμβους πληρουμένας, καὶ τὰ κατ' αὐτὴν ἐξηγουμένας, ἐν τῷ νυμφίῳ Χριστῷ, βούλεται λοιπὸν αὐτὰς θεωρῆσαι τὸν τρόπον τῆς σωτηρίας ἡμῶν, καὶ ἀξίως ἀπορῆσαί τε καὶ θαυμάσαι, ὅπως αὐτὸς ἐν τοῖς σωτηρίοις αὐτοῦ παθήμασι καὶ τῷ θανάτῳ τὴν ἀπάθειαν καὶ τὴν ζωὴν ἡμῖν ἐδωρήσατο. Διό φησιν· Ἐξέλθετε καὶ ἴδετε, θυγατέρες Σιὼν ἐν τῷ βασιλεῖ Σολομῶν· ἤγουν, κατακείψατε τὸ τοῖς κατ' ἐμὲ τὴν δούλην ἀσχολεῖσθαι τὸν νοῦν, καὶ ἐν τῷ εἰρηνικῷ δεσπότῃ θεάσασθε, ὅπως ἡμῖν οὗτος τὴν σωτηρίαν ἐπραγματεύσατο. Τέκνα σκοπευτηρίου· ὡς γενηθεῖσαι πνευματικῶς διὰ πίστεως. Σιὼν γὰρ σκοπευτήριον ἑρμηνεύεται. Σκοπευτήριον δὲ ἐξ οὗ δύναταί τις κατὰ νοῦν ὁρᾷν ἀκριβῶς, ἡ πνευματικὴ ἐστι γέννησις, ἧς ὁ μὴ τυχὼν τυφλός ἐστι, μυωπάζων περὶ τὰς τῆς ἀληθείας αὐγάς. Θεάσασθε δὲ τὸν εἰρημένον, φησὶ, τῆς οἰκονομίας τρόπον, ἐν τῷ στεφάνῳ ᾧ ἐστεφάνωσεν αὐτὸν ἡ μήτηρ αὐτοῦ, ἐν ἡμέρᾳ νυμφεύσεως αὐτοῦ· δηλονότι ἐν τῷ ἀκανθίνῳ στεφάνῳ, ᾧ ἐστεφάνωσε τὸν Χριστὸν ἡ τῶν Ἰουδαίων συναγωγὴ, ἐξ ἧς οὗτος τὸ κατὰ σάρκα, ἐν ἡμέρᾳ τοῦ σωτηρίου πάθους αὐτοῦ ἐν ᾗ τῷ ἰδίῳ αἵματι τὴν Ἐκκλησίαν ἑαυτῷ ἐνυμφεύσατο. Καὶ ἐν ἡμέρᾳ εὐφροσύνης καρδίας αὐτοῦ, καθ' ἣν πάντως παθὼν ὑπὲρ ἡμῶν τὸ σωτήριον πάθος ἀπήλλαξεν ἡμᾶς τῆς τοῦ ἐχθροῦ τυραννίδος, καὶ ὡς ἐντεῦθεν πληρώσας τὸ τοῦ Πατρὸς βούλημα, ἠυφράνθη πνεύματι, εἰ καὶ τοῖς παθήμασι ὠδυνήθη σαρκί. Ταῦτα ἡ νύμφη πρὸς τὰς μαθητευομένας εἰρηκεν, ἀγαπῶσα

cuntur. *Sicut funiculus coccineus labia tua, et eloquium tuum decorum.* Sponsæ labia rursus commendat. Tu vero per funiculum, silentii dotem accipe : per eloquium vero decorum, divinam prædicationem. Tum gratia taciturnitatis sic, inquit, excellis, ut nihil superfluum, nihil absurdum excidat e labiis tuis. Si quid enim aliquando vis loqui quæ ad fidei promulgationem doctrinamque pertinent, loqueris. *Ecce pulchra es, propinqua mea, ecce pulchra es.* Geminam hic quoque protulit laudem pulchritudinis. Genis enim vultus ejus a purpureo modestiæ decore collaudatis, animæ quoque commendat pulchritudinem, Ut taceam, inquiens, silentii decus animæ tuæ. Hæc enim extrinsecus quidem jucundum spectaculum præbent, intus autem præstantiam continent singularem.

Comæ tuæ sicut greges caprarum, quæ revelatæ sunt ex Galaad.

Trium Patrum.

Cogitationes scilicet tuæ, quæ ad actionem; quique in spiritu ad contemplationem pertinent sermones, et rerum divinarum quæ cognitionem superant, studia ex mente tua (ut ex capite comæ) spiritaliter omnia nascuntur : et ad ea quæ in carne mundoque sunt, sensu carent, uti florentes caprarum pili, quæ revelatæ sunt ex monte invisibili Galaad ; quæ nimirum retectæ sunt ex tenebris malitiæ et ignorantiæ et impietatis, ex quibus ad veritatem et scientiam et pietatem quasi demigrarunt, per Evangelium quod fidelibus futurum judicium attestatur. Galaad enim si interpreteris, testimonii significat migrationem.

Dentes tui sicut greges tonsarum, quæ ascenderunt de lavacro, omnes gemellis fetibus, et sterilis non est inter eas.

Meditationes tuæ quibus tanquam dentibus quibusdam corporea legis tum scriptæ tum naturalis crassitudo in veros sensus extenuatur, et ad esum spiritalem idonea redditur, caprarum tonsarum instar, falsis omnibus opinionibus amputatis rejectisque, circa veritatem solam immorantur : et quasi lavacro purgatæ, a terrenis istis atque carnalibus sublimes ad spiritalia atque cœlestia conscenderunt. Omnesque per supradictas leges geminos virtutum fetus tum dictis tum factis edunt. Et sterilis atque inutilis cogitatio non est in eis.

Sicut funiculus coccineus labia tua, et eloquium tuum decorum.

Verum sermonem, instar funiculi dimensi atque coccini, promunt labra tua. Quamobrem eloquium tuum omnino decorum est.

Sicut cortex mali punici genæ tuæ, extra silentium tuum.

Cortici scilicet mali punici similes sunt genæ tuæ, ut severitatis amantes atque ab omni dissolutione remotæ, quando etiam non taces. Licet enim

Ὡς καὶ ψυχῆς καὶ σώματος καλῶς καθηγνισμένους
Ὡς σπαρτίον κόκκινον χείλη σου, καὶ ἡ λαλιά [σου ὡραία.
Ἐν τούτοις πάλιν ἐπαινεῖ τὰ χείλη μὲν τῆς νύμφης.
Σὺ δὲ σπαρτίον γίνωσκε τῆς σιωπήσεως τὸ μέρος,
Τὴν δ' αὖ ὡραίαν λαλιὰν τὸ κήρυγμα τὸ θεῖον.
Φησὶ γαρ· Σὺ κατώρθωσας τῆς σιωπῆς τὴν χάριν,
Μηδὲν λαλοῦσα περιττὸν, μηδὲ πεπλανημένον·
Εἰ γὰρ θελήσεις πώποτε λαλῆσαι καὶ φωνῆσαι,
Τὸ κήρυγμα τῆς πίστεως κηρύττεις καὶ διδάσκεις.
Ἰδοὺ εἶ καλὴ, ἡ πλησίον μου, ἰδοὺ εἶ καλή.
Διπλοῦν κάνταῦθα δέδωκε τὸν ἔπαινον τοῦ κάλλους,
Τὸ τοῦ προσώπου γὰρ αὐτῆς νῦν ἐπαινέσας μᾶλλον,
Ὡς πλῆρες ἐρυθήματος καὶ σωφροσύνης γέμον,
Ἐπῆνεσε καὶ τῆς ψυχῆς τὸ κάλλος, λέγων οὕτως·
Ἐκτὸς τῆς σιωπήσεως τοῦ κάλλους τῆς ψυχῆς σου.
Ταῦτα μὲν οὖν ἐρωτικὴν ἔξωθεν ἔχει θέαν,
Ἀλλ' ἔνδον μεγαλοπρεπεῖς τὰς ἀναβάσεις ἔχει.
Τρίχωμάσου, ὡς ἀγέλαι τῶν αἰγῶν, αἱ ἀπεκαλύφθησαν ἀπὸ τοῦ Γαλαάδ.

Τῶν γ' Πατέρων.
Ἐπεὶ δ' αἱ μαθήτριαι παρὰ τῆς διδασκάλου τίς ἐστιν ὁ ταύτης νυμφίος διὰ τῶν αὐτοῦ χαρισμάτων ἀνεδιδάχθησαν, βουλόμεναι λοιπὸν μαθεῖν καὶ ὅπου οὗτος ἦκει, φασὶ πρὸς αὐτήν· Ποῦ ἀπῆλθεν ὁ ἀδελφιδός σου, ἡ καλὴ ἐν γυναιξί; Δηλαδὴ ἀνάγγειλον ἡμῖν ἵνα ἐνδημεῖ ὀγαπητός σου, ἡ ἐν ταῖς ἀπολεσάσαις ψυχαῖς, διὰ τὴν τῆς θείας ἐντολῆς παράβασιν τὸ κάλλος τοῦ κατ' εἰκόνα καὶ τοῦ καθ' ὁμοίωσιν, ἀπολαβοῦσα τοῦτο πάλιν ἐν τῷ νυμφεύθῆναι τῷ Λόγῳ τοῦ Θεοῦ. Ἐπεὶ δι' ὧν ἀκηκόαμεν γνωρισμάτων αὐτοῦ οὔπω ὁρῶμεν αὐτὸν ἐν ἡμῖν, ποῦ ἀπέβλεψεν ὁ ἀδελφιδός σου; καὶ ζητήσομεν αὐτὸν μετὰ σοῦ. Δηλονότι ποῦ ἀγαπητός σου ἀόρατος ὢν ὁρᾶσθαι καὶ ἠθέλησε, καὶ ἅμα σοι ὁδηγῶμεν πρὸς τὰ κρείττονα, ψηλαφήσομεν αὐτὸν κατὰ πρᾶξιν καὶ θεωρίαν. Ἡ δὲ ἀποκρινομένη πρὸς αὐτὰς· Ἀδελφιδός μου κατέβη εἰς κῆπον αὐτοῦ εἰς φιάλας τοῦ ὁρώματος. Ἤτοι, ὁ ἀόρατος κατὰ τὸ ὕψος τῆς ἑαυτοῦ οὐσίας, ἀγαπητός μου, κατέβη κατ' ἐνέργειαν ὡς εἰς κῆπον αὐνοῦ τὴν τοῖς θείοις αὐτοῦ θελήμασι πεφυτευμένην κτίσιν, καὶ ὡς εἰς φιάλας τοῦ ἀρώματος τὰς κατὰ τὴν εἰς Θεὸν πίστιν δεκτικὰς ψυχὰς τῆς εὐωδιαζούσης αὐτὰς τοῦ παναγίου Πνεύματος χάριτος, ἥτις ἀναμορφοῖ ταύταις κατά τε θεωρίαν καὶ πρᾶξιν τὸ κατ' εἰκόνα καὶ τὸ καθ' ὁμοίωσιν, ἐν αἷς ὡς ἰδίῳ ἐκτυπώματι ὁ νυμφίος ὁρᾶται· κατέβη δὲ, ὡς εἴρηται, ποιμαινειν ἐν τοῖς κήποις καὶ συλλέγειν κρίνα, ἤγουν διέπειν τὰ οἰκεῖα πρόβατα καὶ ἐκτρέφειν καθὰ γνῶσιν καὶ ἀρετὴν ἔν τε τῇ νοητῇ καὶ τῇ αἰσθητῇ κτίσει· ἐν αἷς οἱ λόγοι καὶ οἱ τρόποι τῶν ἀρετῶν ὥς τισι κήποις πεφυτεύμένοι εἰσί· καὶ ἐκλέγεσθαι ὡς ἀπὸ ἀκανθῶν κρίνα, τῶν συμπνιγομένων δηλαδὴ ψυχῶν τῇ σωματικῇ μερίμνῃ, τὰς ταύτην παντελῶς ἀναθεμένας θεῷ. ἑπομένας αὐτῷ ἐν Εὐαγγελίοις φάσκοντι· Καταμάθετε τὰ κρίνα τοῦ ἀγροῦ, ὅτι οὐ κοπιᾷ, οὐδὲ νήθει. Ὧν καὶ φησιν ἑκάστη· Ἐγὼ τῷ ἀδελφιδῷ μου, καὶ ὁ ἀδελφιδός μου ἐμοὶ, ὁ ποιμαίνων ἐν τοῖς κρίνοις· εἶτουν, Ἐγὼ τῷ Θεῷ ζῶ, νεκρὰ γενομένη τῷ κόσμῳ, καὶ ἐν ἐμοὶ μόνος Χριστὸς ζῇ, ὁ διεξάγων τὴν κατὰ γνώμην τούτῳ ἑπομένην ψυχὴν, καὶ ἐκτρέφων ὡς ἐν κρίνοις ταῖς λαμπρότησι τῶν ἀρετῶν.

Ψελλοῦ,

Ταῦτα μὲν οὖν λελάληκεν τοῖς φύλαξιν ἡ νύμφη.
Ἐκεῖνοι δ' ἀκριβέστερον αὖθις ἐπερωτῶσι·

Ποῦ ἀπῆλθεν ὁ ἀδελφιδός σου, ἡ καλὴ ἐν γυναιξί; Ποῦ ἀπῆλθε, ποῦ ἀπέβλεψεν ὁ ἀδελφιδός σου; καὶ ζητήσομεν αὐτὸν μετὰ σοῦ.

Ὁ ποταπὸς ἦν πρότερον οὗτος, μεμαθηκότες,
Νῦν ἐκζητοῦσιν καὶ μαθεῖν καὶ ποῦ ποτε μετέβη·
Οὐδέπω γὰρ ἐπέγνωσαν τὴν σάρκωσιν τοῦ Λόγου,
Ἣν κατελθὼν ἐπὶ τῆς γῆς ἀῤῥήτως ἐσαρκώθη.
Ὅτι δ' οὐ πᾶσιν ἔγνωστο, δέσποτα, τοῖς ἀγγέλοις,
Τὸ τῆς ἀνθρωπήσεως μυστήριον τοῦ Λόγου,
Μέχρι τῆς ἀναλήψεως αὐτοῦ πρὸς τὸν Πατέρα,

[68] Matth. VI, 28.

A

Trium Patrum.

Cum discipulæ ex magistra, quis esset sponsus ejus, per signa et notas ipsius didicissent, scire autem cuperent, quonam abisset, sic illam compellant: *Quo abiit nepos tuus, o pulchra inter mulieres?* O quæ inter animas, imaginis et similitudinis pulchritudinem mandati transgressione perditam ideo recuperasti, quia Dei Verbo es desponsata: quando ex signis ac notis ejus abs te enumeratis, nondum ipsum in nobis conspicimus, *quonam respexit nepos tuus? et quæremus eum tecum.* Ubi dilectus tuus qui est invisibilis, aspici voluit? Indica nobis, ut te duce ad præstantiora contendentes, eum tum agendo tum contemplando pervestigemus et assequamur. His sponsa respondet: *Nepos*, inquiens, *meus descendit in hortum suum ad phialas aromatis.*

B

Dilectus meus qui substantiæ suæ celsitudine est invisibilis, reipsa tanquam in hortum suum descendit in creaturam, quam divinis voluntatibus suis ipse plantavit, et tanquam ad phialas aromatis, ad animas sibi per fidem in Deum gratas, suavissimo gratiæ sancti Spiritus odore perfusas. Quæ quidem gratia per contemplationem et actionem, imaginis et similitudinis decus in eis sic instaurat, ut sponsus in illis tanquam exemplar in signo proprio perspiciatur expressum. Descendit autem, ut dictum est, ut pascat in hortis et colligat lilia: hoc est, ut oves ratione præditas tegat et nutriat per scientiam atque virtutem, in natura tum intelligibili tum sensibili: in quibus virtutum rationes ac modi tanquam in hortis quibusdam consiti sunt; et colligat veluti lilia de spinis, nempe ex animabus quæ corporeis sollicitudinibus suffocantur, animas illas quæ rejectis ejusmodi spinis Deo parent ipsi, in Evangeliis dicenti: *Considerate lilia agri, non laborant, neque nent* [68]: Quarum etiam singula dicit: *Ego nepoti meo, et nepos meus mihi, qui pascit inter lilia.* Ego quippe Deo vivo, mortua mundo, et in me solus Christus vivit, qui regit animam quæ ipsum sequitur, et pascit in liliis, in splendoribus virtutum.

C

Pselli.

Hæc custodibus sponsa cum respondisset, illi rursus eam interrogant accuratius:

D

Quo abiit nepos tuus, o pulchra inter mulieres? Quo respexit nepos tuus? et quæremus eum tecum.

Qualis iste sit, jam intelleximus. Nunc avemus illud etiam scire, quo descenderit: nondum enim cognitam habent Verbi incarnationem, quam ineffabili ratione in terram descendens induit. Cujus quidem incarnationis mysterium ne angelis quidem, ante Verbi ascensionem ad Patrem fuisse exploratum, ex summo prophetarum Davide cogno-

sces. Cum enim angelorum Christo ministrantium ordines, quando assumptus est, valde supplicarent ac dicerent: *Tollite portas, principes, vestras et introibit* Christus *Rex gloriæ* [63]: illi dispensationis, inquit, arcanum non intelligentes, ut hæsitantes responderunt: *Quis est iste Rex gloriæ* [64]? Ac sponsæ quidem custodes ita dixerunt. Illa vero respondet angelis ipsis:

Nepos, inquiens, *meus descendit in hortum suum ad phialas aromatis, ut pascat in hortis, et colligat lilia.*

Arcana, inquit, ille ratione descendit, sicut imber super lanam, sicut ros in vellus, in uterum puræ atque immaculatæ virginis, ut in aromatum divinorum phialam mundam. Unde sine semine progrediens, eo quidem modo quo illi soli est cognitus, in animas hominum puras influxit. Has enim tu, rex, phialas aromatum intellige; hortum autem agnosce hunc mundum in quem descendit Christus, ut fideles sanctis pasceret eloquiis: divina enim eloquia vocantur lilia.

Ego nepoti meo, et nepos meus mihi.

Verum, quo planius, inquit vos doceam, ille mihi prorsus est similis. Ad similitudinem enim suam me prius ipse formavit. Post autem graviter collisam renovavit, formam meam ex virgine suscipiens. Sic igitur angelos sponsa est allocuta.

Trium Patrum.

Virtutum decus in his adolescentulis, id est, in animabus sponsus ipse considerans veluti sponsam alloquitur ad hunc modum: *Pulchra es, propinqua mea, sicut bona voluntas.* Bona es, propinqua mea, ex divinæ sapientiæ et bonitatis participatione, utpote quæ voluntati meæ per quam ex nihilo facta es, minime repugnes, sed ex ea tota pendeas, dum imaginis et similitudinis decus conservas. Quamobrem *decora* etiam es, *sicut Jerusalem.* Formosa nimirum, dum notam meam atque habitum ab omni perturbatione remotissimum defendis, in te ipsa me pacem Patris contemplaris qui te illi conciliavi. Nam Jerusalem, ut docuimus, pacis est visio. Quapropter es etiam terror, ut acies ordinata. Tota videlicet stupor, dum in contemplatione naturæ meæ incomprehensibilis obstupescis, quemadmodum et divini atque angelici ordines admiratione stupidi, inaccessæ pulchritudinis meæ reverentia et formidine contremiscunt. Proinde *averte oculos tuos a me, quoniam ipsi me avolare fecerunt.* Id est, ne coneris me qui substantiam supero, ex substantia comprehendere. Quanto enim magis in me comprehendendo laboraveris, tanto longius a mentis tuæ oculis incomprehensus avolabo. Sed eos a substantia mea quæ

A Ἄκουσον τι φησι Δαβὶδ τῶν προφητῶν ἀκρότης.
Τῶν λειτουργούντων τότε γὰρ ταγμάτων τῷ Σωτῆρι,
Πρὸς τὴν ἀνάληψιν αὐτοῦ μεγάλ' ἱκετευόντων·
Ἄρατε πύλας, ἄρατε, ταγμάτων ἀρχηγέται,
Ὡς εἰσελεύσεται Χριστὸς ὁ Βασιλεὺς τῆς δόξης.
Αἱ μὴ γινώσκοντες, φησί, τὰ τῆς οἰκονομίας,
Ἀντικεκράγασιν αὐτοῖς ὥσπερ ἐπαποροῦντες·
Τίς ἐστιν οὗτος λέγοντες, ὁ Βασιλεὺς τῆς δόξης;
Ἀλλ' οὕτω μὲν εἰρήκασιν οἱ φύλακες τῇ νύμφῃ,
Ἡ δ' ἀπεκρίθη πρὸς αὐτοὺς λέγουσα τοὺς ἀγγέλους·
Ἀδελφιδός μου κατέβη εἰς πῆσον αὐτοῦ εἰς
φιάλας τοῦ ἀρώματος, τοῦ ποιμαίνειν ἐν κήποις,
καὶ συλλέγειν κρίνα.
Ἐκεῖνος κατελήλυθε, φησὶν, ἀῤῥητοτρόπως,
Ὡς ἐπὶ πόκον ὑετὸς, ὡς ἐπὶ χλόην δρόσος,
B Ἐν τῇ γαστρὶ τῆς καθαρᾶς καὶ παναμώμου κόρης,
Καὶ εἰς φιάλην καθαρὰν τῶν θείων ἀρωμάτων,
Ἐξ ἧς ἀσπόρως προελθὼν μόνος αὐτὸς ὡς οἶδεν,
Εἰς τὰς ψυχὰς τῶν καθαρῶν ἀνθρώπων μετερῥύη.
Ταύτας γὰρ ἴσθι, δέσποτα, φιάλας ἀρωμάτων,
Ὥσπερ καὶ κῆπον γίνωσκε τοῦτον τὸν κόσμον, ἄνξ·
Ἐν ᾧ κατῆλθεν ὁ Χριστὸς, καὶ τοὺς πεπισευκότας
Ἐποίμανεν ὡς ἀληθῶς τοῖς σεβασμίοις λόγοις.
Κρίνα γὰρ ταῦτα λέγεται τὰ λόγια τὰ θεῖα.
Ἐγὼ τῷ ἀδελφιδῷ μου, καὶ ἀδελφιδός μου ἐμοί.
Ἀλλ' ἵνα τι, φησὶν, ὑμᾶς σαφέστερον διδάξω,
Ἐκεῖνος ὅμοιος ἐμοὶ τυγχάνει κατὰ πάντα·
Ἔπλασε γάρ με πρότερον ἐκείνου κατ' εἰκόνα,
Καὶ πάλιν ἀνεκαίνισε δεινῶς με συντριβεῖσαν,
Ὡς τὴν ἐμὴν ἀνειληφὼς μορφὴν ἐκ τῆς παρθένου.
C Ταῦτα μὲν οὖν λελάληκεν ἡ νύμφη τοῖς ἀγγέλοις.

Τῶν γ' Πατέρων.

Αὐτὸς ὁ νυμφίος τὴν ὥραν τῶν κατορθωμάτων ταῖς τοιαύταις ψυχαῖς ἐπικρίνων, ἤγουν, τῶν νεανίδων, οἱονεί φησι πρὸς αὐτήν· Καλὴ εἶ, ἡ πλησίον μου, ὡς εὐδοκία. Δηλονότι, Ἀγαθὴ ὑπάρχεις, ἡ ἐγγύς μου, κατὰ τὴν τῆς θείας σοφίας καὶ ἀγαθότητος μετοχήν· ὡς νῷ θελήματί μου· καθ' ὃ ἐκ τοῦ μὴ ὄντος παρήχθης, μὴ κατὰ τι ἀντικειμένη, ἀλλ' ὅλη τούτου ἐξηρτημένη, καὶ ἐν τῷ τηρεῖν τὸ κατ' εἰκόνα τε καὶ τὸ καθ' ὁμοίωσιν· ἐντεῦθεν δὲ καὶ, Ὡραία ὡς Ἱερουσαλήμ. Δηλαδὴ, Καλὴ, ὡς ἐν ἑαυτῇ σώζουσα τὸν ἐμὸν χαρακτῆρα, καὶ τὴν ἀπαθεστάτην ἕξιν ἀλώβητον, ἐμὲ τὴν εἰρήνην τοῦ Ἡατρὸς ὁρῶσα, ὅς σε τούτῳ κατήλλαξα. Ὅρασις γὰρ εἰρήνης, ὡς προείρητο, Ἱερουσαλὴμ ἑρμηνεύεται. Ὅθεν εἰ καὶ
D θάμβος, ὡς τεταγμέναι· ἤτοι, Ἐκπληξις ὅλη ἐπὶ τῇ θεωρίᾳ ἐκπληττομένη ἐμοῦ τοῦ κατ' οὐσίαν ἀκαταλήπτου· ὥσπερ καὶ αἱ θεῖαί τε καὶ ἀγγελικαὶ τάξεις θάμβους πληρούμεναι τῷ φόβῳ τοῦ ἀπροσίτου μου κάλλους κατακαλύπτονται. Διόπερ Ἀπόστρεψον ὀφθαλμούς σου ἀπέναντί μου, ὅταν αὐτοί ἀνεπτέρωσάν με· ἤγουν, Μὴ ζήτει κατ' οὐσίαν καταλαβεῖν με τὸν ὑπερούσιον, ὅτι ὅσον ἂν σπεύδῃς καταλαβεῖν με, τοσοῦτόν σου τοὺς νοεροὺς ἀφθαλμοὺς τῇ ἀκαταληψίᾳ ὑπερίπταμαι. Ἀλλὰ στρέψον τούτους ἀπὸ τοῦ κατ' οὐσίαν ἀθεωρήτου, εἰς τὸ θεωρη-

[63] Psal. XXIII, 7, 9, [64] ibid. 8, 10.

τόν μου κατ' ἐνέργειαν κάλλος. Καὶ ὄψῃ με ἐνεργητικόν τε καὶ παντοδύναμον. Πνευματικοὶ γὰρ εἰσιν οἱ ὀφθαλμοί σου. Τὸ δὲ, Τρίχωμά σου, ὡς ἀγέλαι τῶν αἰγῶν, αἳ ἀνεφάνησαν διὰ τοῦ Γαλαάδ· εἴτουν Οἱ ἐκ τοῦ νοός σου, οἷα δὴ κεφαλῆς κομώσης θρὶξ, πνευματικῶς φυόμενοι καὶ ἀναισθητοῦντες πρὸς τὰ παρόντα, πρακτικοί τε καὶ θεωρητικοὶ καὶ θεολογικοὶ δίκην εὐθαλοῦς τριχώματος αἰγῶν ἀναδεικνυμένων διά τινος ἀπόπτου ὄρους Γαλαὰδ καλουμένου, ἀνακεκαλυμμένοι ἀπὸ σκότους κακίας καὶ ἀγνοίας καὶ ἀθεΐας εἰσίν· ὅτι ἐκ τούτων μεταφαίσθησαν εἰς ἀρετὴν καὶ γνῶσιν καὶ θεοσέβειαν παρὰ τοῦ μαρτυροῦντος τοῖς πιστοῖς τὰ μέλλοντα δικαιωτήρια Εὐαγγελίου. Μετοικία γὰρ μαρτυρίας τὸ Γαλαὰδ ἑρμηνεύεται. Καὶ οὕτω μὲν Τρίχωμά σου. — Οἱ δὲ ὀδόντες σου, ὡς ἀγέλαι τῶν κεκαρμένων, αἳ ἀνέβησαν ἀπὸ τοῦ λουτροῦ, αἱ πᾶσαι διδυμεύουσαι, καὶ ἀτεκνοῦσα οὐκ ἔστιν ἐν αὐταῖς. Δηλαδὴ, Αἱ ἔννοιαί σου, δι' ὧν τὸ σωματικὸν τοῦ νόμου πάχος εἰς ἀληθῆ λεπτύνεται νοήματα, καὶ πρὸς βρῶσιν πνευματικὴν ἐπιτήδειον γίνεται, δίκην κεκαρμένων ἀγελῶν πᾶσαν ψευδῆ ὑπόληψιν περιῄρηνται, περὶ μόνην συναγελαζόμεναι τὴν ἀλήθειαν. Αἵπερ ὡς ἀπὸ λουτροῦ καθαρεύσασαι τῶν ψευδῶν ὑπολήψεων, ὑψώθησαν ἀπὸ τῶν γηΐνων καὶ σαρκικῶν πρὸς τὰ πνευματικὰ καὶ οὐράνια, διδυμοτοκοῦσαι τοὺς λόγους τῶν ἀρετῶν· καὶ ἄκαρπος καὶ ἀνωφελὴς ἐνθύμησις οὐκ ἔστιν ἐν αὐταῖς. Ὡς σπαρτίον κόκκινον χεῖλη σου, καὶ ἡ λαλιά σου ὡραία. Δηλονότι, οἷα μὲν σπαρτίον μεμετρημένον, οἷα δὲ κόκκινον ἀληθῆ τὸν λόγον προφέροντα. Ὅθεν καὶ καλὴ ἡ τούτου προφορά. Ὡς λέπυρον ῥοᾶς μῆλόν σου ἐκτὸς τῆς σιωπήσεώς σου· ἤτοι, Οἷα λέπυρον ῥοᾶς στύφουσαί εἰσιν αἱ παρειαί σου, διὰ τὸ στυγνόν τε καὶ ἀδιάχυτον, καὶ ὅτε μὴ σιωπᾷς, τῷ συνεσταλμένῳ κολαζούσης σου τὴν ἐν ταῖς ὁμιλίαις διάχυσιν.

A spectari non potest, ad pulchritudinem quæ ex operibus perspicitur, contemplandam converte. Et cernes me beneficum et omnipotentem. Spiritales enim sunt oculi tui. *Capilli* vero *sicut greges caprarum, quæ apparuerunt ex Galaad.* Cogitationes videlicet, quæ ut ex capite comæ, sicut ex mente proveniunt tua spiritualiter, nullum rerum hujus vitæ sensum habentes, sed in agendo et contemplando et divinis rebus pervestigandis occupatæ, similes sunt florentibus caprarum pilis, quæ per altum quemdam et obscurum montem qui dicitur Galaad, conspicuæ apparuerunt. Siquidem ex malitiæ et ignorantiæ atque impietatis tenebris, ad virtutis et scientiæ pietatisque lucem commigrarunt per Evangelium, quod fidelibus judici futuri testimonium reddit. Galaad enim significat, Migrationem testimonii. Ac de capillis quidem hactenus. *Dentes tui sicut greges tonsarum, quæ ascenderunt de lavacro, omnes gemellis fetibus, et sterilis non est inter eas.* Cogitationes tuæ quibus corpoream legis crassitudinem in veros sensus extenuas, et ad spiritualem cibum idoneum redigis, instar caprarum quæ tonsæ sunt, veritate tantum conservata, falsas omnes rejiciunt opiniones : et tanquam in lavacro a falsis opinionibus ablutæ, geminos virtutum edentes fructus, a rebus terrenis atque carnalibus ad spiritales et cælestes conscenderunt; neque ulla inter eas inutilis est aut infructuosa. *Sicut funiculus coccineus labia tua, et eloquium tuum decorum* [63]. Ut funiculum dimensum atque coccineum, sermonem proferunt verum : unde præclara quoque est ejus pronuntiatio. *Sicut cortex mali punici genæ tuæ, præter silentium tuum.* Propter constrictam ac minime fusam orationis vim, genæ tuæ sunt similes cortici mali punici. Et quando non taces, brevitate corrigis in concionibus dissolutionem.

Ψελλοῦ.

Ταῦτα μὲν οὖν λελάληκεν ἡ νύμφη τοῖς ἀγγέλοις.
Ἀλλ' ὁ φιλανθρωπότατος Δεσπότης καὶ νυμφίος,
Ἰδὼν βαΰζουσαν αὐτὴν καὶ κατατρυχωμένην,
Καὶ μεριμνῶσαν περιττῶς, καὶ ψηλαφῶσαν τοῦτο,
Πάλιν ἐπῆνεσεν αὐτὴν φωνήσας ἀοράτως·
Καλὴ εἶ, πλησίον μου, ὡς εὐδοκία, ὡραία ὡς
Ἱερουσαλήμ, θάμβος ὡς τεταγμέναι.
Καλὴ, φησὶ, γεγένησαι, καὶ μῶμον οὔκουν ἔχεις,
Τῇ εὐδοκίᾳ τῇ ἐμῇ καλῶς ὁμοιωθεῖσα.
Καὶ σὺ γὰρ θέλεις ἅπαντας σωθῆναι τοὺς ἀνθρώπους.
Καὶ πάλιν Ἱερουσαλὴμ καλῶς ἐξωμοιώθης,
Ἐν ᾗπερ ἀναπέπαυμαι μετὰ καὶ τοῦ Πατρός μου.
Ὅθεν καὶ θάμβος κέκτησαι, καὶ φοβερὰ τυγχάνεις
Ὡσπερ αἱ τεταγμέναι μου δυνάμεις τῶν ἀγγέλων.
Ἐμοὶ, φησὶ, λελάληκεν, ἐμοὶ σεπτὸς νυμφίος.
Λοιπὸν δὲ Πρόσχες ἐπ' ἐμοὶ τοὺς ὀφθαλμούς σου, [λέγει.
Τὸ φῶς γὰρ ἀνεπτέρωσεν ἐμὲ τῶν ὀφθαλμῶν σου,
Καὶ πάντων κατεφρόνησα τῶν κοσμικῶν πραγμάτων.

Pselli.

Hæc cum angelis sponsa loquebatur, cum humanissimus Dominus et sponsus eam clamantem et anxiam ac vehementius sollicitam, in se indagando conspicatus, rursum ad laudes ejus sese convertit invisibiliter : *Pulchra es,* inquiens, *propinqua mea, sicut bona voluntas, decora sicut Jerusalem, terror sicut acies ordinatæ.* Pulchra, inquit, facta es, et macula non est in te, merito bonæ voluntati meæ comparata. Nam tu quoque vis omnes homines salvos fieri. Præclare etiam assimilata es ipsi Jerusalem in qua cum Patre meo requievi [66]. Quamobrem et terrorem obtines, et formidabilis es, ut angelorum meorum acies ordinatæ. Mihi, inquit, locutus est venerandus sponsus meus. *Averte oculos tuos a me.* Jam conjice in me oculos tuos. *Lux* enim *oculorum tuorum avolare me fecit,* et omnia mundi negotia despexi. Sed qui *voluntatem diligentium se facit* [67], confestim divinos oculos suos in sponsam conjecit; vidensque eam vir-

[66] Cant. IV, 3. [66] Eccli. XXIV, 15. [67] Psal. CXLIV, 19.

tutibus exornatam, cœpit illam his verbis collaudare :

Capilli tui sicut greges caprarum, quæ apparuerunt de Galaad. Dentes tui sicut greges tonsarum quæ ascenderunt de lavacro, omnes gemellis fetibus, et sterilis non est in eis. Sicut funiculus coccineus labia tua, et eloquium tuum decorum. Sicut cortex mali punici genæ tuæ, præter silentium tuum[68].

His sponsam laudibus ad mulierum mores et nuptiarum amores aptissimis eponsus extulit. Sed harum tu laudum omnium explanationem, stephephore, superius a nobis accepisti. Quare jam Canticorum finem audiamus.

Sexaginta sunt reginæ, et octoginta concubinæ, et adolescentulæ quarum non est numerus. Una est columba mea, perfecta mea, una est matri suæ, electa est genitrici suæ. Viderunt illam filiæ, beatissimam prædicabunt eam. Reginæ et concubinæ laudabunt eam.

Sapientissimus ille Salomon, mirabilis ille propheta tanquam in speculo propheticis oculis, animarum quæ salutem assequuntur mores et virtutes, imo, ut vere dicam, ordines et gradus aspexit. Tres enim, ut mihi persuasi, sunt ordines eorum qui salvantur. Aut enim sunt filii, aut mercenarii, aut servi. Qui enim a teneris unguiculis ex toto corde Deum rerum omnium auctorem optimum diligunt, et amore ipsius, mundum et quæ in mundo sunt, contemnentes, Christo Verbo et sponso conjunguntur, divina gratia filiorum ordinem obtinent. Qui autem regni cœlestis cupiditate adducti ut eo potiantur, Christo diligenter inserviunt, in mercenariorum loco constituuntur. At qui peccatis omnibus obruti, ut ego infelix, cruciatuum et suppliciorum formidine resipiscunt, et pœnitentiam agunt (quorum in numero utinam ipse quoque sim per gratiam tuam, o Christe Verbum Salvator !) in servorum qui tamen salvi fiunt ordine collocantur. Has classes atque hos ordines Salomon ille prospiciens, et divino afflatus Spiritu, tanto ante cernens Verbi sponsi purissimi incarnationem, et quæ ipsum sine semine genuit, sanctissimam Dei Genitricem Mariam illam immaculatissimam, quam omnibus omnes omnium hominum generationes vocibus nunquam cessantibus, beatissimam prædicant, quia totius mundi peperit Salvatorem, hoc in sponsi persona Canticum cecinit. Tu vero, princeps stephephore, cum sexaginta reginas audis, eos intellige qui sexagenarium sibi traditum numerum talentorum decies bonis operibus multiplicantes, divina gratia filio-

[68] Cant. IV, 3.

A Ἀλλ' ὁ πληρῶν τὸ θέλημα τῶν αὐτὸν ἀγαπώντων,
Εὐθὺς ἐπέβαλεν αὐτῇ τοὺς ὀφθαλμοὺς τοὺς θείους.
Ἰδὼν δὲ ταύτην ἀρεταῖς κατακεκοσμημένην,
Ἤρξατο ταύτην ἐπαινεῖν· φησὶ γὰρ οὕτω τάδε·

Τρίχωμά σου ὡς ἀγέλαι τῶν αἰγῶν, αἳ ἀνέβησαν ἀπὸ τοῦ Γαλαάδ. Ὀδόντες σου, ὡς ἀγέλαι τῶν κεκαρμένων, αἳ ἀναβαίνουσαι ἀπὸ τοῦ λουτροῦ. Αἳ πᾶσαι διδυμεύουσαι, καὶ ἔκτεκοῦσα οὐκ ἔστιν ἐν αὐταῖς. Ὡς σκαρτίον κόκκινον χείλη σου, ἡ λαλιά σου ὡραία. Ὡς λέπυρον βοᾶς μῆλόν σου, ἐκτὸς τῆς σιωπήσεώς σου.

Οὕτως μὲν οὖν ἐπῄνεσε τὴν νύμφην ὁ νυμφίος, Γυναικικῶς, ἐρωτικῶς καὶ νυμφοπρεπεστάτως.
Σὺ δ' ἀλλὰ τούτους ξύμπαντας τῆς νύμφης τοὺς [ἐπαίνους,
B Ὡς ἑρμηνεύθης ἄνωθεν, γίνωσκε, στεφηφόρε.
Ταύτην τὴν ῥῆσιν γὰρ ἡμεῖς ἄνωθεν εὑρηκότες,
Ἐντεῦθεν ἑρμηνεύσαμεν, ὡς δυνατὸν ἦν ὅλως.
Ἀλλ' ἀκουσώμεθα λοιπὸν τοῦ τέλοτς τῶν Ἀσμάτων.

Ἑξήκοντά εἰσι βασίλισσαι καὶ ὀγδοήκοντα παλλακαὶ, καὶ νεάνιδες ὧν οὐκ ἔστιν ἀριθμός. Μία ἐστὶ περιστερά μου, τελεία μου· μία ἐστὶ τῇ μητρὶ αὐτῆς, ἐκλεκτὴ ἐστι τῇ τεκούσῃ αὐτήν. Εἶδοσαν πᾶσαι θυγατέρες, καὶ μακαριοῦσιν αὐτήν· βασίλισσαι καὶ παλλακαὶ αἰνέσουσιν αὐτήν.

Ὁ Σολομὼν ὁ πάνσοφος, ὁ θαυμαστὸς προφήτης, Προφητικοῖς ἐν ὄμμασιν εἶδεν, ὡς ἐν κατόπτρῳ, Τοὺς τρόπους καὶ τὰς ἀρετὰς ψυχῶν τῶν σεσωσμένων, Μᾶλλον δ' εἰπεῖν ὡς ἀληθῶς τὰς τάξεις καὶ τὰς βάσεις.
C Τρεῖς γὰρ εἰσιν, ὡς πέπεισμαι, τάξεις τῶν σεσω- [σμένων·
Υἱότης, μισθαρνότης τε, καὶ μετ' αὐτὴν δουλότης.
Οἱ μὲν γὰρ ἀγαπήσαντες ἐξ ὅλης τῆς καρδίας Τὸν εὐεργέτην τοῦ παντὸς ἐξ ἁπαλῶν ὀνύχων, Καὶ τῆς ἀγάπης ἕνεκα τούτου καὶ τῆς φιλίας, Τὸν κόσμον βδελυξάμενοι καὶ τὰ περὶ τὸν κόσμον, Προσκολληθέντες τῷ Χριστῷ τῷ Λόγῳ καὶ νυμφίῳ, Εἰς τάξιν ἔφθασαν υἱῶν τῇ χάριτι τῇ θείᾳ.
Οἱ δὲ γλιχόμενοι τυχεῖν τῆς ἄνω βασιλείας, Καὶ ταύτης χάριν ἔσπευσαν Χριστῷ δεδουλευκότες, Εἰς τάξιν ἔφθασαν αὐτοὶ καὶ τόπον τῶν μισθίων.
Οἱ δέ γε πλημμελήσαντες, ὥσπερ ἐγὼ ὁ τάλας Καὶ πᾶσαν ἐκτελέσαντες ἄτοπον ἁμαρτίαν, Καὶ φοβηθέντες τὰς πικρὰς βασάνους καὶ κολάσεις, Καὶ τούτου χάριν φθάσαντες εἰς τόπον μετανοίας
D (Ὡς εἴθε τούτους φθάσαιμι κἀγὼγε, Χριστέ μου [Λόγε),
Εἰς τάξιν ἐληλύθασιν δούλων, πλὴν σεσωσμένων.
Ταύτας τὰς τάξεις κατιδὼν ὁ Σολομὼν ἐκεῖνος, Προκατιδὼν δὲ μάλιστα τῷ Πνεύματι τῷ θείῳ Καὶ τὴν τοῦ Λόγου σάρκωσιν τοῦ καθαροῦ νυμφίου, Καὶ τὴν γεννήσασαν αὐτὸν ἀσπόρως Θεοτόκον, Τὴν ὄντως παναμώμητον, τὴν καθαρὰν Μαρίαν, Ἥντινα μακαρίζουσι φωναῖς ἀκαταπαύστοις Αἱ γενεαὶ τῶν γενεῶν ἁπάντων τῶν ἀνθρώπων, Ὅτι Σωτῆρα τέτοκε τῆς ὅλης οἰκουμένης·
Ταύτην ἐξεῖπε τὴν ᾠδὴν προσώπῳ τοῦ νυμφίου.

Σὺ δὲ μοι τὰς ἑξήκοντα βασιλίσσας ἀκούων,
Ἐκείνους εἶναι γίνωσκε, δέσποτα στεφηφόρε,
Τοὺς δεκαπλασιάσαντας ἐν ἀγαθοεργίαις
Τὴν δεδομένην πρὸς αὐτοὺς ἑξάδα τῶν ταλάντων,
Καὶ τόπον φθάσαντας υἱῶν τῇ χάριτι τῇ θείᾳ.
Καὶ παλλακὰς ὡς ἀληθῶς ἐκείνους εἶναι νόει,
Τοὺς ὀκτοπλασιάσαντας ἐν κόποις σωτηρίας
Τὸ δεδομένον τάλαντον αὐτοῖς ἐκ τοῦ Δεσπότου,
Καὶ γεγονότας μισθωτοὺς τοῦ Λόγου καὶ νυμφίου.
Ἀκούων δὲ νεάνιδας πολλὰς ἀναριθμήτους,
Γίνωσκε ταύτας ἀληθῶς ἁμαρτωλοὺς ἀνθρώπους,
Οἵτινες τὸ μὲν τάλαντον λαβόντες τοῦ Δεσπότου,
Εἰς γῆν αὐτὸ κατέχωσαν ἐξ ἄκρας ῥᾳθυμίας·
Καὶ δοῦλοι μὲν γεγόνασιν, ἀλλ' ὅμως σεσωσμένοι.
Τῶν σεσωσμένων οὖν τοσούτων πεφηνότων,
Ἁπάντων ὑπερέχουσα τῶν ἐπὶ γῆς ἀνθρώπων,
Ὡς ἐκλεκτὴ περιστερὰ τυγχάνει μία μόνη,
Ἡ τὸν Χριστὸν γεννήσασα Παρθενομήτωρ,
Ἡ Χερουβὶμ καὶ Σεραφὶμ ὄντως καθαρωτέρα.

A rum locum sunt assecuti. Concubinas autem eos esse cogita, qui talentum sibi a Domino assignatum laboribus salutiferis octogies multiplicantes, Verbi et sponsi facti sunt mercenarii. Innumerabiles vero adolescentulas agnosce peccatores illos qui præ nimia inertia talentum a Domino acceptum in terra defoderunt illi quidem, sed tamen salutem obtinuerunt. Inter tot animas omnium hominum qui salvantur, ut electa columba est una illa sola, quæ Christum genuit Virgo Mater puella Maria, quæ puritate profecto Cherubim et Seraphim autecellit.

B

Ἐπίλογος.

Ἔχεις τὸ σὸν ἐπίταγμα πεπληρωμένον, ἄναξ.
Ἰδοὺ γὰρ τέλος εἴληφε τὸ τῶν ᾀσμάτων Ἆσμα,
Ἀλλ' ἐρωτᾷς, ὦ κράτιστε, καὶ πλέον φιλολόγε,
Καί τί τὸ συναγόμενον ἐν καθαρᾷ τυγχάνει,
Ἐκ ταύτης τῆς προφητικῆς ᾀσματογρσφου βίβλου.
Ἅπαν τὸ συναγόμενον τοῦτο τυγχάνει μόνον,
Ὅτι τὴν φύσιν τῶν βροτῶν τὴν ἐκπεσοῦσαν πάλαι
Ὁ Λόγος ἀνεζήτησεν ὁ ταύτην πλαστουργήσας.
Εὑρὼν δὲ ταύτην, καὶ λαβὼν ἐπ' ὤμων ὁ Δεσπότης,
Εἰς οὐρανοὺς ἀνήγαγε, καὶ τῷ Πατρὶ παρέσχε,
Καὶ τῶν ἀγγέλων ἔδειξε ταύτην ὑψηλοτέραν.
Ὑπερ προγνοὺς Σολομὼν πνεύματι προφητείας,
Ποικίλως συνεγράψατο καὶ πολυπλόκως τάδε.
Ἡμεῖς δὲ τὸ ἐπίταγμα τὸ σὸν, ὦ στεφηφόρε
Ἀποπληρῶσαι θέλοντες, ὡς δοῦλοι τοῦ σοῦ κράτους,
Πολιτικοῖς ἐφράσαμεν ὡς δυνατὸν ἐν στίχοις
Τὴν τῶν Ἀσμάτων δύναμιν, ἐξήγησιν καὶ γνῶσιν.
Εἰ δ' ἴσως παρεσφάλημεν καί τι τῆς ἀληθείας,
Οὐ ξένον, οὔτε θαυμαστὸν, οὐδὲ καινὸν τυγχάνει.
Ἐχρῆν μὲν γὰρ μηδ' ὁπωσοῦν ἐπιχειρῆσαι τούνου,
Τὴν βίβλον τὴν πνευματικὴν ὅλως ἑρμηνεῦσαι·
Τοῦτο γὰρ τοῖς πνευματικοῖς εἰκός ἐστι καὶ μόνοις,
Τὸ τὰ τοῦ Ἡνεύματος λαλεῖν καὶ φράζειν καὶ διδάσκειν.
Εἰ δὲ τοῦτο γέγονε καὶ παρ' ἡμῶν ἐκ τόλμης,
Ὁ παντοκράτωρ μου Χριστὸς ἵγεως γένοιτό μοι.

C

D

Peroratio.

Mandata tua, rex, explicavimus. Ecce enim canticorum Canticum ad umbilicum pervenit. Quod si, princeps optime idemque sapientissime, quæras quidnam in summa ex hujus prophetici voluminis puritate colligatur : Mortalium naturam olim prolapsam et errabundam, Verbum a quo fuerat condita, perquisivit, inventamque atque humeris suis impositam Dominus in cœlum sustulit, Patrique obtulit, atque angelis sublimiorem declaravit. Quod spiritu prophetico prospiciens Salomon, rem vario et multiplici carmine est persecutus. Nos vero jussa tua, stephephore, capessere cupientes, ut imperio subjecti tuo, idem argumentum pro virili nostra civilibus versibus exposuimus. Quod si forte a veritatis tramite alicubi deflexerimus, id mirum aut novum memini videri debet. Nostrum enim erat provinciam hanc non attingere. Cum enim hic liber spiritu totus refertus sit, non debet nisi ab iis qui eodem pleni sunt spiritu, tractari, Verum, quando id ausi sumus, Deus omnipotens Christus mihi det veniam.

Τῶν γ' Πατέρων.

Ἑξήκοντά εἰσι βασίλισσαι καὶ ὀγδοήκοντα παλλακαὶ καὶ νεάνιδες ὧν οὐκ ἔστιν ἀριθμός· ἦγουν, αἱ τε μὴ φόβῳ τῶν ἠπειλημένων κολάσεων, ἀλλὰ πόθῳ τοῦ κληρονομῆσαι τὴν ἐπηγγελμένην τοῦ Θεοῦ βασιλείαν ἐξαπλασιάζουσαι ψυχαὶ τὰς δέκα ἐντολὰς, κατὰ λόγον ἐπιστατοῦντα ταῖς πέντε αἰσθήσεσιν, καὶ ἅμα ταύταις πληροῦντα τὸν ἓξ ἀριθμόν· καὶ αἱ κατ' ἐπιθυμίαν μὲν τῷ πονηρῷ συμπλεκόμεναι, κατὰ φόβον δὲ τῶν ἠπειλημένων κολάσεων, ἀκίνητοι κατ' ἐνέργειαν πρὸς τὰ πάθη μένουσαι. Ὁ γὰρ

Trium Patrum.

Sexaginta sunt reginæ, et octoginta concubinæ et adolescentulæ quarum non est numerus. Animæ scilicet, quæ non suppliciorum metu, sed promissum Dei regnum assequendi desiderio, per rationem quinque sensibus imperantem, atque una cum illis senarium numerum conficientem, sexies duplicant decem præcepta. Animæ item illæ, quæ cupiditate quidem ad malum inclinant, sed pœnarum comminationibus territæ ad vitia operibus implenda immotæ manent. Nam octogenarius

numerus immobilitatem, si per se ipsum spectetur, ostendit; septuagenarii autem numeri qui impar est, motum amplectitur; et animæ postremo, quæ adhuc in fide sunt rudes et adolescunt, sed *ad mensuram ætatis plenitudinis Christi* [69], nondum justitiæ operibus mundatæ atque illustratæ pervenerunt: et quia mortuam adhuc in se fidem gerunt, nondum ad earum quæ salvantur ordines ascribuntur. Ex omnibus autem ordinibus quos commemoravimus, una est columba perfecta matri suæ, electa genitrici suæ. Quæ nimirum postquam Deo credidit, et pœnarum formidine purgata est, et spe promissionum illustrata, charitatis affectione bonum colit; et nulla alia de causa, sed ipsum propter se, ut natura bonum complectitur: hæc enim una profecto est, utpote per divinitatem uni et soli Deo conjuncta, et apud ipsum immobilis manens; columba autem, ut spiritalis atque perfecta, cum omnium effectrice sapientia per amplum virtutum cultum conjuncta; atque in ipsa per singularum virtutum fructus progrediens. Qua quidem sapientia ab ancillis et mercenariis eximitur, et in filiam adoptata atque electa divinitatem per gratiam adipiscitur. *Viderunt illam filiæ, et beatissimam prædicabunt eam; reginæ et concubinæ laudabunt eam.* Recta et præclara illius facta fideles tantum ejus discipulæ quas in lavacro regenerationis ipsa genuit, expertæ sunt, et solo verbo divinam ipsam prædicabunt; quæ autem justitiæ operibus illuminatæ regnum Dei consequuntur, quæque supplicium timore a variis peccatis abstinent, ipsam etiam operibus collaudabunt.

A ὀγδοήκοντα ἀριθμὸς ἀκινησίαν καθ' ἑαυτὸν θεωρούμενος δηλοῖ, περιγράφων τοῦ ἑβδομήκοντα ἀριθμοῦ περιττοῦ ὄντος τὴν κίνησιν· καὶ αἱ κατὰ τὴν πίστιν ἔτι νεάζουσαι καὶ μὴ εἰς μέτρον ἡλικίας τοῦ πληρώματος τοῦ Χριστοῦ διὰ καθαρότητός τε καὶ φωτισμοῦ ἔργων δικαιοσύνης φθάσασαι, καὶ διὰ τὸ νεκρὰν ἔτι τὴν πίστιν ἐν ἑαυταῖς περιφέρειν, ταῖς σωζομέναις τάξεσι μηκέτι συναριθμούμεναι. Ἐκ πασῶν δὲ τῶν λεχθεισῶν τάξεων μία ἐστὶ περιστερὰ τελεία τῇ μητρὶ αὐτῆς, ἐκλεκτή ἐστι τῇ τεκούσῃ αὐτήν· ἤγουν, ἡ μετὰ τὸ πιστεῦσαι Θεῷ, καὶ φόβῳ μὲν τῶν ἀπειλῶν καθαρθῆναι, ἐλπίδι δὲ τῶν ἐπαγγελιῶν φωτισθῆναι, ἀγαπητικῶς διατεθεῖσα περὶ τὸ ἀγαθὸν, καὶ μὴ δι' ἕτερόν τι ποιοῦσα αὐτὸ, ἀλλὰ δι' αὐτὸ, ὡς φύσει καλόν· Αὕτη γὰρ μία μέν ἐστιν, ὡς
B κατὰ θέωσιν ἑνωθεῖσα τῷ ἑνὶ καὶ μόνῳ Θεῷ, καὶ παρ' αὐτῷ ἀκίνητος μένουσα. Περιστερὰ δὲ, ὡς πνευματικὴ καὶ τελεία τῇ πανταιτίᾳ σοφίᾳ, ὡς πρὸς ταύτην ἀνατατικῶς δι' ἑκάστης ἀρετῆς συναχθεῖσα, καὶ τὴν ἐν αὐτῇ ποιουμένη πρόοδον, κατὰ τὴν ἑκάστης ἀρετῆς γένεσιν. Ἥτινι σοφίᾳ καὶ ἐκλελεγμένη ἐστὶν ἀπὸ τῶν δουλίδων καὶ μισθωτῶν, ὡς υἱοθετισαμένη ταύτην κατὰ τὴν ἐν χάριτι θέωσιν. Εἶδοσαν αὐτὴν θυγατέρες, καὶ μακαριοῦσιν αὐτήν· βασίλισσαι, καὶ παλλακαὶ αἰνέσουσιν αὐτήν. Δηλονότι ἐν πείρᾳ τῶν κατορθωμάτων αὐτῆς γεγόνασιν, αἱ μόνον πισταὶ ταύτης μαθήτριαι· ἃς ἐν
C τῷ λουτρῷ τῆς παλιγγενεσίας ἀπέτεκε, καὶ μόνῳ λόγῳ αὐτὴν ἐκθειάσουσιν. Αἱ δὲ διὰ φωτισμοῦ ἔργων δικαιοσύνης τῆς τοῦ Θεοῦ βασιλείας ἀντιποιούμεναι, καὶ αἱ διὰ φόβον τῶν κολάσεων παντοίων κακῶν ἀπεχόμεναι, καὶ δι' ἔργων ἐπαινέσουσιν αὐτήν.

Trium Patrum.

Quandoquidem gloria magistræ est discipularum illuminatio et purgatio, de qua etiam dicunt:

Quæ est ista quæ progreditur quasi aurora consurgens, pulchra ut luna, electa ut sol, terribilis ut acies ordinatæ?

Vere admiranda est magistra nostra. Nam discipulis suis quæ per purgationem a tenebrarum operibus recesserunt, sed per cognitionis illustrationem nondum ad justitiæ opera pervenerunt, ut docendi ratio requirit, sese accommodat, ac præbet quasi lucem matutinam, ea celans mysteria quæ nondum valent comprehendere; atque illa tradens quibus percipiendis sunt idoneæ, futurarumque pœnarum minis eas ad finem atque obedientiam adducens. Illis vero quæ cum veritatis crediderint prædicationi, a malitiæ tamen operibus tenebrarum nondum sunt purgatæ, ita se exhibet bonam, ut pœnitentiæ disciplina quasi lunæ quamdam lucem suppeditans, ignorantiæ noctem ab eis repellat. At cum animabus illis quæ virtute præditæ tanquam in die decore ambulant, se electam gerit (qualis est sol, qui tum amplitudine tum splendore cæteris cœli luminibus antecellit), et veræ cognitionis lucem sub-

Τῶν γ' Πατέρων.

Ἐπειδήπερ δόξα τῆς διδασκάλου ἐστὶ τῶν μαθητριῶν ὁ φωτισμὸς καὶ ἡ κάθαρσις, περὶ ἧς καὶ ἐροῦσι·

Τίς αὕτη ἡ ἐκκύπτουσα ὡσεὶ ὄρθρος, καλὴ ὡς σελήνη, ἐκλεκτὴ ὡς ἥλιος, θάμβος ὡς τεταγμέναι;

Δηλαδὴ θαυμασία τίς ἐστιν ἡ διδάσκαλος ἡμῶν, ὡς ταῖς μὲν ἀποστάσαις τῶν ἔργων τοῦ σκότους διὰ καθάρσεως, μήπω δὲ τὰ ἔργα τῆς δικαιοσύνης καταλαβούσαις, διὰ φωτισμὸν γνώσεως συγκατα-
D βαίνουσα διδασκαλικῶς ἔτι ἐωθινὸν φῶς, ἐν τῷ τὰ μὲν τέως ἀχώρητα ταύταις μυστήρια κρύπτειν, παραδηλοῦν δὲ τὰ χωρητὰ, καὶ ταῖς ἀπειλαῖς τῶν μελλουσῶν κολάσεων πρὸς ὑπακοὴν ἐπιστρέφειν· ταῖς δὲ πιστευσάσαις μὲν τῷ τῆς ἀληθείας κηρύγματι, μήπω δὲ καθαρθείσαις τῶν τοῦ σκότους τῆς κακίας ἔργων, ἀγαθή ἐστιν, ὡς ταῖς πρὸς μετάνοιαν διδασκαλίαις καθάπερ τι σεληνιακὸν φῶς τὴν νύκτα τῆς ἀγνοίας τούτων καταφαιδρύνουσα· ταῖς δ' ὡς ἐν ἡμέρᾳ εὐσχημόνως περιπατούσαις ἐναρέτοις ψυχαῖς ἐκκελεγμένη ἐστὶν (οἵαπερ τις ἥλιος τῶν λοιπῶν κατ' οὐρανὸν φώτων αἴγλῃ τε καὶ μεγέθει διαφανέστερος), ὡς ἀνατέλλουσα ταύταις φῶς ἀληθοῦς γνώσεως, κἀντεῦθεν ἐκπλήττουσα τὰς ὁρώσας αὐτὴν καθάπερ

[69] Ephes. IV, 13.

ἐκφάνειά τις ἀγγελικῶν τάξεων. Καὶ ταῦτα μὲν αἱ μαθήτριαι περὶ τῆς διδασκάλου εἰρήκασι.

A ministrat; atque ita stupore ac terrore afficit se intuentes, ut instructa atque ordinata agmina angelorum. Ac de magistra quidem discipulæ ita locutæ sunt.

Τῶν γ' Πατέρων.

Ταῦτα μὲν αἱ μαθήτριαι περὶ τῆς διδασκάλου εἰρήκασι, τὰ δ' αὐτὴ περὶ τούτων πρὸς τὸν νυμφίον φησίν· Εἰς κῆπον καρύας κατέβην ἰδεῖν ἐν γεννήμασι τοῦ χειμάρρου· ἰδεῖν εἰ ἤνθησεν ἡ ἄμπελος, εἰ ἤνθησαν αἱ ῥοαί. Ἤτοι, συγκατέβην ἐκ τοῦ ὕψους τῆς μυστικῆς θεωρίας ταῖς γεωργούσαις ψυχαῖς οἱονεὶ κάρυα, κατὰ μὲν τὸ ἐκτὸς λέπυρον πικρὰ, κατὰ δὲ τὸ ἐντὸς σκληρὰ, κατ' αὐτὸν δὲ τὸν ἔνδον τῶν τοιούτων λεπύρων καρπὸν ἡδέα· τὴν τῇ πικρίᾳ τῶν ἀκουσίων πειρασμῶν καὶ τῇ σκληρότητι τῶν ἑκουσίων πεφυλαγμένην γλυκύτητα τῶν ἀρετῶν, ἀπό τε τῶν κατ' ἔλλειψιν αὐτῶν καὶ τῶν καθ' ὑπερβολὴν παθῶν· ὥστε θεάσασθαι ἐν τῇ ὑπομονῇ αὐτῶν, κυήματι οὔσῃ τῆς ῥεούσης θλίψεως ἐκ τοῦ χειμῶνος τῶν πειρασμῶν (ἡ θλῖψις γὰρ ὑπομονὴν κατεργάζεται) εἴτε εὐχαριστίᾳ, εἴτε δυσφημίᾳ προσάγεταί σοι τῷ ἰατρικῶς, ἀλλ' οὐ τιμωρητικῶς παιδεύοντι· θεάσασθαι δὲ πάλιν ἐάν τε αὐτὸς ὁ ἐν Εὐαγγελίοις εἰρηκὼς, ὅτι Ἐγώ εἰμι ἡ ἄμπελος, ἐν τῇ ὑπομονῇ ταύτῃ προδείκνυται, ὡς ἄνθος βότρυος ποιοῦντος οἶνον τῆς φύσεως ἐκστατικὸν κατὰ τὴν θεώσεως χάριν. Ὁ γὰρ ἐν ὑπομονῇ καὶ αὐτῆς τῆς ἰδίας φύσεως ὑπερορῶν, τὴν ὑπὲρ φύσιν τῆς θεότητος δέχεται χάριν· καὶ ἐὰν αἱ δίκην ῥοιῶν τῷ μὲν φαινομένῳ λεπύρῳ στυφουσῶν, τῷ δ' ἐντὸς τούτου κεκρυμμένῳ καρπῷ τοὺς γευομένους γλυκαινουσῶν, πεφυλαγμέναι μὲν τῷ τοῦ φόβου σου στυπτικῶς, εὐφραίνουσαι δὲ τοὺς γευσαμένους τῇ τῆς εἰς σὲ ἐλπίδος γλυκύτητι ἀρεταί· δηλαδὴ ἡ φρόνησις καὶ ἡ ἀκεραιότης δίκην ἀνθοῦντος καρποῦ ἐδείχθησαν ἐν τῇ ὑπομονῇ· ἡ μὲν φρόνησις, τὴν εἰς σὲ πίστιν, ὥς τινα κεφαλὴν ἀπὸ τοῦ ἐχθροῦ φυλάττουσα ἄτρωτον· ἡ δ' ἀκεραιότης, τὴν εἰς τὸν πλησίον ἀγάπην ἀσάλευτον ἐν ταῖς τῶν πειρασμῶν ποικίλαις ἐπαγωγαῖς· καθὼς αὐτὸς ἐν Εὐαγγελίοις εἴρηκας· Ἰδοὺ ἐγὼ ἀποστέλλω ὑμᾶς, ὡς πρόβατα [ἐν] μέσῳ λύκων. Γίνεσθε οὖν φρόνιμοι ὡς οἱ ὄφεις, καὶ ἀκέραιοι ὡς αἱ περιστεραί. — Ἐκεῖ δώσω τοὺς μαστούς μού σοι. Πάντως ἐν τῷ εἰρημένῳ κήπῳ τῶν ἀρετῶν, ὅς ἐστιν αἱ ἐν ταύταις πεφυτευμέναι μαθήτριαι, τὴν εἰς αὐτὰς ἠθικὴν καὶ φυσικὴν διδασκαλίαν μου, αἷς οἷάπερ γάλακτι φυσικῇ καὶ καταλλήλῳ τροφῇ ταύτας τρέφουσα. προστάξω σοι τῷ νυμφίῳ, ὡς ἐντεῦθεν τὸ σόν τε ποιοῦσα θέλημα καὶ σοὶ τὰς μαθητευομένας μοι προσάγουσα. Εἶτα στρέφουσα τὸν λόγον πρὸς τὰς μαθητευομένας οἱονεί φησι πρὸς αὐτὰς, ὅτι, Εἰ καὶ συγκατέβην ὑμῖν ἐκ τοῦ μυστικώτερον ὁρᾶν ἐν ἑαυτῇ τὸν νυμφίον μου, εἰς τὸ θεάσασθαι αὐτὸν καὶ ἐν ὑμῖν, ὡς εἶρηκα. Ἀλλὰ οὐκ ἔγνω ἡ ψυχή μου. Δηλαδὴ οὔπω ἐθεασάμην αὐτὸν ἐν ὑμῖν, ὡς μὴ τελειωθείσας ἔτι κατὰ Χριστόν· οὗτος δ' ἐντεῦθεν ἔθετό με ἅρματα Ἀμιναδάβ· εἴτουν, πεποίηκέ με ὀχήματα ἑαυτοῦ, ὡς ταῖς διδασκαλίαις φέρουσαν αὐ-

Trium Patrum.

Hæc quidem discipulæ de magistra dixerunt. Ipsa vero de discipulis ad sponsum ita loquitur : *In hortum nucis descendi, ut viderem in germinibus torrentis : ut viderem, an floruisset vinea, an floruissent mala punica.* De mysticæ comtemplationis sublimitate descendi ad animas virtutis excultrices, tanquam ad nuces, quarum cortex exterior alter quidem amarus, alter autem durus est : nucleus autem qui his corticibus includitur, jucundus : dulcedo nimirum virtutum, quæ tum amaritudine gravium tentationum, tum asperitate laborum sponte suceptorum, a pertubationibus et vitiis in defectu atque excessu consistentibus in medio conservantur : ut viderem in patientia ipsarum, quæ veluti partus quidam ex tribulatione tanquam ex torrente tentationum (tribulatio enim patientiam operatur) vel per gratiarum actionem, vel per lamentationem offertur tibi non acerbe, sed medici more castigantis; ut viderem rursus, an is qui in Evangeliis dixit : *Ego sum vitis*[70], in hac patientia appareat sicut flos botri vinum naturam obstupefaciens per divinitatis gratiam producentis. Qui enim ipsam quoque naturam propriam per patientiam despicit, divinitatis gratiam natura præstantiorem adipiscitur. *An floruissent mala punica.* An (quæ instar malorum punicorum, quibus cortex quidem extrinsecus adest astringendi vim habens, intrinsecus autem inest fructus gustantibus dulcedinem afferens) virtutes illæ timoris tui austeritate conservatæ, gustantium autem animos spei in te dulcedine delectantes, nempe prudentia et simplicitas ad similitudinem fructus florescentis exstarent in patientia : prudentia quidem fidem erga te ab hostis ictibus, veluti caput quoddam integrum servans : simplicitas autem dilectionem erga proximum in variis tentationum invasionibus. Quemadmodum in Evangeliis ipse dixisti : *Ecce mitto vos sicut oves inter lupos. Estote ergo prudentes sicut serpentes, et simplices sicut columbæ*[71]. — *Illic dabo tibi ubera mea*[72]. In eo nimirum virtutum horto quem dixit, quæ sunt discipulæ in ipsis plantatæ, naturalem et moralem doctrinam meam, quarum quasi mutuo ac naturali quodam lactis cibo ipsas nutrio, præbebo tibi sponso, ea ratione obtemperans voluntati tuæ, atque illas tibi a me institutas adducens. Tum ad discipulas convertens sermonem : Descendi, inquit, ad vos ab illa magis arcana speculatione qua sponsum meum in me ipsa contemplor, ut viderem ipsum in vobis, quemadmodum dixi. Sed non novit anima mea. Nondum profecto illum in vobis perspexi, quæ quidem adhuc

[70] Joan. xv, 5. [71] Matth. x, 16. [72] Cant. vii, 2.

perfectæ non estis secundum Christum. Hic autem idcirco posuit me currus Aminadab, hoc est, currus me suos constituit, quæ disciplinis, eum in me ipsa ad vos, habita cujusque vestrum ratione, perferrem. Aminadab enim interpretamur, Princeps populi, qui Christus est nostræ salutis auctor.

A τὸν ἐφ' ἑαυτῆς πρὸς ὑμᾶς διαφόρως καὶ καταλλήλως ὑμῖν. Ἀμιναδὰβ γὰρ, ἄρχων λαοῦ, ἑρμηνεύεται· ὅς ἐστι Χριστὸς ὁ ἀρχηγὸς τῆς σωτηρίας ἡμῶν.

Trium Patrum.

Discipulæ dicunt ad sponsam :

Revertere, revertere Sulamitis : revertere, revertere : et intuebimur in te.

Ab arcanæ contemplationis sublimitate ad molem quatuor generalium virtutum doctrinam descende, atque ex quadruplici earum ratione, nos quæ pertubationibus adhuc commovemur, rege atque institue, o Sulamitis, o quæ ab omnibus perturbationis libera tranquillitatis et pacis nomen habes; et ea spectabimus in te, quæ propter nostram B imperfectionem adhuc in nobis non vidimus. Quærit autem a discipulis sponsa, *Ecquid in Sulamitide quæ venit sicut chori castrorum*[73], sint conspecturæ? Quidnam conspicietis in me pacifica (ut quæ non amplius per actionem, in hostili certamine, animi affectionem per corpus ostendo, sed ratione et scientia propter perfectionem veris in bonis permaneo), quæ ex perturbationum bello multiplex redeo, sicut chori quidam ex prælio revertentium victoriæ præconium celebrantes? Cum enim strenue vos in certamine adversus vitia, virtutum institutis et moribus gesseritis, horum rationes uti victoriæ laudes scite concinitis.

Τῶν γ' Πατέρων.

Αἱ δὲ μαθήτριαί φασι πρὸς τὴν νύμφην·

Ἐπίστρεφε, ἐπίστρεφε, ἡ Σουλαμῖτις, ἐπίστρεφε, ἐπίστρεφε, καὶ ὀψόμεθά ἐν σοί.

Ἤτοι, συγκατάβαινε ἀπὸ τοῦ ὕψους τῆς μυστικῆς θεωρίας πρὸς τὴν διὰ τῶν τεσσάρων γενικῶν ἀρετῶν ἠθικὴν διδασκαλίαν ἡμῶν. Συμμετριάζουσα κατὰ τὰς εἰρημένας ἀρετὰς τετραχῶς ταῖς ἔτι ὑπὸ παθῶν ὀχλουμέναις ἡμῖν, ἡ δι' ἐπάθειαν ἑρμηνεύουσα· ἡ Σουλαμῖτις γὰρ, εἰρηνεύουσα, ἑρμηνεύεται· καὶ θεασόμεθα ἐν σοὶ ἃ μήπω ἐν ἑαυταῖς ἑωράκαμεν διὰ τὴν ἡμετέραν ἀτέλειαν. Ἐρωτᾷ δ' αὐτὴ αὐτάς· Τί ὄψεσθε ἐν τῇ Σουλαμίτιδι, ἡ ἐρχομένη ὡς χοροὶ τῶν παρεμβολῶν, ἤγουν, Τί ἐν ἐμοὶ θεάσεσθε τῇ εἰρηνευούσῃ; ὡς μηκέτι πολεμικῶς καὶ ἀγωνιστικῶς κατὰ πρᾶξιν τὴν κεκρυμμένην μου διάθεσιν φανερούσῃ διὰ τοῦ σώματος· ἀλλὰ λογικῶς καὶ γνωστικῶς τοῖς ἀληθῶς ἀγαθοῖς ἐμμενούσῃ διὰ τελειότητα, ἡ ἐκ τοῦ τῶν παθῶν πολέμου ἐπανερχομένη πληθύς· ὥσπερ τινὲς ἐπινικίους ᾄδοντες ὕμνους χοροὶ τῶν ἐκ πολέμου ἐπανερχομένων. Γενναίως γὰρ ἐν τῷ κατὰ τῶν παθῶν πολέμῳ ἀγωνισάμεναι κατὰ τοὺς τρόπους τῶν ἀρετῶν, ὡς ἐπινικίους ὕμνους τοὺς τούτων λόγους ᾄδετε γνωστικῶς.

Trium Patrum.

Discipulæ autem sponsam sic incipiunt collaudare : *Quam pulchri facti sunt gressus tui in calceamentis, filia Nadab!* Mirabilem ostendunt pulchritudinem gressus tui, quibus te nobis per virtutum actiones accommodas, quo in earum moribus tanquam in calceamentis incedens, per corpus eas nobis imperfectis demonstres, ut ad virtutem informemur exemplo tuo filia Dei : quippe quæ, ut patris, audis sermones ejus, qui omnibus, etiamsi nolint, tibi, autem volens dominatur. Nadab enim est princeps, sive dux, qui sponte imperat. Sic autem per virtutem pulchri sunt gressus tui, quia *concinnitates femorum tuorum* sunt *sicut monilia, quæ fabricata sunt manu artificis*. Recte videlicet rationeque compositi motus potentiarum in generatione ac D corruptione consistentium (cupidatem atque iracundiam dico) quasi ab artifice ratione, ab iis quæ generantur et corrumpuntur, ad superiora inflexi, similes sunt monilibus artificum fabrefactis et figura flexis. Quamobrem et *umbilicus tuus crater tornatilis*, non indigens poculo. Omnino vis sensitiva tua (per quam, ut per umbilicum infans in utero rerum sensibilium speculatione, tu ab omnium matre sapientia comprehensa et *malitia parvula*[74] naturaliter nutriris) receptaculum est naturalis rerum visibilium cognitionis, recte gladio Spiritus exsectum

C

Τῶν γ' Πατέρων.

Αἱ δὲ μαθήτριαι τὸν τῆς νύμφης ἔπαινον ποιεῖσθαι ἀπαρχόμεναι, φασί· Τί ὡραιώθησαν διαβήματά του ἐν ὑποδήματι, θύγατερ Ναδάβ! δηλονότι, Θαυμάσιον κάλλος ἐνδείκνυνται αἱ κατὰ τὰς ἀρετὰς συγκαταβατικαὶ πρὸς ἡμᾶς πορεῖαί σου ἐν τοῖς τούτων κατὰ πρᾶξιν τρόποις, οὓς οἱάπερ ὑποδήματα ὑποδίδενται, ἵνα διὰ σώματος δειχθῶσι ταῖς ἀτελέσιν ἡμῖν, καὶ τυπωθῶμεν πρὸς ἀρετὴν τῷ κατὰ σὲ παραδείγματι. θύγατερ Θεοῦ· ὡς ἀκούουσα τῶν λόγων αὐτοῦ, οἷα πατρὸς, ὃς πάντων μὲν κἂν μὴ θέλωσιν ἄρχει· σοῦ δὲ καὶ ἑκουσίως. Ναδὰβ γὰρ ἄρχων ἢ ἡγεμὼν ἑκουσιαζόμενος ἑρμηνεύεται· οὕτω δ' εἰσὶν αἱ κατ' ἀρετὴν πορεῖαί σου ὡραῖαι· ὅτι Ῥυθμοὶ μηρῶν σου ὅμοιοι ὁρμίσκοις, ἔργα χειρῶν τεχνίτου. Δηλαδὴ αἱ κατὰ λόγον εὔτακτοι κινήσεις τῶν περὶ τὸ ἐν γενέσει καὶ φθορᾷ καταγινομένων πρακτικῶν σου δυνάμεων· τῆς ἐπιθυμίας, λέγω, καὶ τοῦ θυμοῦ, ὡς ὑπὸ τεχνίτου τοῦ λόγου ἀπὸ τῶν γενητῶν καὶ φθαρτῶν πρὸς τὰ ὑπὲρ ταῦτα καμπτόμεναι, παρεικάζονται ὁρμίσκοις εἰργαζομένοις ὑπὸ χειρῶν τεχνίτου, καμπτοῖς τῷ σχήματι. Ὅθεν καὶ Ὁ ὀμφαλός σου κρατὴρ τορευτὸς, μὴ ὑστερούμενος κρᾶμα. Πάντως τὸ αἰσθητικόν σου (δι' οὗ ὡς δι' ὀμφαλοῦ τὸ ἐν μήτρᾳ βρέφος τρέφῃ, φυσικῶς τῇ κατ' αἴσθησιν θεωρίᾳ τῶν ὄντων, συλληφθεῖσα ὑπὸ τῆς πάντων μητρὸς σοφίας, καὶ τῇ

[73] Cant. VII, 1. [74] I Cor. XIV, 20.

κακίᾳ νηπιάζουσα) δοχεῖόν ἐστι τῆς φυσικῆς τῶν ὁρατῶν γνώσεως, καλῶς τῇ μαχαίρᾳ τοῦ Πνεύματος ἐξεσμένον καὶ τῆς ἀπάτης ἀπηλλαγμένον· κάντεῦθεν ὡς μὴ ἀλόγως τῶν αἰσθητῶν ἀντιλαμβανόμενον, οὐ ψιλὰς τὰς ἐπιφανείας τῶν ἀρετῶν ἐπιφέρεται, ἀλλὰ πάσας τοῖς πνευματικοῖς τούτων λόγοις κεκερασμένας. Ἡ δὲ κοιλία σου θημονία σίτου πεφραγμένη ἐν κρίνοις· ἤτοι, Τὸ φανταστικόν σου, ὅπερ, οἷα κοιλία σὺν τοῖς περιττώμασι τοὺς ἐκ τῶν βρωμάτων χυμοὺς ἀδιακρίτους τούτων ἐπιφερομένη,) ἅμα ταῖς ἐπιφανείαις τῶν ὁρατῶν τοὺς τούτων ἐπιφέρεται λόγους, ἀπόθεσίς ἐστι καὶ διαμονὴ (ὅπερ τὸ θημονία δηλοῖ) τοῦ ἔνδοθεν τῶν φανθεισῶν ἐπιφανειῶν, ὡς ὑπὸ ἀσταχύων σίτου περικαλυπτομένου τῆς ἐν ὅλοις ἀληθείας λόγου, ἄχρις ἂν μετ' ἐπιστήμης διακρίνασα ἀφελκύσηται αὐτὸν ἡ διάνοια, καὶ γυμνὸν παντὸς ἐπικαλύμματος καὶ προβλήματος, παραπέμψῃ τῷ νῷ, Πεφυλαγμένη δέ ἐστιν ἡ ἀπόθεσις αὕτη ἡ διὰ τῶν κρίνων τοῦ ἀγροῦ παραδειγματιζομένη ἐν Εὐαγγελίοις, ἀμεριμνίᾳ, ἵνα μὴ ὑπὸ τῶν τοῦ βίου διαφθαρῇ μεριμνῶν, καὶ τοῦ ἐν ταύτῃ πνευματικοῦ καρποῦ ὁ καλὸς γεωργὸς νοῦς στερηθῇ. Καὶ οὕτω μὲν ἡ κοιλία σον. Οἱ δὲ δύο μαστοί σου, ὡς δύο νεβροὶ δίδυμοι δορκάδος· ἦγουν, Ἡ φυσικὴ καὶ ἡ ἠθικὴ διδασκαλία σου· δι' ὧν τὰς ἀτελεῖς τρέφεις ἡμᾶς, οἱάπερ γάλακτι τοῖς φυσικοῖς λόγοις καὶ τρόποις πρὸς τὴν ἐν Χριστῷ τελειότητα· ἅμα ἐκ σοῦ κγτὰ μὲν θεωρίαν ὀξυδερκῶς, κατὰ δὲ πρᾶξιν ὀξυδρόμως προΐασιν· ὡς μήτε τὸν λόγον ἄπρακτον, μήτε τὴν πρᾶξιν ἄλογον ἐπιδεικνυμένης. Πρὸς τούτοις δὲ. Τράχηλός σου, ὡς πύργος ἐλεφάντινος, Εἴτουν, Τὸ συνάπτον τῷ νῷ τὴν αἴσθησιν λογικόν σου, καθάπερ τράχηλος τῇ κεφαλῇ τὸ λοιπὸν σῶμα, οἷα μὲν πύργος αἴρεται καν' ἀρετὴν ἀπὸ τῶν σαρκικῶν πρὸς τὰ πνευματικὰ καὶ οὐράνια· οἷα δ' ἐλεφάντινος λεῖον ὑπάρχει καὶ καθαρὸν διὰ τὸ ἀπηλλάχθαι τῆς κατ' ἔλλειψιν ἀρετῆς, κηὶ ὑπερβολὴν μολυντικῆς τῶν ψυχῶν ἀνισότητος. Καὶ ὀφθαλμοί σου, ὡς λίμναι ἐν Ἐσσεβὼν ἐν πύλαις θυγαθρὸς πολλῶν. Δηλαδή, Αἱ θεωρητικαὶ τῆς ψυχῆς σου δυνάμεις, οἵάπερ λίμναι συναγωγοὶ τῶν ἐν αὐταῖς εἰσρεόντων ὑδάτων συνάγουσι ἐν τῇ αὐξήσει τῆς κατ' ἀρετὴν θείας καρποφορίας (ὅπερ τὸ Ἐσσεβὼν ἑρμηνεύεται) διὰ μέσων τῶν αἰσθήσεων, δι' ὧν ὥς τινων πυλῶν εἰς νοερὰν ψυχὴν ἡ τῶν ὅλων γνῶσις εἰσίέναι πέφυκε, τὴν τικτομένην κατὰ θεωρίαν γνῶσιν, ἐκ τῆς διαφόρου φύσεως τῶν ὄντων. Πρὸς δὲ τούτοις. Μυκτήρ σου ὡς πύργος τοῦ Λιβάνου, σκοπεύων πρόσωπον Δαμασκοῦ· Δηλονότι, Τό (οἱάπερ εὐωδίαν ἀπὸ δυσωδίας, χωρίζον τὰς ὑπηθήκας τῶν εἰς διακονίαν ἀποστελλομένων, διὰ τοὺς μέλλοντας κληρονομεῖν σωτηρίαν, λειτουργικῶν πνεύματων, ἀπὸ τῶν ὑπερβολῶν τῶν τῆς πονηρίας πνευματων) διακριτικόν σου, οἱονεὶ πύργος ὑψηλότατος κατὰ τὸν Λίβανον ὄρος, ἀποβλέπον κατὰ τὸ πρόσωπον τῆς πόλεως Δαμασκοῦ, καὶ τὰς ἐκεῖθεν τῶν ἐχθρῶν ἐφόδους τῷ Ἰσραὴλ μηνύον· ἐξ ὑψηλο-

et ab omni fraude sejunctum, ac propterea haud temere, quæ sub sensum cadunt, percipiens, non simplices virtutum species affert, sed omnes spiritalibus earum rationibus temperatas. *Venter* autem *tuus sicut acervus tritici vallatus liliis.* Vis nimirum imaginativa, quæ quidem (ut venter simul cum rebus superfluis ciborum succos ab illis indiscretos continet) una cum rerum visibilium speciebus earum rationes gerit, est repositio et conservatio (quod quidem acervus indicat) rationis rerum omnium veritatis, quæ inter species, ut inter spicas triticum, circumtecta includitur, donec per scientiam cogitatio ipsam distinguens attraxerit, nudamque ab omni integumento ac dubitatione ad mentem transmiserit. Circumvallata autem custodita est hæc repositio tranquillitate, quæ agri liliorum exemplo in Evangeliis declaratur[75], ne istius vitæ sollicitudinibus mens quasi bonus agricola spiritali ipsius fructu privetur. Atque ita quidem se venter habet. *Duo* autem *ubera tua, sicut duo hinnuli gemelli capreæ.* Naturalis et moralis doctrina qua nos imperfectos tanquam lacte, tum rationibus naturalibus, tuum moribus ad eam quæ in Christo est perfectionem nutrit: pariter ex te tum acute per contemplationem, tum per actionem celeriter fluit: cum neque rationem sine actione, neque actionem sine ratione doceas esse conplectendam. Ad hæc *collum tuum sicut turris eburnea.* Rationis vis, quæ ut collum capiti corpus reliquum, ita menti sensum connectit. turris quidem instar per virtutem a rebus carnalibus ad spiritales ac cœlestes extollitur; levis est autem et pura quæ est ebur, quoniam ab inæqualitate quæ in excessu defectuque virtutis inest et animas inquinat, est remotissima. Et *oculi tui sicut piscinæ in Essebon in portis filiæ multorum.* Animæ tuæ potentiæ speculativæ, tanquam piscinæ aquas quæ in se influunt, colligentes, in divinæ ubertatis (id enim significat Essebon) per virtutum incrementa, sensuum opera per quos quasi per quasdam portas in animam intellectivam cognitio rerum ingreditur, ex varia rerum natura colligunt cognitionem, quæ ex contemplatione comparatur. Præterea *nasus tuus sicut turris Libani, quæ respicit faciem Damasci.* Nempe vis discernendi (quæ ut suavitatem a fœditate, sic ea quæ suggerunt *ministri spiritus in ministerium missi propter eos qui salutis hæreditatem consequentur*[76], ab iis quæ a nequitiæ spiritibus suggeruntur dijudicat) est veluti celsissima turris super montem Libanum sita quæ respicit faciem urbis Damasci, atque inde hostium adventum indicat Israeli: spirituum immundorum impetus et insidias respicit et discernit, ipsorumque dolos menti tuæ Deum, quoad licet, intuenti denuntians, te ab eorum fraudibus et injuriis integram conservat. Talis autem est vis tua discernendi ac judicandi, quoniam caput tuum ut Carmelus super te (Christus

[75] Matt. VI, 18. [76] Hebr. I, 14.

utique sponsus tuus, *vivens atque efficax Verbum pertingens usque ad divisionem animæ ac spiritus* [77]) cognitio est circumcisionis, quæ in te est (sic enim Carmelum interpretamur) amputans a te quod ab ortu habes vitiorum integumentum, gladio Spiritus. Ex quod fit ut mentis tuæ oculus intelligibilium hostium astutias facile perspicere valeat, nulla perturbatione tenebras offundente. Quamobrem et *coma capitis tui sicut purpura* : Christi doctrina videlicet rationum et morum nexu contexta, tanquam regis indumentum est animi tui amictus, in quo ille pertubationibus dominatur, et est *rex vinctus in transcursibus* : hoc est nulli subjectus perturbationi, sed divinæ illius quam diximus, doctrinæ funiculo ligatus in transcursibus præsentis vitæ, ne rerum sensibilium et caducarum lubrico prolabatur.

τάτης γνώσεως τὰς ἐπελεύσεις τε καὶ ἐνέδρας τῶν ἀκαθάρτων πνευμάτων ἀποβλέπει καὶ διακρίνει, καὶ τοὺς δόλους αὐτῶν τῷ κατὰ τὸ δυνατὸν Θεὸν ὁρῶντι νοΐ σου μηνύον, ἀνέπαφον σε τῆς παρ' αὐτῶν βλάβης διατηρεῖ. Τοιοῦτον δέ σού ἐστι τὸ διακριτικόν · ὅτι Κεφαλή σου ἐπὶ σὲ, ὡς ὁ Κάρμηλος. Πάντως, Ὁ Χριστὸς ὁ νυμφίος σου, ὁ ζῶν καὶ ἐνεργὴς Λόγος, καὶ διικνούμενος ἄχρι μερισμοῦ ψυχῆς καὶ πνεύματος, ἐπίγνωσίς ἐστιν τῆς ἐν σοὶ περιτομῆς (ὅπερ ὁ Κάρμηλος ἑρμηνεύεται), περιελών σου τὸ ἀπὸ γενέσεως τῶν παθῶν κάλυμμα τῇ μαχαίρᾳ τοῦ Πνεύματος · κἀντεῦθεν τὸ ὄμμα τῆς διανοίας σου καθαρῶς ὁρᾷν δύναται τὰς μηχανὰς τῶν νοητῶν ἐχθρῶν, μή τινος πάθους ἐπισκοτοῦντος αὐτῷ. Διόπερ, καὶ Πλόκιον κεφαλῆς σου ὡς πορφύρα · ἤτοι, Ἡ διὰ λόγων καὶ τρόπων πλεχθεῖσά σοι διδασκαλία αὐτοῦ Χριστοῦ, οἷα βασιλέως ἔνδυμά ἐστι αὐτοκράτωρ, καὶ ὑπάρχει βασιλεὺς δεδεμένος ἐν ἀλλὰ τῇ σχοίνῳ τῆς εἰρημένης θείας διδασκαλίας

τοῦ νοός σου περιβολὴ, ἐν ᾗ οὗτος παθῶν γίνεται παραδρομαῖς · ἤγουν, μή τινι ὑποκείμενος, πάθει · δεδεσμημένος ἐν παρόδοις τῆς παρούσης βιοτῆς, ἵνα μὴ καταπέσῃ τῷ κατ' αἴσθησιν τῶν προσκαίρων ὀλισθηρῶν.

Trium Patrum.

Quam decora, et quam jucunda facta es. Admirabili circum data est pulchritudine, ea nimirum quæ pervenit ad te ex similitudine et exemplari : et sponso conjuncta atque illo fruens, referta es incredibili jucunditate spirituali. Etnim *charitas in deliciis* tuis, quæ quidem ex virtute proficiscuntur. Cum enim gustaveris atque perspexeris Christum esse Dominum, non amplius in timore illo bono versaris, sed tota ex ipsius pendes charitate quæ timorem expellit. Unde *magnatudno tua palmæ similis facta est.* Tua videlicet ex virtute sublimitas assimilata est palmæ, quæ radice haud ita in profundum tendit, sed vertice sublimis admodum extollitur. Tu item de rebus terrenis leviter cogitans, quantum corporis necessitas urget mentis altitudine cœlos attingis, cum *ad mensuram ætatis plenitudinis Christi* [78] perveneris. *Et ubera tua sicut botri.* Ubera nimirum doctrinæ tuæ tum moralis tum naturalis, quibus nos adhuc infantes ad pietatem erudiens aluisti, nunc similia facta sunt palmæ botris, dum nos ad perfectionem progredientes diviniore doctrina pascis, quasi melita botrorum palmæ dulcedine. Itaque magnitudo doctrinæ tuæ palmæ comparata, est discipularum abs te institutarum multitudo. *Dixi, Ascendam in palmam, apprehendam altitudines ejus : et erunt ubera tua sicut botri vineæ.* Mecum ipsa deliberans dixi, Ascendam per virtutis imitationem ad perfectionem doctrinæ tuæ : et per contemplationem apprehendam ejus sublimitatem. Et disciplinæ tuæ, ubera quæ me naturilater nutriunt, erunt omnino sicut botri veræ vitis qui Christus est : præbentes mihi gratiam divinitatis, quæ vini more a natura mentem dimovet et supra naturam transfert. *Unde odor* etiam *naris tuæ sicut poma.* Gratia scilicet sancti Spiritus men-

Τῶν γ' Πατέρων.

Οὐσιώδης ἕνωσίς ἐστιν ἡ τὰς πολλὰς ὑποστάσεις εἰς μίαν οὐσίαν συνάγουσα, οἷον οἱ κατὰ μέρος πάντες ἄνθρωποι διῃρημένοι εἰσὶ κατὰ τὰς ὑποστασεις, ἡνωμένοι δὲ κατὰ τὴν οὐσίαν, ἤτοι τὸν λόγον τῆς ἀνθρωπότητος. Αὕτη οὖν ἡ ἕνωσις τῶν ὑποστάσεων κατὰ τὴν μίαν οὐσίαν λέγεται οὐσιώδης ἕνωσις. Οὐσιώδης δέ ἐστι διαφορὰ, ὅταν αἱ ἑνωθεῖσαι φύσεις εἰς μίαν ὑπόστασιν ἀσύγχυτοι καὶ ἀμείωτοι μένωσιν. Οἷον αἱ δύο φύσεις τοῦ Χριστοῦ, ἤτοι ἡ θεότης καὶ ἡ ἀνθρωπότης, εἰς μίαν συνελθοῦσαι ὑπόστασιν οὐ συνεχύθησαν οὐδὲ ἐμειώθησαν, ἀλλ' ἔχουσιν οὐσιώδη τὴν διαφοράν. Ἑκάστη γὰρ τῶν δύο φύσεων ἄφυρτός ἐστι καὶ ἀτύγχυτος κατὰ τὸν τῆς οὐσίας λόγον, καὶ διαφέρουσιν ἀλλήλων, οὐ κατὰ τὴν ὑπόστασιν· μία γὰρ ἀμφοῖν ἡ ὑπόστασις· ἀλλὰ κατὰ τὴν οὐσιώδη διαφοράν.

8. *De personali unione et differentia.*

Personalis unio est, quæ diversas essentias et naturas in unam personam et unam eamdemque hypostasin colligens ac constringens, ut in incarnatione Domini nostri Jesu Christi unio intercessit personalis. Duæ enim naturæ in ipso in unam eamdemque personam inconfuse sunt unitæ. Personalis vero differentia est, quando sub una et communi essentia comprehensæ personæ invicem numero distinguuntur, et proprietatibus tanquam certis notis plures constituunt, quemadmodum tu et ego atque quivis alii homines proprietatibus et characteribus distincti ab invicem sumus, et personaliter differimus. Sic verbi gratia ego sum paulo procerior, fusco colore, et subalbus. Tibi statura medio-

η'. Περὶ ὑποστατικῆς ἑνώσεως καὶ διαφορᾶς.

Ὑποστατικὴ ἕνωσίς ἐστιν ἡ τὰς διαφόρους οὐσίας καὶ φύσεις εἰς ἓν πρόσωπον καὶ μίαν τὴν αὐτὴν ὑπόστασιν συνάγουσά τε καὶ συνδέουσα, οἷον ἐπὶ τῆς οἰκονομίας τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ὑποστατικὴ ἐγένετο ἕνωσις. Αἱ γὰρ δύο φύσεις αὐτῷ εἰς μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ὑπόστασιν ἀσυγχύτως ἡνώθησαν. Ὑποστατικὴ δέ ἐστι διαφορὰ, ὅταν αἱ ὑπὸ τὴν μίαν οὐσίαν ὑποστάσεις διῄρηνται ἀπ' ἀλλήλων εἰς ἀριθμὸν καὶ πλῆθος ἐπὶ τοῖς χαρακτηρικοῖς ἰδιώμασιν, οἷον σὺ καὶ ἐγὼ καὶ πάντες οἱ κατὰ μέρος ἄνθρωποι τοῖς χαρακτηρικοῖς ἰδιώμασι διαφέρομεν ἀλλήλων κατὰ τὰς ὑποστάσεις. Ὡς φέρε εἰπεῖν ἐγὼ μὲν εἰμὶ μακρὸς, μελάγχρους, ὑποψελλὸς, σὺ δὲ μεσῆλιξ, λευκὸς, τὸν προφορικὸν λόγον ὑγιής. Ὡσαύτως καὶ

οἱ λοιποὶ κατὰ μέρος ἄνθρωποι τοῖς τοιούτοις ἰδιώμασιν ὑποστατικὴν διαφορὰν ἔχουσιν.

θ'. Περὶ σχετικῆς ἑνώσεως καὶ διαφορᾶς.

Σχετικὴ ἕνωσίς ἐστι φιλικὴ διάθεσις, ἢ θελημάτων ὁμονοητικὴ ὁμόνοια. Οἱ γοῦν φιλίαν πρὸς ἀλλήλους ἔχοντες, κατὰ τὸ εἶδος τῆς φιλίας λέγονται ἔχειν σχετικὴν ἕνωσιν. Ὁ γοῦν θεήλατος Νεστόριος ὁ αἱρετικὸς μὴ δεχόμενος τὸ ἐκκλησιαστικὸν δόγμα, ὅτι αὐτὸς ὁ Θεὸς ἐγένετο ἄνθρωπος καὶ ἡνώθη τῇ ἡμετέρᾳ φύσει, τὴν μὲν καθ' ὑπόστασιν ἀπηρνεῖτο, ἐφλυάρει δὲ ὅτι ἡ ἁγία Μαρία ἐγέννησεν ἄνθρωπον ψιλὸν, πρὸς ὃν εἶχεν ὁ Θεὸς ἐξ αὐτῆς τῆς γεννήσεως φιλικὴν διάθεσιν, καὶ ὡμολόγει μὲν ἕνωσιν, οὐχ ὑποστατικὴν δὲ, ἀλλὰ σχετικὴν, ὅθεν οὐ μίαν ὑπόστασιν ὁ δείλαιος ἐδογμάτιζεν, ἀλλὰ δύο, διῃρημένας μὲν ἀλλήλων καὶ κατὰ τὴν οὐσίαν καὶ κατὰ τὴν ὑπόστασιν, ἡνωμένας δὲ ἀλλήλαις κατὰ φιλίαν, ἢ ταῦτα βουλίαν, ἢ γνωμικὴν διάθεσιν, ἢ ὅσα τοιαῦτα ἐληρώδει ἐκεῖνος.

ι'. Περὶ τῆς ἁγίας Τριάδος.

Ἡ ἁγία καὶ καθολικὴ Ἐκκλησία τὸν Πατέρα δογματίζει ἀγέννητον, τὸν δὲ Υἱὸν γεννητὸν ἐκ τοῦ Πατρὸς, καὶ τὸ Πνεῦμα ἐκπορευτὸν ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς, ἀλλ' οὐχὶ καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ. Ὀνομάζει δὲ τὸν Υἱὸν Λόγον τοῦ Πατρὸς καὶ ἀπαύγασμα, διὰ τὸ ἄνευ συνδυασμοῦ ἀπαθῶς, ἀχρόνως, ἀῤῥεύστως, καὶ ἀχωρίστως γεγεννῆσθαι ἐκ τοῦ Πατρός. Υἱὸν δὲ καὶ χαρακτῆρα τῆς πατρικῆς ὑποστάσεως, διὰ τὸ τέλειον καὶ ἐνυπόστατον καὶ κατὰ πάντα ὅμοιον τῷ Πατρὶ εἶναι πλὴν τῆς ἀγεννησίας. Μονογενῆ δὲ, ὅτι μόνος ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐγεννήθη. Εἰ γὰρ καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται, ἀλλ' οὐ γεννητῶς, ἀλλ' ἐκπορευτῶς. Ἄλλος δὲ τρόπος ὑπάρξεως οὗτος. Ἡ δὲ γέννησις καὶ ἡ ἐκπόρευσις, ὡς δὲ καὶ ἡ ἀγεννησία οὐ σημαίνει οὐσίας διαφοράν, οὐδὲ ἀξίωμα, ἀλλὰ τρόπον ὑπάρξεως.

ια'. Περὶ τῆς ἁγίας Τριάδος.

Ὁ μὲν Πατὴρ ἄρτιος καὶ ἀγέννητος, οὐ γὰρ ἔκ τινος, ἀλλ' ἐξ ἑαυτοῦ τὸ εἶναι ἔχει. Ὁ δὲ Υἱὸς ἐκ τοῦ Πατρὸς γεννητῶς. Τὸ δὲ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ αὐτὸ μὲν ἐκ τοῦ Πατρὸς μόνου, ἀλλ' ἐκπορευτῶς. Ἅμα δὲ καὶ ἡ τοῦ Υἱοῦ ἐκ τοῦ Πατρὸς γέννησις, καὶ ἡ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐκπόρευσις. Τίς δὲ ὁ τρόπος διαφορᾶς γεννήσεως καὶ ἐκπορεύσεως, οὐκ οἶδεν οὐδείς. Διαφέρουσιν οὖν αἱ ὑποστάσεις μόναις ταῖς ὑποστατικαῖς ἰδιότησιν, ἤτοι τῇ ἀγεννησίᾳ καὶ τῇ γεννήσει καὶ τῇ ἐκπορεύσει, ἀδιαιρέτως καὶ ταῦτα διαιρούμεναι. Ἕκαστον δὲ τῶν τριῶν προσώπων τελείαν ἔχει ὑπόστασιν. Ἐν γὰρ τρισὶ τελείαις ὑποστάσεσι μία ἁπλῆ οὐσία ὑπερτέλειος καὶ προτέλειος. Παράκλητον δὲ καὶ τὸ Πνεῦμα καὶ τὸν Υἱὸν ὀνομάζομεν, ὡς τὰς τῶν ὅλων παρακλήσεις δεχόμενον. Τὸ μέντοι Πνεῦμα ἐκ τοῦ Πατρός φαμεν ἐκπορεύεσθαι, δι' Υἱοῦ δέ μεταδίδοσθαι (2).

A cris, cutis candida, nihil in linguæ usu et elocutione vitii. Similem in modum et singuli alii homines proprietatibus ejusmodi, velut personal differentia distinguuntur.

9. *De relativa unione et differentia.*

Relativa unio et amica et consentiens animorum voluntatumque conspiratio. Qui igitur amicitiam invicem colunt, ratione hujus amicitiæ, relativa unione juncti esse dicuntur. Nestorius itaque hæreticus a furiis agitatus cum respueret ecclesiasticum dogma quod affirmat Deum ipsum factum esse hominem et naturæ nostræ unitum, illam unionem personalem negavit, et nugatus est hominem nudum natum esse e sancta Maria, quem ab ipsa usque nativitate Deus amore esset prosecutus : adeoque confessus quidem est unionem, B non personalem autem, sed relativam, unde non unam personam miser ille docuit, sed duas, essentia et persona invicem distinctas, junctas vero amore et eadem volendo ac sentiendo, et quæ plura hujuscemodi ille deliravit.

10. *De sanctissima Trinitate.*

Sancta et catholica Ecclesia Patrem docet ingenitum, Filium genitum ex Patre, et Spiritum ex solo procedentem Patre, non ex Filio, quem vocat *Verbum Patris et splendorem*, quia sine coitione, impassibiliter, nec in tempore, et sine defluxu ac separatione natus est ex Patre, *Filium* vero et *characterem personæ Patris*, quia perfectus est et propriam personam habet,et per omnia similis est Patri, nisi quod ille est ingenitus, *Unigenitum* C etiam, quod solus ex Patre natus est. Nam licet Spiritus sanctus quoque ex solo Patre procedit, at non per generationem sed per processionem, quæ alia est exsistendi ratio. Generatio autem et processio quemadmodum etiam (ut ita dicam)ingenerabilitas non essentiæ denotat differentiam aut dignitatem, sed modum exsistendi.

11. *De sanctissima Trinitate.*

Pater quidem perfectus et ingenitus, non enim ex alio sed ex seipso habet quod est. Filius autem a Patre per generationem, et Spiritus sanctus ipse etiam ex solo Patre, sed per processionem. Simul vero et pariter ex Patre et genitus est Filius et Spiritus sanctus processit. Quæ porro sit differentiæ inter generationem ac processionem ratio, D nemo unus novit. Differunt igitur personæ solis personalibus proprietatibus,ingenerabilitate, generatione et processione, atque indistinctæ invicem ita a se distinguuntur.Quælibet autem trium personarum perfectam hypostasin sive subsistentiam habet : hisque tribus perfectis hypostasibus una simplex essentia,omnem supergrediens atque antecellens perfectionem, constat. Paracletum denique vocamus et Filium et Spiritum sanctum quia uterque omnium precationes excipit. Et Spiritum ex Patre affirmamus procedere, a Filio autem dari.

NOTÆ.

(2) Huc usque editio Joh. Wœgelini, Augustæ Vindelicorum A. 1611, in 8 vo. Quæ sequuntur, nunc primum prodeunt.

12. *De ratione communicationis idiomatum.*

Attende, domine mi, vocabulis ; valde enim difficilis res est et necessaria : quamobrem et pluribus a me tibi quantum fas erit exponetur Scire oportet,imperator augustissime, quod quando dicimus divinitatem et humanitatem, totam (3) naturam significamus divinitatis et totam naturam humanitatis. Quando autem dicimus Deum et hominem, non semper integras denotamus naturas, sed quandoque etiam hypostasin et personam. Si igitur simpliciter dicam, *Credo in Deum*, nec quidquam aliud addam,totam significavi deitatem.Cum autem dico: *Deus homo factus est*, non deitatem totam significo, sed tantum Filium. Ac vicissim si dicam, *Deus hominis causa carnem induit*, totum significavi genus humanum. Cum autem dico : *Homo erat in regione Ausitide*, solum Jobum innuo. Diligenter attende huic doctrinæ capiti. Quandoquidem igitur Domini nostri Jesu Christi duas confitemur naturas, divinitatem et humanitatem,unam agnoscimus personam ex utrisque compositam. Cum porro ipsas naturas consideramus,divinitatem et humanitatem dicimus. Cum vero compositam ex naturis hypostasin, ab utraque Christum vocamus Deum et hominem atque Deum carne indutum.Aliquando autem Deum modo et Filium hominis appellamus. et nec Deum modo cum dicimus, sejungimus ab homine, nec quando Filium vocamus hominis eum a Deo separamus:idem enim et Deus integer et integer homo est. At cum dicimus deitatem,non una nominamus humanitatis proprietates: neque enim affirmamus deitatem esse passibilem vel creatam. Uti nec vicissim quando dicimus humanitatem,sub ea intelligimus proprietates divinitatis, neque enim humanitatem affirmamus esse increatam. Sed circa personæ unitatem aliter res se habet. Audacter siquidem separatim confitemur Christum Deum,iterum separatim hominem, nec minus confitemur utrumque. Nam et Deum quando dicimus, hominem subintelligimus, et quando dicimus hominem, confitemur Deum. Et eumdem dicimus Deum passibilem, quatenus homo est, et puerum antesæcularem et principii expertem quatenus est Deus. Atque hæc fert communicationis idiomatum ratio, quavis natura cum altera proprietates suas communicante propter personæ identitatem, et illarum mutuam inter se ut ita dicam permeationem. In hoc, mi domine, multa errant hæretici, dum œconomiæ in Christo profunditatem dignoscere nequeunt.

ιβ'. Περὶ τοῦ τρόπου τῆς ἀντιδόσεως.

Πρόσεχε, δέσποτά μου, τῷ ὀνόματι, λίαν γάρ ἐστι καὶ δυσκολώτατον καὶ ἀναγκαιότατον, ὅθεν καὶ διὰ πλειόνων σοι κατὰ βατὸν ῥηθήσεται. Ὀφείλει εἰδέναι, θειότατε βασιλεῦ, ὅτι ὅταν μὲν λέγωμεν θεότητα καὶ ἀνθρωπότητα, ὅλην τὴν φύσιν δηλοῦμεν τῆς θεότητος, καὶ ὅλην τὴν φύσιν τῆς ἀνθρωπότητος. Ὅταν δὲ λέγωμεν Θεὸν καὶ ἄνθρωπον, οὐ πάντοτε τὰς ὁλότητας δηλοῦμεν τῶν φύσεων, ἀλλ' ἔστιν ὅτε καὶ τὰς ὑποστάσεις καὶ τὰ πρόσωπα Ὅταν μὲν οὖν εἴπω ἁπλῶς οὕτως, Πιστεύω εἰς Θεόν, μηδὲν ἄλλο προσθείς, ὅλην ἐδήλωσα τὴν θεότητα. Ὅταν δὲ εἴπω, Ὁ Θεὸς ἐγένετο ἄνθρωπος, οὐ τὴν θεότητα ἐσήμανα. ἀλλὰ μόνον τὸ τοῦ Υἱοῦ ὄνομα. Καὶ πάλιν, εἰ μὲν εἴπω, Ὁ Θεὸς διὰ τὸν ἄνθρωπον ἐσαρκώθη, ὅλην ἐδήλωσα τὴν ἀνθρωπότητα. Ἐὰν δὲ εἴπω, Ἄνθρωπος ἦν ἐν τῇ χώρᾳ τῇ Αὐσίτιδι, μόνον τὸν Ἰὼβ ἐδήλωσα. Πρόσεχε τῷ δόγματι ἀκριβῶς. Ἐπεὶ οὖν τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ δύο μὲν τὰς φύσεις ὁμολογοῦμεν, θεότητα καὶ ἀνθρωπότητα, μίαν δὲ ὑπόστασιν, σύνθετον ἐξ ἀμφοτέρων. Ὅταν μὲν οὖν αὐτὰς τὰς φύσεις ἀναθρῶμεν, θεότητα καὶ ἀνθρωπότητα λέγομεν. Ὅταν δὲ ἐκ τῶν φύσεων συντεθεῖσαν ὑπόστασιν ἐκ τοῦ συναμφοτέρου, Χριστὸν ὀνομάζομεν, καὶ Θεὸν καὶ ἄνθρωπον, καὶ Θεὸν σεσαρκωμένον, ποτὲ δὲ Θεὸν μόνον καὶ Υἱὸν ἀνθρώπου. Καὶ οὔτε Θεὸν μόνον λέγοντες χωρίζομεν αὐτὸν τοῦ ἀνθρώπου, οὔτε ἄνθρωπον Υἱὸν κατονομάζοντες χωρίζομεν τοῦ Θεοῦ · ὁ αὐτὸς γάρ ἐστιν ὅλος Θεὸς καὶ ὅλος ἄνθρωπος. Θεότητα μὲν γὰρ λέγοντες, οὐ κατονομάζομεν αὐτῇ τὰ τῆς ἀνθρωπότητος ἰδιώματα. Οὐ γάρ φαμεν θεότητα παθητὴν ἢ κτιστήν. Οὐδὲ πάλιν λέγοντες ἀνθρωπότητα, νοοῦμεν ἐπ' αὐτῆς τὰ τῆς θεότητος ἰδιώματα. Οὐ γάρ φαμεν ἀνθρωπότητα ἄκτιστον. Ἐπὶ δὲ τῆς μιᾶς ὑποστάσεως οὐχ οὕτως. Ἀλλὰ θαῤῥούντως ὁμολογοῦμεν καὶ μόνως Θεὸν καὶ μόνως ἄνθρωπον, καὶ τὸ συναμφότερον Χριστόν. Ἀλλὰ καὶ Θεὸν λέγοντες καὶ ἄνθρωπον νοοῦμεν, καὶ ἄνθρωπον λέγοντες καὶ Θεὸν ὁμολογοῦμεν, καὶ τὸν αὐτὸν λέγομεν καὶ τὸν Θεὸν παθητὸν, καθ' ὃ ἄνθρωπος, καὶ παιδίον προαιώνιον καὶ ἄναρχον, καθ' ὃ Θεός. Καὶ οὗτός ἐστιν ὁ τρόπος ἀντιδόσεως ἑκατέρας φύσεως ἀντιδιδούσης τῇ ἑτέρᾳ τὰ ἴδια διὰ τὴν τῆς ὑποστάσεως ταυτότητα, καὶ τὴν εἰς ἄλληλα αὐτῶν περιχώρησιν. Τοῦτο, δέσποτά μου, πλάνην ἐμποιεῖ πολλὴν τοῖς αἱρετικοῖς, μὴ δυναμένοις διαγνῶναι τὸ βάθος τῆς οἰκονομίας.

13. *De divina unione.*

Nosse debes, domine mi atque imperator, quod natura divina integra est in qualibet persona deitatis, integra in Patre, in Filio integra, et integra in Spiritu sancto.Cum itaque incarnatus est ex sancta Trinitate,Filius nempe Dei, integram ac perfectam docemus naturam deitatis in unam personam unitam esse cum integra natura humana : neutiquam vero dicimus tres personas sanctæ deitatis omnibus

ιγ'. Περὶ τῆς θείας ἑνώσεως.

Ὀφείλεις εἰδέναι, δέσποτά μου βασιλεῦ, ὡς ἡ τῆς θεότητος φύσις πᾶσα τελείως ἐστὶν ἐν ἑκάστῃ τῶν αὐτῆς ὑποστάσεων, πᾶσα ἐν Πατρὶ, πᾶσα ἐν Υἱῷ, πᾶσα ἐν ἁγίῳ Πνεύματι. Καὶ ἐν τῇ ἐνανθρωπήσει οὖν τοῦ ἑνὸς τῆς ἁγίας Τριάδος Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, πᾶσαν καὶ τελείαν δογματίζομεν τὴν φύσιν τῆς θεότητος ἐν μιᾷ τῶν αὐτῆς ὑποστάσεων ἑνωθῆναι πάσῃ τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει. Οὐ μὴν λέγομεν, ὅτι αἱ τρεῖς ὑπο-

NOTÆ.

(3) i. e. Deum universe, tribus constantem personis, et totum genus humanum.

στάσεις τῆς ἁγίας θεότητος πάσαις ταῖς τῆς ἀνθρωπότητος ὑποστάσεσι καθ' ὑπόστασιν ἡνώθησαν. Πάσῃ δὲ τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει φαμὲν ἑνωθῆναι πᾶσαν τὴν τῆς θεότητος οὐσίαν. Κατ' οὐδένα γὰρ λόγον κεκοινώνηκεν ὁ Πατὴρ καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον τῇ σαρκώσει τοῦ Θεοῦ Λόγου, εἰ μὴ κατ' εὐδοκίαν καὶ βούλησιν. Πᾶσα οὖν ἡ φύσις οὐ κατὰ μερῶν ἐν τῇ τοῦ Χριστοῦ ὑποστάσει συνεργεῖται τῷ Θεῷ.

A personis humanis unitas esse personaliter, integræ vero naturæ humanæ integram Deitatis substantiam unitam esse affirmamus. Nulla enim ratione Pater et Spiritus sanctus cum incarnatione Verbi communicavit, nisi complacendo et volendo. Integra igitur natura, nec pars ejus tantum in Christi persona operatur divina operatione.

ιδ'. Περὶ φύσεως ἀπαθείας.

Ὀφείλεις ὁμολογεῖν ὅτι ἡ φύσις τοῦ Λόγου ἐσαρκώθη ἤτοι ἡνώθη σαρκί. Οὐ μὴ ὅτι ἡ φύσις τοῦ Λόγου ἔπαθε σαρκὶ, ἀλλ' ὅτι ὁ Χριστὸς ἔπαθε σαρκί· ὅτι μὲν γὰρ ὁ Θεὸς ἄνθρωπος γέγονε, καὶ ἄνθρωπος ὁ Θεὸς ὁμολογοῦμεν. Καὶ ὅτι ἡ θεότης ἡνώθη τῇ ἀνθρωπότητι ἐν μιᾷ τῶν αὐτῆς ὑποστάσεων, μεμαθήκαμεν, ὅτι δὲ ἡ θεότης ἄνθρωπος γέγονεν, ἢ ἐνηνθρώπησεν, οὐδαμῶς ἀκηκόαμεν. Ἐπεὶ δὲ οὖν δύο φύσεις τοῦ Χριστοῦ, δύο αὐτοῦ καὶ τὰ θελήματα πάντως τὰ φυσικὰ, καὶ θελητικός ἐστιν ὁ αὐτὸς κατ' ἄμφω τῶν αὐτοῦ φύσεων. Τὴν γὰρ φυσικῶς ἐνυπάρχουσαν ἡμῖν θελητικὴν δύναμιν ἀνέλαβε. Δύο οὖν καὶ τὰς ἐνεργείας αὐτοῦ φαμεν· εἶχε μὲν γὰρ, ὡς μὲν Θεὸς καὶ τῷ Πατρὶ ὁμοούσιος, τὴν θείαν ἐνέργειαν, καὶ ὡς ἄνθρωπος γενόμενος καὶ ἡμῖν ὁμοούσιος, τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως τὴν ἐνέργειαν.

14. *De naturæ divinæ impassibilitate.*

Fateberis utique naturam Verbi incarnatam sive carni unitam esse. Non ideo natura Verbi passa est in carne, sed Christus in carne passus est : Deum enim hominem et hominem Deum factum esse confitemur. Didicimus quoque divinitatem esse unitam humanitati in una persona humana : deitatem autem hominem esse factam, vel incarnatam, aut humana indutam natura neutiquam audivimus. Cum vero duæ sint Christi naturæ, etiam duæ sunt ejus naturales voluntates, et ipse voluntate gaudet secundum utramque naturam, siquidem et facultatem volendi, quæ nobis naturaliter inest, assumpsit. Duplices igitur et operationes ipsius esse affirmamus. Ut Deus enim et consubstantialis Patri divina gaudet operatione, sed tanquam homo factus et consubstantialis nobis, humanæ operationis non est expers.

ιε'. Τίς ὁ Θεός.

Οὔτε ὁ οὐρανὸς Θεὸς, οὔτε ὁ ἥλιος, οὔτε ἄλλο τι τῶν ὁρωμένων, ἀλλ' οὐδὲ ὁ πολυτίμητος καὶ πολυθρύλλητος νοῦς· οὐδὲ ἰδέα τις κατὰ Πλάτωνα χωριστὴ σωμάτων, ἀλλ' οὐδὲ φύσις ὅλως ἐγκόσμιος, ἀλλ' οὐδὲ ζωὴ, οὐδὲ φῶς, οὐκ ἀσωματότης, οὐκ ἀϋλία, οὔτε αἰσθήσει θεατὸς οὐτε νῷ ληπτός· ἀλλά τις ἑτέρα φύσις ἀνεξερεύνητος, καὶ αὐτοῦ δύναμις, ἥ τε φρουρητικὴ ἥ τε ζωογόνος, ἥ τε ἀναγωγικὴ, καὶ ἁπλῶς πᾶσαι αἱ δυνάμεις αὐτοῦ ἄπειροί εἰσι καὶ ἀνέκληπτοι, καὶ αὐτὸς ἄπειρος καὶ κατὰ ἀρχὴν καὶ κατὰ τέλος. Καὶ τὸ μὲν ἄνω αὐτοῦ ἄναρχον ὀνομάζεται, τὸ δὲ κάτω ἀτελεύτητον, τὸ δὲ ξύμπαν αἰώνιον. Ἄπειρος οὖν τὴν δύναμιν ὁ Θεὸς, ἄναρχός τε καὶ ἀτελεύσητος καὶ αἰώνιος. Τοῦτο δὲ καὶ ὁ Θεολόγος Γρηγόριος τῷ ὄντι θεολογικῶς διορίζεται.

15. *Quis Deus.*

Neque cœlum Deus, nec sol, neque aliud quidquam eorum quæ cernuntur, sed neque honoratissima ac celebratissima hominum vocibus mens, neque idea a corporibus, ut docet Plato, separata ac sejuncta, neque natura mundi, neque vita aut lumen, neque incorporalitas, ut ita dicam, et immaterialitas. Neque sensu visibilis neque mente perceptibilis est, sed alia imperscrutabilis natura, et potentia ejus, conservatrix datrixque vitæ et productrix, et semel ut dicam, omnes ipsius facultates infinitæ sunt et principii ratione et finis. Atque illius quidem respectu sine principio esse dicitur, ratione hujus vero sine fine, hoc est omnino æternus. Infinita igitur potestate Deus, et principii finisque expers et æternus est : quod et Gregorius Theologus vere theologice docuit.

ις'. Πῶς οἶδε Θεὸς τὰ μεταβαλλόμενα πράγματα.

Οὐχ ὡς ἔχει τὰ πράγματα γινώσκει ὁ Θεὸς ταῦτα, ἀλλ' ὡς ἔστιν αὐτὸς κατ' οὐσίαν. Οἷόν εἰσι τὰ πράγματα μεριστὰ, ὁ δὲ Θεὸς ἀμέριστος· ἀμερίστως οὖν οἶδε τὰ μεριστά. Καὶ πάλιν τὰ πράγματα ἀλλοιωτὰ καὶ μεταβλητὰ, ὁ δὲ Θεὸς ἀναλλοίωτος καὶ ἀμετάβλητος· ἀναλλοιώτως οὖν οἶδε τὰ ἀλλοιωτὰ, καὶ τὰ μεταβλητὰ ἀμεταβλήτως. Οὕτως καὶ τὰ ὑπὸ χρόνον αἰωνίως οἶδε, καὶ τὰ ἐνδεχόμενα ἀνεγκαίως, καὶ τὰ σωματικὰ ἀσωμάτως· Ἀλλ' οὐκ ἐπειδὴ γινώσκει ὁ Θεὸς ἀσωμάτως τὸ σῶμα, ἠλλοιώθη ἐκεῖνο καὶ ἀσώματον γέγονεν. Ἀλλ' ἡ μὲν τοῦ Θεοῦ γνῶσις κατὰ τὴν ἰδίαν ὕπαρξιν γινώσκει τὰ πράγματα. Ἐκείνων δὲ ἕκαστον μένει ὅπερ ἐστί. Πρὸς γοῦν τοὺς ἀποροῦντας καὶ λέγοντας εἰ ᾔδει ὁ Θεὸς τὸν Ἀδὰμ τὰ ἐντε-

16. *Quomodo præscit Deus res mutationibus obnoxias?*

Non quales sunt res tali cognitione cognoscit eas Deus ; sed quali ipse est essentia. Sic, v. g., res sunt partibus divisibiles ; Deus partium et divisionis expers : res itaque partibus divisibiles impartibili ratione cognoscit. Porro res sunt alterationi et mutationi obnoxiæ ; Deus inalterabilis et haud mutabilis : mutabilia igitur et alterabilia cognoscit inalterabiliter et immutabiliter. Ita etiam res temporarias æterna cognoscit ratione ; corpora item ratione incorporali. Non autem ideo quia Deus corpora incorporali ratione cognoscit, ideo corpus mutatur, fitque incorporale. Sed Deus quidem scientia sua res pro divinæ essentiæ ratione cognoscit ; illarum autem quælibet quod est manet. Ad

hos igitur qui movent dubium, quæruntque si Deus præsciverit Adamum mandata esse transgressurum, quomodo fieri potuerit ut Adamus non peccaret? Quod enim Deus præscivit, id protoplastus quomodo potuit evitare? Ad hoc dubium in promptu tibi sit respondere, quod propria Deus virtute novit et quæ sunt et quæ futura sunt, nec mutantur tamen res, etsi ille perfectiore illas ratione scit. Quandoquidem igitur sciebat Adamum fuisse prolapsurum in peccatum, ejus cognitio non fuit homini causa peccandi. Non enim eripuit ei æquilibritatem ad opinandum, et boni si vellet eligendi facultatem : sed Deus quidem sciebat quid futurum esset, Adamo autem non erepta erat animi ad bonum inclinandi potentia. Et Adamus quidem ad contraria indefinito modo se habebat : Deus autem indefinitum definita cognoscebat ratione. Sicut enim corpus incorporaliter, sic et indefinitum definite novit.

A ταλμένα παραδῆναι, πῶς εἰκὸς ἦν ἐκεῖνον γενέσθαι ἀναμάρτητον ; Ὃ γὰρ ἐγίνωσκεν ὁ Θεὸς, πῶς ὁ πρωτόπλαστος ὑπερδῆναι ἠδύνατο. Πρὸς γοῦν τοὺς τοῦτο ἀποροῦντας ἀποκρίνου εὐθὺς, ὅτι ὁ Θεὸς κατὰ τὴν ἰδίαν ἰδιότητα οἶδε καὶ τὰ γενόμενα καὶ τὰ γενησόμενα. Καὶ πάλιν οὐκ ἀλλοιοῦται τὰ πράγματα, εἰ ἐκεῖνος κρειττόνως αὐτὰ ἐπίσταται· Ἐπειδὴ τοίνυν ἠπίστατο ὅτι πεσεῖται ὑπὸ τὴν ἁμαρτίαν ὁ Ἀδὰμ, οὐχ ἡ γνῶσις αὐτοῦ αἰτία τῆς ἁμαρτίας τῷ ἀνθρώπῳ ἐγένετο. Οὐ γὰρ ἀφείλετο αὐτοῦ τὴν ἰσορρόπιαν τῆς γνώμης καὶ τὴν τοῦ καλοῦ αἵρεσιν, εἴπερ ἐβούλετο, ἀλλ' ὁ μὲν Θεὸς ἠπίστατο τὸ ἐσόμενον, τῷ δὲ Ἀδὰμ οὐκ ἀφῃρέθη ἡ ἐπὶ τὸ καλὸν ὁρμή. Καὶ ὁ μὲν Ἀδὰμ ἀόριστον εἶχε τὴν ἐπὶ τὰ ἐναντία ῥοπὴν, ὁ δὲ Θεὸς ὡρισμένως ἐγίνωσκε τὸ ἀόριστον. Ὡς γὰρ τὸ σῶμα ἀσωμάτως οἶδεν, οὕτω μὲν καὶ τὸ ἀόριστον ὡρισμένως.

B

17. *Quodnam primum elementum, a quo mundum condere cœpit Deus?*

ιζ'. Ἀπὸ ποίου πρώτου στοιχείου ἤρξατο τὸν κόσμον ποιεῖν ὁ Θεός.

Moyses quidem, qui Deum vidit, cœlo simul et terræ primum locum assignat in mundi originibus. Inter Græcorum vero sapientes alii aliud opinati sunt. Nonnulli enim terram præferunt tanquam centrum circuli cœlestis, quod etiam in plano centrum sit circulo prius et antiquius. Alii universum mundum distinguunt in quatuor elementa, et quintum æthereum genus corporis : quatuorque illa sub æthere disposita, pulcherrimum vero æthereæ naturæ cœlum primum omnium factum esse affirmant. Qui vero factum mundum haud obscure negant, universum simul exsistens congruenter propriæ opinioni statuunt. Eas autem potius existimare primo loco factum cœlum, utpote corpus præstantius, et quod cætera complectitur atque comprehendit.

Μωυσῆς μὲν ὁ θεόπτης οὐρανῷ ἅμα καὶ γῇ τὰ πρεσβεῖα δίδωσι τῆς τοῦ κόσμου γενέσεως. Τῶν δὲ παρ' Ἕλλησι σοφῶν ἄλλοι ἄλλῶς ᾠήθησαν. Οἱ μὲν γὰρ τὴν γῆν πρῶτον παράγουσιν ὡς κέντρον τοῦ οὐρανίου κύκλου, ἐπεὶ καὶ τοῦ ἐπιπέδου κύκλου τν κέντρον πρεσβύτερον. Ἕτεροι δὲ εἰς τὰ τέσσαρα στοιχεῖα καὶ τὸ πέμπτον σῶμα τὸ αἰθέριον τὸν σύμπαντα διαιροῦντες κόσμον καὶ τὸ τετράστοιχον ὑπὸ τοῦ αἰθέρος διοικεῖσθαι νομίζοντες. Τὸ κάλλιστον δὲ τοῦ αἰθέρος ὁ οὐρανὸς, ὃν πρῶτον τούτων γεγενῆσθαί φασιν. Ὅσοι δὲ ἀγέννητον τὸν κόσμον σαφῶς ἀπεφήναντο ὁμοῦ τὸ πᾶν εἶναι ἀκολούθως ἑαυτοῖς λέγουσι. Δεῖ δὲ μᾶλλον οἴεσθαι τὸν οὐρανὸν πρῶτον γεγενῆσθαι, ὡς καὶ κρεῖττον σῶμα καὶ τῶν ἄλλων περιληπτικόν.

C

18. *Unde homines notionem Dei acceperint?*

ιη' Πόθεν ἔννοιαν ἔσχον Θεοῦ ἄνθρωποι ;

Notionem Dei hauserunt homines ex ordine rerum, ex naturæ æqualibus legibus, ex providentia ad omnia pertingente. Magnorum enim luminum ortus et occasus iisdem temporibus eodem semper se habens modo, et cursus siderum eamdem servantes rationem, et circumrotatio cœli circularis omnia colligens ac constringens, aliaque quæ in aliis corporibus consimiliter se habent, prædicant esse quemdam qui universi curam gerit eique provident. Si enim forte et casu mundus coaluisset, partes ejus sine ordine et ratione ferrentur : nunc vero motus universi certo numero et ordine constitutus, et quod nihil sine ratione vel movetur vel quiescit, sed omnia facile ac commode regi se patiuntur, Deum nobis universi factorem conditoremque demonstrant.

Ἔννοιαν ἔσχε Θεοῦ ἄνθρωπος ἀπὸ τῆς τῶν ὄντων τάξεως, ἀπὸ τῆς ἰσονομίας τῶν φύσεων. ἀπὸ τῆς εἰς τὰ πάντα διοικούσης προνοίας. Ἥ τε γὰρ τῶν μεγάλων φωστήρων ἀνατολὴ καὶ δύσις ἐν τοῖς αὐτοῖς καιροῖς ἀεὶ ὁμοίως ἔχουσα, καὶ οἱ τῶν ἀστέρων δρόμοι τὴν ταυτότητα σώζοντες, καὶ ἡ τοῦ οὐρανοῦ περιφορὰ καὶ περίοδος κυκλοτερὴς πάντα σφίγγουσα καὶ συνδέουσα, καὶ τ' ἄλλα ὡσαύτως ἔχοντα ἐν ἀλλήλοις σώμασι, προνοητήν τινα τοῦ παντὸς εἶναι ἀνακηρύττουσιν. Εἰ γὰρ τυχαία καὶ αὐτόματος ἦν ἡ τοῦ κόσμου σύμπλεξις, ἦν ἂν καὶ τὰ μέρη τοῦ κόσμου ἀτάκτως καὶ ἀλόγως φερόμενα. Νῦν δὲ ἡ εὔρυθμος τοῦ παντὸς κίνησις, καὶ τὸ μηδὲν ἀλόγως ἢ τὴν κίνησιν ἔχειν ἢ τὴν ἡσυχίαν, ἀλλὰ πάντα εὐαγώγως ἡνιοχεῖσθαι, τὸν Θεὸν ἡμῖν ἀναδείκνυσι ποιητὴν τοῦ παντὸς.

D

19. *Pluresne sint angeli an homines?*

ιθ'. Πότερον πλείους οἱ ἄγγελοι ἢ οἱ ἄνθρωποι.

Pauciores multitudine sunt angeli quam homines. Vide enim quomodo numeri omnes quo propriores sunt unario, eo minores sunt numeris longius ab illo distantibus. Uti binarius, ternarius et quaternarius minores sunt vicenario et tricenario. Sicut

Ἐλάττους τῶν ἀνθρώπων κατὰ τὸ πλῆθος οἱ ἄγγελοι. Σκόπει γὰρ, ὅτι πάντες οἱ ἀριθμοὶ οἱ πλησιάζοντες τῇ μονάδι, ἐλάττους εἰσὶ κατὰ τὸ ποσὸν τῶν πορρωτέρων ἀριθμῶν. Οἷον ἡ δυὰς, ἡ τριὰς καὶ ἡ τετρὰς ἐλαττότεραί εἰσι τῶν εἴκοσι καὶ τριάκοντα. Ὡσ-

περ οὖν οἱ ἐγγύτεροι τῆς ἑνάδος ἀριθμοὶ ἐλάττους εἰσὶν, οἱ δὲ πορρώτερω, πλείους, οὕτως οἱ ἐγγύτεροι τοῦ ἑνὸς καὶ μόνου Θεοῦ, ἔλαττον ἔχουσι τὸ ποσὸν οἱ δὲ πορρώτερω, πλέον. Ἐγγύτεροι δὲ τοῦ Θεοῦ ἄγγελοι, ἀρχάγγελοι, καὶ αἱ περικείμεναι δυνάμεις, πορρώτερω δὲ οἱ ἄνθρωποι. Ὥστε πλείους εἰσὶ τῶν ἀγγέλων οἱ ἄνθρωποι, ὅθεν καὶ οἱ μὲν ἄγγελοι ἤδη κατὰ τὸν ἀριθμὸν ἐπερατώθησαν, τοῖς δὲ ἀνθρώποις εἰς τὸ ἄπειρον προχεῖται ἡ γεννησις. Σταθήσεται δὲ αὐτὴ κατὰ τὸν τῆς συντελείας καιρόν.

A igitur propiores unario numeri sunt minores, longius vero remoti majores et numerosiores, sic quæ uni et soli Deo propiora sunt, eadem pauciora quoque sunt; quæ vero longius distant, plura sunt numero. Propiores autem Deo sunt angeli, archangeli, et his proximæ protestates. Longius ab illo absunt homines. Igitur plures sunt homines quam angeli, unde et angelorum numerus jam est finitus et circumscriptus, hominum vero generatio in infinitum effunditur, quæ tamen et ipsa sistetur in sæculorum consummatione.

κ', Περὶ νοῦ.

Οὐ πᾶς νοῦς μετέχεται ὑπὸ πάσης ψυχῆς. Ὁ δὲ πρῶτος νοῦς ὑπ' οὐδεμιᾶς ψυχῆς μεθεκτός ἐστιν. Ὁ γὰρ ὑπὲρ πάντα τὰ ὄντα νοῦς καὶ πάντων Δημιουργὸς, πῶς ἂν ὑπὸ ψυχῆς μετασχεθείη τινός; Ἁσης γὰρ νοερᾶς πληθύος καὶ τοῦ πλήθους τῶν νοῶν ἡγεῖταί τις νοῦς. Καὶ ἀμεθεκτος καὶ πρῶτος μὲν νοὺς οὗτος ἔστι καὶ ἀνομάζεται. Μετὰ δὲ τὸν ἀμέθεκτον νοῦν, ὁ μεθεκτὸς μὲν, οὐχ ὁ ἐγκόσμιος δὲ, ἀλλ' ὁ ὑπερκόσμιος καὶ χωριστὸς τοῦ κόσμου, εἶτα ὁ ἐγκόσμιος, Ἐπεὶ κατὰ τοὺς τῶν Ἑλλήνων λόγους καὶ αὐτὸς ὁ κόσμος ἔμψυχος ἅμα καὶ ἔννους ἐστί. Καὶ ἡ ἐγκόσμιος ψυχὴ οὐκ εὐθὺς μετέχει τοῦ ὑπερκοσμίου νοὸς, ἀλλὰ πρώτως τοῦ ἐγκοσμίου. Ἔστιν οὖν ἡ τάξις καὶ ὁ ἀριθμὸς καὶ τὰ ὀνόματα οὕτως. Ὁ ἀμέθεκτος νοῦς, ὁ ὑπερκόσμιος, καὶ ὁ ἐγκόσμιος.

20. *De mente.*

Non quælibet mens ab anima quacunque participatur. Principalis mens a nulla anima participari potest. Quæ enim omnibus rebus mens præstantior est, et omnium opifex, quomodo ab anima ulla participetur? Omnis enim intelligibilis multitudinis et multitudinis mentium princeps est mens quædam nullius animæ particeps. Atque hæc prima mens est et nominatur. Post hanc nullius participem animæ succedit mens non mundana quidem, sed supramundana et a mundo separabilis. Deinde mundana, nam, secundum Græcorum sententiam, ipse etiam mundus anima ac mente præditus est. Et anima mundi non statim continet supramundanam mentem, sed primo mundanam. Ordo igitur et numerus atque nomina sic se habent: mens cujus nulla anima compos et particeps fieri potest, tum mens supramundana ac denique mundana.

κα'. Ἔτι περὶ νοῦ.

Πᾶς νοῦς ἑαυτὸν νοεῖ. Ἀλλ' ὁ πρῶτος νοῦς καὶ ἀμέθεκτος ἑαυτὸν μόνον. Οὐδὲ γὰρ ἔχει τι πρὸ αὐτοῦ, ἵνα ἐκεῖνο νοήσῃ. Τὰ δὲ μετ' αὐτὸν οὐκ ἂν νοήσειεν. Ἀλλ' ἔχει τούτων τὴν νοήσιν ἀνοησίᾳ κρείττονι νοήσεως. Καὶ ἔστιν, ὅτι οὗτος νοῦς, νοῦς ἅμα καὶ νοητόν. Νοῦς μὲν ὡς νοῶν ἑαυτὸν, νοητὸν δὲ, ὡς νοούμενον ὑφ' ἑαυτοῦ. Ὁ δὲ μετὰ τὸν ἀμέθεκτον μεθεκτὸς νοῦς ἑαυτόν τε ἅμα νοεῖ, καὶ τὸν πρὸ αὐτοῦ νοῦν. Πᾶς γὰρ νοῦς ἢ ἑαυτὸν νοεῖ, ἢ τὸ ὑπὲρ ἑαυτὸν, ἢ τὸ μεθ' ἑαυτόν. Ἀλλ' εἰ μὲν τὸ μεθ' ἑαυτὸν νοεῖ, κατὰ τὸ χεῖρον ἐπιστρέφει. Εἰ δὲ τὸ ὑπὲρ ἑαυτὸν νοεῖ, εἰ μὲν διὰ τῆς ἑαυτοῦ γνώσεως, ἑαυτὸν ἅμα κἀκεῖνο γνώσεται. Εἰ δὲ ἐκεῖνο μόνον ἑαυτὸν ἀγνοήσει νοῦς ὤν. Ἀλλὰ τὸ πρὸ ἑαυτοῦ γινώσκων, γνώσεται καὶ ἑαυτόν. Ἔστιν ἄρα καὶ ἐν τῷ νῷ νοητὸν, καὶ ἐν τῷ νοητῷ νοῦς, καὶ ὁ μὲν ὁλικώτερος, ὁ δὲ μερικώτερος.

21. *Iterum de mente.*

Omnis mens seipsam intelligit. Sed prima mens quæ a nullo participatur, se intelligit solam. Neque enim habet aliquid se prius, quod intelligat. Quæ vero post sunt, non quidem intellexerit, sed habet eorum cognitionem sine intelligentia, per genus perceptionis quod intelligendi actu est præstantius. Ac mens talis intellectus simul est et intelligibile. Intellectus quidem, quatenus se ipse intelligit, intelligibile vero, quatenus a seipso intelligitur. Quæ hinc post imparticipabilem mentem mens participabilis succedit, seipsam simul intelligit et illam priorem se ipsa mentem. Omnis enim mens vel intelligit seipsam, vel quod supra se, vel quod infra ac post se est. At quando hoc quod infra se est intelligit, ad deterius se convertit. Quando autem intelligit id quod supra se est, atque per sui ipsius cognitionem, seipsam pariter et illud cognoscet: si vero illud solum, seipsam ignorabit mentem esse. Sed utique dum id quod se prius est cognoscit, cognoscet etiam se ipsam. Est igitur et in mente intelligibile, et in intelligibili mens sive intellectus alius universalior, particularior alius.

κβ', Ἔτι περὶ νοῦ.

Πᾶς νοῦς καὶ τὴν οὐσίαν καὶ τὴν δύναμιν καὶ τὴν ἐνέργειαν, αἰώτια ἔχει. Ὅλη γε ἅμα ἐστὶν ἡ οὐσία τοῦ νοῦ καὶ οὔτε αὔξεται οὔτε μεγεθύνεται, οὐδὲ ὁ σήμερον ἔστι χθὲς οὐκ ἦν. Καὶ ἡ νόησις δὲ αὐτοῦ ὁμοία ἐστὶ τῇ οὐσίᾳ. Πληρεστάτη γὰρ καὶ ὅλη, καὶ ὁμοῦ πάντα νοεῖ, καὶ οὔτε τὸ παρεληλυθὸς ὁρᾷ, οὔτε τὸ μέλλον ὡς ἐσόμενον οἶδεν, ἀλλ' ἐν τῷ ἐνεστῶτι πάντα οἶδεν, οὐ κινούμενος, οὐ συλλογιζόμενος, οὐχ

22. *Iterum de mente.*

Mens essentiam, potentiam et operationem æterna habet. Essentia mentis simul tota est, neque augetur neque in majorem magnitudinem crescit, neque quod hodie est heri non erat, et intellectio ejus essentia est similis. Plenissima enim et tota intelligit et omnes res simul, et nec præterita tanquam præterita, neque futura tanquam futura cognoscit, sed omnia intelligit tanquam præsentia: non movetur

neque unum ex alio colligit neque ut anima ponit præmissas ex quibus inducat conclusiones, sed simul scit omnia. Cum enim immobilis sit, nec a tempore mensuratur, neque quoad essentiam neque quoad operationes. Quod si igitur essentia ejus æterna et æterna est operatio, etiam media inter has potentia æternam subsistentiam sortita est.

ὥσπερ ἡ ψυχὴ προτάσεις τιθεὶς καὶ ἐπάγων συμπεράσματα, ἀλλ' ἐν τῷ ἑνὶ πάντα ἐπιστάμενος. Ἀκίνητος γὰρ ὢν, οὐκ ἂν ὑπὸ χρόνου μετρεῖτο, οὔτε κατὰ τὴν οὐσίαν, οὔτε κατὰ τὴν ἐνέργειαν. Εἰ οὖν καὶ ἡ οὐσία τούτου αἰώνιος καὶ ἡ ἐνέργεια, καὶ ἡ μέση τούτων οὖσα δύναμις αἰωνίαν τὴν ὑπόστασιν ἐκληρώσατο.

23. *De mente.*

κγ'. Περὶ νοῦ.

Omnis mens est substantia partes nullas habens. Quod enim caret magnitudine, neque est corpus, nec movetur, omnino etiam in partes dividi nequit. Quidquid enim in partes dividitur, dividitur vel magnitudinis vel multitudinis ratione. Quoniam vero mens omni modo sempiterna, et corporibus sublimior est, partes etiam nullas habet. Unde vero constat mentem non esse corpus? Quoniam se ipsa intelligit, atque in se ipsam reflectitur. Corpus enim seipsum intelligit nullum. Unde porro constat æternam esse mentem? Quoniam intelligentia ejus non partibus divisa est, sed quemadmodum essentia in perenni identitate manet. Omnia porro subsistere facit mens, non qualiscunque quidem, sed illa imparticipabilis et effectrix mundi. Facit autem subsistere in primis quidem propria et mutationi nulli obnoxia, deinde etiam mutabilia et temporaria, non tamen ita ut illa prius faciat, hæc posterius : omnia enim uno facit momento. Suo porro ordine et secundum proprietatem suam illa procedunt, alia proprietatem intelligibilem, alia naturalem motum servantes.

Πᾶς νοῦς οὐσία ἐστὶν ἀμέριστος. Τὸ γὰρ μὴ ἔχει μέγεθος, τὸ μὴ ὂν σῶμα, τὸ μὴ κινούμενον πάντως καὶ ἀμέριστον. Πᾶν γὰρ τὸ μεριζόμενον ἢ κατὰ τὸ μέγεθος μερίζεται, ἢ κατὰ τὸ πλῆθος. Εἰ δὲ ὁ νοῦς κατὰ πάντα αἰώνιος καὶ ἐφπέκεινα σωμάτων, ἀμέριστος ἄρα ἐστί. Πόθεν δέ; ὅτι ἀσώματος ὁ νοῦς, ὅτι ἑαυτὸν νοεῖ, καὶ πρὸς ἑαυτὸν ἐπιστρέφει, σῶμα γὰρ αὐτὸν οὐδὲν νοεῖ. Πόθεν δὲ δῆλον, ὅτι αἰώνιον; Ὅτι οὐ μερίζεται ἡ νόησις αὐτοῦ, ἀλλ' ἐν ταυτότητί ἐστι διηνεκεῖ, ὥσπερ ἡ οὐσία. Ἔστι δὲ πάντων ὑποστάτης, οὐχὶ πᾶς νοῦς, ἀλλ' ὁ ἀμέθεκτος καὶ δημιουργὸς κόσμου. Ὑφίστησι δὲ προσεχῶς μὲν τὰ ἴδια καὶ ἀμετάβλητα, εἶτα δὴ καὶ τὰ μεταβλητὰ, καὶ ἔγχρονα, οὐχ ὅτι τὰ μὲν πρῶτα ποιεῖ, τὰ δὲ ὕστερα, ἀλλ' ἐν μιᾷ ῥοπῇ ἅπαντα. Ἐκεῖνα δὲ κατὰ τὴν ἑαυτῶν τάξιν καὶ ἰδιότητα πρόεισι, τὸ μὲν κατὰ τὴν νοερὰν ἰδιότητα, τὰ δὲ κατὰ τὴν φυσικὴν κίνησιν.

24. *De eodem argumento.*

κδ'. Περὶ νοῦ.

Mens participabilis quæ est post illam imparticipabilem, habet in se (4) primam mentem intelligibilem, et omnium inferiorum intelligibilem cognitionem sortita est. Nam pro mensura propriæ essentiæ et prima habet et semet inferiora. Unde imparticipabilem quoque illam mentem intelligibiliter cognoscit : licet enim illa sit imparticipabilis, tamen inferioribus dat quasdam existentiæ suæ perspicuas significationes. Sed et animam hæc intelligibiliter cognoscit, et res naturales, siquidem non cognoscit res quas intelligit secundum naturam qua illæ sunt præditæ, neque deterius meliora, sed utraque intelligibiliter. Neque rebus quas intelligit se conformat, præstantiori enim non potest, et deteriori non vult. Pro sua igitur quam ipsa habet natura et superiora se et inferiora intelligit, neque ista in se, sed istorum habet causas, atque ut intelligibilia intelligibiliter sic et sensibilia intelligibiliter in se habet.

Ὅτι ὁ μετὰ τὸν ἀμέθεκτον νοῦς, ἤτοι ὁ μεθεκτὸς καὶ τὸν πρῶτον νοῦν νοερὸν ἔχει ἐν ἑαυτῷ, καὶ τῶν μετ' αὐτὸν πάντων νοερὰν τὴν εἴδησιν ἐκληρώσατο. Κατὰ γὰρ τὸ μέτρον τῆς ἰδίας οὐσίας καὶ τὰ πρῶτα ἔχει καὶ τὰ ὕστερα ἑαυτῷ. Ὅθεν καὶ τὸν ἀμέθεκτον νοῦν νοερῶς νοεῖ. Εἰ γὰρ καὶ ἀμέθεκτος, ἀλλ' ἐμφάσεις τινὰς δίδωσι τοῖς μετ' αὐτὸν τῆς ἰδίας ὑπάρξεως. Καὶ τὴν ψυχὴν δὲ καὶ τὰ φυσικὰ οἷα δὴ νοερῶς οἶδεν. Οὐ γὰρ ὡς ἔχουσι φύσεως τὰ νοούμενα, οὕτως νοεῖ. Οὔτε γὰρ κρειττόνως οἶδε τὰ χείρονα, οὔτε χειρόνως τὰ κρείττονα, ἀλλ' ἀμφότερα νοερῶς. Οὐδὲ γὰρ συμμεταβάλλει τοῖς νοουμένοις. Πρὸς μὲν γὰρ τὸ κρεῖττον οὐ δύναται, πρὸς δὲ τὸ χεῖρον οὐ βούλεται. Ὡς οὖν ἔχει φύσεως, οὕτω καὶ τὰ ὑπὲρ αὐτὸν νοεῖ, καὶ τὰ μετ' αὐτόν. Οὐ μὲν ἐκεῖνα ἔχει ἐν ἑαυτῷ, ἀλλὰ τὰς ἐκείνων αἰτίας. Καὶ ὡς τὰ νοητὰ νοερῶς ἔχει, οὕτω καὶ τὰ αἰσθητὰ νοερῶς.

25. *De mente.*

κε'. Περὶ νοῦ.

Omnes species intelligibiles, ut animæ, mentes, angeli, archangeli, potestates et quæ sunt ejus generis alia, tum in aliis invicem sunt, tum quodlibet est per se, neque quod in aliis invicem sunt confusionem affert, neque quod per se sunt singula, di-

Πάντα τὰ νοερὰ εἴδη, οἷον ψυχαὶ, νόες, ἄγγελοι, ἀρχάγγελοι, δυνάμεις, καὶ ὅσα τοιαῦτα, καὶ ἐν ἀλλήλοις εἰσὶ, καὶ καθ' ἑαυτὸ ἕκαστον. Καὶ οὔτε τὸ ἐν ἀλλήλοις σύγχυσιν ἔχει, οὔτε τῷ καθ' ἑαυτὸ εἶναι ἕκαστον μερισμὸν λαμβάνουσι. Φοιτᾷ γοῦν

NOTÆ.

(4) Hoc est, cognoscit atque intelligit illam pro suo modulo.

πάντα διὰ πάντων, καὶ ἐν ἑαυτῷ ἐστιν ἕκαστον. Τὰ μὲν σώματα, καθ' ἑαυτά ἐστι ἕκαστον, καὶ οὐ δι' ἀλλήλων φοιτᾷν δύναται διὰ τὴν παχυμέρειαν. Τὰ δὲ ἀσώματα καὶ νοερὰ εἴδη ἐκτὸς παχύτητος ὄντα καὶ μεγέθους, δι' ἀλλήλων φοιτῶσι. Καὶ αὖθις ἀσύγχυτα μένουσιν. Ἐν ἀλλήλοις γοῦν εἰσι πάντα τὰ νοερὰ εἴδη ἡνωμένως, καὶ χωρὶς ἕκαστον διακεκριμμένως, ὥσπερ δὴ καὶ τὰ θεωρήματα ἐν μιᾷ ψυχῇ.

κς'. Περὶ νοῦ.

Πᾶς νοῦς πλήρης ἐστὶ τῶν θείων εἰδῶν, οἷον, ἀγαθότητος, ὁσιότητος, δικαιοσύνης, ταυτότητος, ὁμοιότητος καὶ τῶν λοιπῶν, ἀλλ' ὁ μὲν θειότερος νοῦς ὁλικωτέρων ἐστὶ περιεκτικὸς εἰδῶν, ὁ δὲ ταπεινότερος μερικωτέρων· οἱ μὲν γὰρ ἀνωτέρω θείαις δυνάμεσι χρῶνται μείζοσιν, οἱ δὲ κατώτεροι πληθυνόμενοι, μᾶλλον ἐλαττοῦσι τὰς δυνάμεις, ἃς ἔχουσι. Τὰ γὰρ τῷ ἑνὶ συγγενέστερα ἐλαττότερα μέν εἰσι τῷ πλήθει, τῶν ὑφ' ἑαυτὰ, τῇ δυνάμει δὲ ὑπεραίρει. Τὰ δὲ τοῦ ἑνὸς πορρώτερω, ἔμπαλιν τῷ μὲν ποσῷ πληθυντικώτερά εἰσι, τῇ δὲ δυνάμει ἐλαττότερα. Πᾶν μὲν γὰρ τὸ πληθυνόμενον ἐλαττοῦται κατὰ τὴν δύναμιν, πᾶν δὲ τὸ ἑνούμενον τῇ μὲν δυνάμει μεγαλύνεται, ἐλαττοῦται δὲ κατὰ τὴν ποσότητα· ἡ μὲν γὰρ ἕνωσις δυναμικωτέρα, ἡ δὲ διαίρεσις πληθυντικωτέρα. Καὶ ἡ μὲν ἕνωσις ἐλάττων κατὰ τὴν ποσότητα, ἡ δὲ διαίρεσις ἀσθενέστερα κατὰ τὴν δύναμιν.

κζ'. Περὶ ψυχῆς.

Τρίτον ἐστὶ τὸ πάθος τῆς ψυχῆς. Καὶ τὸ μὲν ἀκρότατον αὐτῆς, τὸ τοῖς νοητοῖς ἡνωμένον, νόησις ὠνόμασται. Τὸ δὲ ἔσχατον τὸ τῶν αἰσθητῶν γνωστικὸν, διὰ μέσης τῆς κοινῆς αἰσθήσεως δόξα λέγεται. Τὸ δὲ μέσον τὸ ἀνιέναι καὶ κατιέναι πεφυκὸς, διάνοια. Καὶ μέχρι μὲν τούτων, ὁ ἄνθρωπος, ἤτοι νοῦς, διάνοια, δόξα, μετὰ δὲ ταῦτα εἶναι τὸ ζῶον. Ἡ μὲν γὰρ πολυποίκιλος φύσις, ἡ δὲ τῆς θείας μοίρας ὑπάρχουσα, ἡ μέν γε ἐπιθυμία πολυκέφαλον θηρίον, ὁ δὲ θυμὸς λεοντώδης, ὁ δὲ λόγος ὁ ἀληθὴς ἄνθρωπος. Ἔστι δὲ τούτου καὶ ἄλλος θειότερος ἄνθρωπος καὶ ἀληθέστερος, ὁ νοερὸς, ὃν αὐτάνθρωπον προσαγορεύουσιν οἱ τῶν εἰδῶν φιλοθεάμονες. Τρίτον οὖν ὁ ἄνθρωπος, ὁ μὲν νοερὸς καὶ μονοειδὴς, ὁ δὲ λογικὸς καὶ τριμερὴς καὶ τριδύναμος, ὁ δὲ αἰσθητικὸς καὶ πολυειδὴς καὶ παντοδαπός. Τὸ δὲ λογιζόμενον καὶ τὸ θεωροῦν ἡμεῖς ἐσμεν· ἡμεῖς γὰρ καὶ ψυχὴ ταυτόν.

κη'. Περὶ ψυχῆς.

Τῶν παρ' Ἕλλησι σοφῶν τὴν ψυχὴν, Πλάτων μὲν καὶ Ἀριστοτέλης, ὡς ὀργάνῳ φασὶ χρῆσθαι τῷ σώματι. Δεῖ γὰρ, φησὶν Ἀριστοτέλης, τὴν μὲν τέχνην χρῆσθαι τοῖς ὀργάνοις, τὴν δὲ ψυχὴν τῷ σώματι. Οἱ δὲ ἐκ Περιπάτου φιλόσοφοι ὡς ἔνυλον εἶδος μιγνύουσιν αὐτὴν τῷ σώματι καὶ διαπλέκουσιν. Οἱ δὲ περὶ Κλεάνθην καὶ σῶμα ταύτην ἀποφαίνονται, δυναμένην μέντοι γέ ποτε καὶ τοῦ φαινομένου χωρίζεσθαι σώματος. Πλωτῖνος δέ φησι μὴ ἀναγκάζεσθαι δέχεσθαι τὴν ψυχὴν τὰ πάθη τοῦ

A visionem. Omnia igitur per omnia permeant, nec minus unumquodque est per se. At enim corporum quodlibet per se est, nec per alia potest ob crassitiem permeare. E contrario incorporalia et intelligibilia utpote crassitiei et magnitudinis expertia, invicem se permeant, ac nihilominus inconfusa permanent. Omnes igitur species intelligibiles sibi invicem insunt atque unita sunt, nec minus separata sunt ac disjuncta, sicut in anima cogitationes.

26. *Adhuc de mente.*

Omnis mens divinis plena est ideis, ut bonitatis, sanctitatis, justitiæ, identitatis, similitudinis cæterisque : at divinior mens integriores ideas continet, vicissim quo inferior est, eo minores illarum partes. Superiores enim majoribus divinis facultatibus utuntur, inferiores vero mentes dum multiplicantur, facultatibus quas habent utuntur imbecillioribus. Quæ enim unitati proxima sunt, multitudine quidem ab inferioribus vincuntur, potentia autem præstant. Vicissim quæ ab unitate longius recedunt, numero plura, sed potentia minora sunt. Quidquid enim in multitudinem abit, potentia minuitur, sed quod unitur, potentia augetur ac crescit, licet numero minuatur. Unitio enim valentior est, divisio multitudinis procreatrix. Unitio minor numero, divisio potentia infirmior.

27. *De anima.*

Tres sunt animæ passiones. Prima quidem et summa qua intelligibilibus conjungitur, intelligentia appellatur. Infima qua res sensiles per sensum communem cognoscimus, dicitur opinio. Media, quæ ascendendo et descendendo colligere apta nata est. Atque homo quidem hactenus, mens, ratiocinatio, opinio : quod superest animal est, natura varia ac multiplex, pars divinæ sortis particeps, pars concupiscentia multiceps bestia, et ira qualis est leonum : sed verus homo ratio est. Exsistit porro et alius homo divinior veriorque, intelligibilis, quem αὐτάνθρωπον ipsohominem sive ideam hominis vocant qui idearum ac specierum contemplatione oblectantur. Triplex igitur homo dutur, unus intelligibilis, iste et unicus ac simplex ; alter rationabilis, tribus facultatibus ac veluti partibus constans : tertius sensibilis et multiplex variusque. Sumus autem id quod ratione et consideratione utitur : anima enim cujusque is est quisque.

28. *De anima.*

Inter Græciæ sapientes Plato et Aristoteles aiunt animam corpore uti tanquam instrumento. *Ars enim*, inquit Aristoteles, *instrumentis, anima corpore indiget.* At Peripatetici philosophi animam, velut formam materiæ, inhærentem corpori implicant ac permiscent. Cleanthes et animam statuit corpus esse, utpote quæ possit a corpore quod oculis cernitur separari ac secedere. Plotinus negat necesse esse ut anima corporis passionibus afficiatur, nam nec artificem ea quæ instrumentis suis contingunt

unquam persentiscere.Necessario autem uti sensibus animam.Nam ut per corpus operetur, sensum habere auxiliatorem, ut per illum externa cognoscat. Quandoquidem igitur incorporalis anima est, passiones corporis ad eam non pertingent; quod si pertingant, non essentiam ejus afficient, verum facultates et operationes.

29. *De anima.*

Quæ miscentur, vel ita miscentur inter se, ut confundantur, quemadmodum humores, vel ut modo implicentur mutuo ac permeent, uti aer et lux; si quis quæ singula consideret, illa quad essentiam distincta, operationibus permista deprehendet. Hinc Aristoteles duplicem ponit animam aliam separatam,aliam quæ in corpore subsistit.At non sentit anima se corpori esse permistam, sed corpus animatum. Corpus enim animæ beneficio habet quod sentit appetitque, atque aliarum est affectionum particeps. Itaque Plato statuit ipsi animæ esse veram propriamque substantiam : quæ enim in alio subsistit forma, ab eodem qualitas essentialis, non substantia appellatur.

30. *Adhuc de anima.*

Aliter physicus, aliter dialecticus animam definiunt. Physicus animæ substantiam considerat quatenus non est a corpore separata : naturæ siquidem scientiam professus, spectabit animam haud sejunctam a corpore,et quatenus haud sejuncta est. Dialecticus vero etiam rationes essentiæ illius in se spectatas expendit; et mathematicus abstracta a corpore contemplatur : sed primus philosophus de separabilitate vitæ ab anima est sollicitus.Quærere nimirum oportet num substantia sit anima necne, et potentiane an actu substantia sit? Atque utrum corpus sit,an incorporalis,an utrumque? Quodammodo etiam ex iis quæ animæ adsunt substantiam ejus intelligere fas est. Cæterum vita nostra rationabilis, quam mentem Aristoteles appellat,pro sua ad corpus inclinatione et separabilis est et inseparabilis.

31. *De anima.*

Anima quæ seipsam cognoscit et quod divina gaudet prærogativa,longe distat a natura corporum, omnibusque præstat seminibus. Multo etiam ante hæc ab omnibus corporibus distincta est, atque in propria sede supra omnes naturales ac seminales rationes,dixerim etiam ipsius universi collocata.Neque enim ex defluxione siderum in corpora venit, neque naturali sive corporali more generatur, neque seminales rationes eam in corpus ejaculant sed a Deo desuper descendit. Quæ vero seipsam ignorat,neque scit cœleste suum genus esse ac nobile,liberaque conditione se conditam ac constitutam, illa mancipii in morem corpori inservit,libertatemque perdit : et magnus ipsius oculus a naturali velamine obruitur aut exstinguitur.

32. *Num anima in angelum mutetur.*

Quæ diversis per essentiam generibus vitæ præ-

A σώματος, ἐπεὶ μηδὲ τεχνίτης τὰ πάθη τῶν ὀργάνων ὑποδέξαιτ' ἂν ποτε. Αἰσθήσει δὲ χρῆσθαί φησιν ἀναγκαῖον, τὸ γὰρ διὰ σώματος ἐνεργοῦν, ἔχει τὴν αἴσθησιν, ἵνα δι' αὐτῆς γινώσκῃ τὰ ἔξωθεν. Εἰ οὖν ἡ ψυχὴ ἀσώματος, τὰ πάθη τοῦ σώματος οὐ διαβήσεται ἐπ' αὐτήν. Εἰ δὲ καὶ ἔρχεται, οὐκ εἰς τὴν οὐσίαν αὐτῆς ἔρχεται, ἀλλ' εἰς τὰς δυνάμεις καὶ τὰς ἐνεργείας.

κθ'. Περὶ ψυχῆς.

Μίγνυται τὰ μιγνύμενα ἢ κιρνάμενα ἀλλήλοις ὥσπερ τὰ ὑγρὰ, ἢ διαπλεκόμενα ὥσπερ ὅ τε ἀὴρ καὶ τὸ φῶς. Εἰ δὲ ἐφάπτοι τὸ μόνον, τῇ μὲν οὐσίᾳ κεχώρισται, ταῖς δὲ ἐνεργείαις μέμικτσι. Καὶ Ἀριστοτέλης διὰ τοῦτο τὴν ψυχὴν ποιεῖ διττὴν, τὴν μὲν κεχωρισμένην, τὴν δὲ ἐν σώματι τὴν ὑπόστασιν
B ἔχουσαν. Πλὴν οὐχ ἡ ψυχὴ αἰσθάνεται ἡ ἐν τῷ σώματι οὖσα εἴπερ κέκραται τῷ σώματι, ἀλλὰ τὸ ἔμψυχον σῶμα. Τὸ γὰρ σῶμα διὰ τὴν ψυχὴν αἰσθητικὸν γέγονε, καὶ ὀρεκτικὸν καὶ τῶν ἄλλων παθῶν δεκτικόν. Πλάτων δὲ τὴν ἀληθινὴν οὐσίαν τῆς ψυχῆς ἑαυτῆς φησιν εἶναι. Τὸ γὰρ ἐν ἄλλῳ τὴν ὑπόστασιν ἔχον εἶδος, ποιότητα οὐσιώδη καλεῖ. ἀλλ' οὐκ οὐσίαν.

λ'. Περὶ ψυχῆς.

Διαφόρως ὁρίζεται τὴν ψυχὴν ὁ φυσικὸς καὶ διαλεκτικός· ὁ μὲν γὰρ φυσικὸς ἀντιλαμβάνεται τῆς ψυχικῆς οὐσίας, καθόσον ἐστὶ σωμάτων ἀχώριστος. Ὁ γοῦν φυσιολόγος ἐπιστημονικὸς ὢν, καὶ γὰρ ἀχώριστον εἴσεται καὶ ὅπως ἀχώριστον. Ὁ δὲ διαλεκτικὸς καὶ τοὺς οὐσιώδεις λόγους καθ' ἑαυτοὺς ὄντας ἐπινοεί. Ὁ δὲ μαθηματικὸς ἐξ ἀφαιρέσεως
C τούτων ἐπισκέπτεται· ὁ δὲ πρῶτος φιλόσοφος περὶ τῆς χωριστικῆς ζωῆς τῆς ψυχῆς πραγματεύεται. Δεῖ δὲ ζητεῖν πότερον οὐσία ἡ ψυχὴ ἢ οὔ. Καὶ ἢ οὐσία δυνάμει, ἢ ἐνεργείᾳ. Καὶ σῶμα ἢ ἀσώματος, ἢ ἄμφω τρόπον τινὰ, καὶ ἐκ τῶν ὑπαρχόντων τῇ ψυχῇ τὴν οὐσίαν αὐτῆς ἐννοεῖν. Ἡ δὲ λογικὴ ἡμῶν ζωὴ ἣν προσαγορεύει νοῦν Ἀριστοτέλης, ἐν τῇ πρὸς τὸ σῶμα νεύσει χωριστή τε ἅμα ἐστὶ καὶ ἀχώριστος.

λα'. Περὶ ψυχῆς.

Ψυχὴ ἑαυτὴν γνοῦσα, καὶ ὅτι θεῖον ἔχει ἀξίωμα, πόῤῥω μὲν τῆς φύσεως ἵσταται. Πάντων δὲ τῶν σπερμάτων προέχει. Πολὺ δέ τι τούτων πρότερον πάντων σωμάτων κεχώρισται, καὶ ἐφ' ἑαυτῇ ἕδρᾳ
D ἄνω που καθημένη τῶν φυσικῶν λόγων καὶ τῶν σπερματικῶν, εἰπεῖν δὲ καὶ αὐτοῦ τοῦ παντός. Οὐ γὰρ ἀπὸ τῆς τῶν ἄστρων ἀποῤῥοίας τῷ σώματι παραγίνεται, οὔτε ἀπὸ φύσεως εἰς γένεσιν ἔρχεται, οὔτε σωματικοὶ λόγοι ταύτην εἰς τὸ σῶμα ἐξακοντίζουσιν, ἀλλ' ἄνωθεν ἀπὸ Θεοῦ κάτεισιν. Ἀγνοήσασα δὲ ἑαυτὴν, καὶ ὅτι τῆς ἄνωθεν εὐγενείας ἐστὶ καὶ ἐλευθέρα καθέστηκεν, δουλοπρεπῶς θητεύει τῷ σώματι, καὶ τὴν ἐλευθερίαν ἀπόλλυσιν. Καὶ ὁ μέγας αὐτῆς ὀφθαλμὸς ὑπὸ τοῦ φυσικοῦ καλύμματος καταχώννυται, ἢ ἀποσβέννυται.

λβ'. Εἰ μεταβάλλει ψυχὴ εἰς ἄγγελον.

Οὐ μεταβάλλει τὰ κατ' οὐσίαν ἕτερα εἴδη τῆς

ζωῆς εἰς ἕλληλα. Οὐ γάρ ἐστιν ὅμοια τὰ γεννητὰ καὶ μεταβλητὰ τοῖς ἀμεταβόλοις. Ἀλλὰ ψυχὴ ἄγγελος μὲν ἢ ἀρχάγγελος γενέσθαι οὐ δύναται, μιμεῖται δὲ ὅσον εἰκὸς τὰς ἐνεργείας αὐτῶν. Καὶ πρὸς τὰ ὑπερέχοντα γένη ἀπεικονίζεται, ἐπεὶ καὶ κατ' εἰκόνα Θεοῦ γεγένηται, ἡ δὲ εἰκὼν ὁμοίωσιν ἔχει τὸ παράδειγμα. Εἰ δὲ ὁμοιοῦται Θεῷ, πολλῷ μᾶλλον ταῖς ὑποδεστέραις δυνάμεσιν. Καὶ πᾶσα μὲν ψυχὴ κατ' εἰκόνα πεποίηται Θεοῦ, οὐ πᾶσα δὲ ἔχει τὸ καθ' ὁμοίωσιν. Τὸ μὲν γὰρ κατ' εἰκόνα, δύναμίς ἐστι πρὸς τὴν τῶν καλῶν ἐργασίαν, καὶ οἷον ἀρχή τις, ἀφορμὴ τῶν ἀγαθῶν πράξεων, καὶ οἷον σκιαγραφία τῶν ἀρετῶν. Τὸ δὲ καθ' ὁμοίωσιν ἐνεργείᾳ ἐστὶν αὐτὸ τέλος καὶ ἀπηρτισμένη εἰκών. Οὐ πάντες δὲ ὁμοίως τὸ καθ' ὁμοίωσιν ἔχομεν, ἀλλ' οἱ μὲν μᾶλλον, οἱ δὲ ἧττον.

A dita sunt non inter se invicem permutantur, neque enim mutabilia, quæque generantur, sunt similia illis quæ nullam mutationem recipiunt. Anima vero angelus quidem vel archangelus fieri nequit, quantum tamen fas est, eorum imitatur actiones, atque præstantioribus generibus se assimilat, siquidem et facta est ad imaginem Dei : imago porro ad similitudinem exemplum sibi habet propositum. Quod si Deo assimilatur, multo magis iis quæ infra Deum sunt potestatibus. Et omnis quidem anima ad imaginem facta est, ut vero similitudinem etiam referat, non habet omnis anima. Ad imaginem enim factam esse, significat facultatem pulchra et honesta facta edendi, et principium atque ansam bonarum actionum quamdamque vero, effectum ipsum, virtutis. Ad similitudinem vero, effectum ipsum, et finem atque imaginem perfectam et absolutam. Neque vero omnes æqualiter illud ad similitudinem habemus, sed alii magis, alii minus.

λγ'. Εἰ ἄναρχος ἡ ψυχή.

Οὐκ ἔστιν ἀρχὴ καθ' ἑαυτὴν ἡ ψυχή, οὐδὲ ἀγέννητος οὔτε ὡς ἄνευ ἑτέρας αἰτίας αὕτη πρὸ τῶν ἄλλων ὑπάρχουσα. Τίς δὲ ἡ αἰτία ; ἀφ' ἧς πρώτης εἴρηται, παντί γε τοῦτο σαφὲς, ὡς ἡ δημιουργικὴ, ἀρχὴ γὰρ αὕτη πάσης τῆς τῶν ὄντων ἀπογεννήσεως. Τίς δὲ ἡ πρόοδος αὐτῆς ; Καὶ πῶς προῆλθεν ; Ἡμεῖς μὲν οὐσιοποιοῦμεν αὐτὴν ἀπὸ τοῦ ἐμφυσήματος ᾧ ἐνεφύσησεν εἰς τὸν πρῶτον ἄνθρωπον ὁ Θεός. Ἕλληνες δὲ ποικιλώτερον περὶ τούτου διεξίασιν, ὥσπερ δὴ καὶ περὶ τῶν ἄλλων, ὅτι διὰ μόνην τὴν τελειότητα ἀπογεννᾷ τὰ παραγόμενα ὁ Θεός. Καὶ ἵνα τὸ ξύμπαν τέλειον ἀποδείξῃ, ὁμοῦ μὲν πάντα παράγει. Ἕκαστον δὲ κατὰ τὴν ἰδίαν τάξιν πρόεισιν. Τὸ ὂν ἀφ' ἑαυτοῦ, ἡ ζωὴ, ἀπὸ τοῦ ὄντος, ὁ νοῦς ἀπὸ τῆς ζωῆς, ἡ ψυχὴ ἀπὸ τοῦ δημιουργοῦ νοῦ. Ἔτι οὖν, φασὶν, ἡ ψυχὴ νοῦ γέννημα, ἄχρονος ἐξ αὐτοῦ προϊοῦσα.

B 33. *Num principii expers sit anima.*

Non est ipsa sibi principium anima neque ingenita, neque citra aliam causam præ aliis exsistens. Quæ porro prima ejus causa sit, nemini non est perspicuum, creatrix nempe illa quæ omnium rerum generationis est principium. Quis vero ejus progressus, et quomodo processit? Nos quidem substantiam ejus repetimus ab insufflatione, qua Deus in primum hominem illam inspiravit. Ethnici autem varia subtilitate hac de re uti etiam de aliis disputant, aiuntque per solam perfectionem suam Deum omnia quæ producuntur procreare, atque ut universum perfectum absolvat, omnia procreare simul, ita ut unumquodque secundum proprium ordinem procedat : ens a seipso, vita ab ente, a vita mens, a demiurgo sive procreatrice mente anima. Aiunt igitur animam esse progeniem mentis sine tempore ex illa profectam.

λδ'. Ἀκριβέστερον περὶ ψυχικῶν δυνάμεων.

Οἱ μὲν πολλοὶ τῶν φιλοσόφων ἁπλῶς οὔτε δυνάμεις ψυχῆς ὀνομάζουσι. Χρὴ δὲ οὕτως διαιρεῖν, ὡς εἰσὶ νοεραὶ δυνάμεις τῆς ψυχῆς, αἱ μὲν νοεραὶ, καὶ εἰς τὸν κρείττονα ἀναγόμεναι τῆς ψυχῆς τὸν ἄϋλον νοῦν· αἱ δὲ πληρούμεναι αὐτοῦ τοῦ νοῦ τὴν ψυχὴν, ὅστις ἐξ ἀϊδίου αὐτῇ συνυπάρχει· αἱ δὲ ὁρίζουσαι τὰς δυνάμεις τῆς ψυχῆς ὅλως καὶ διατάττουσαι κατὰ τὴν νοεραν νόησιν, αἱ δὲ διαθεσμοθετοῦσαι ὥσπερ νόμοι τινὲς ἔμψυχοι τὰ δεύτερα τῆς ζωῆς εἴδη μετὰ τὸν νοῦν· καὶ αἱ μὲν ἀγαθοειδεῖς· αἱ δὲ τῷ καλῷ ἀποσεμνυνόμεναι. Ἰάμβλιχος δὲ ὁ φιλόσοφος περιττότερος τοῦ δέοντος ὤν, κατάγει τὴν λογικὴν ψυχὴν ἀπὸ τοῦ Θεοῦ ἄχρι τῆς γῆς, καὶ ἐν ἑκάστῃ μερίδι τοῦ παντὸς ἀλλάττει τὰς δυνάμεις αὐτῆς, καὶ ἄλλας μὲν αὐτῆς ἐν οὐρανῷ τίθεται, ἄλλας δὲ ἐν τοῖς στοιχείοις, ἄλλας δὲ ἐν τῷ παχεῖ σώματι.

34. *Accuratius de animæ facultatibus.*

Multi philosophorum simpliciter ne quidem facultates animæ appellant. Fas vero est ita distinguere, quod mentales animæ facultates sunt, sive quæ utpote mentales mentem animæ immaterialem adducunt ad præstantiora, sive quæ animam mente quæ ab æterno illi coexsistit replent, sive quæ determinant animæ facultates integras et secundum mentalem intellectum disponunt, sive tanquam leges quædam animatæ dirigunt secundas vitæ post mentem species, atque boni honestive studio sunt exornatæ. Jamblichus vero philosophus, modum quodammodo excedens, animam rationalem a Deo usque deducit in terram, et in qualibet parte universi alias ei facultates tribuit. Alias igitur ei ascribit in cœlo, in elementis alias, alias denique in crassis corporibus.

λε'. Πῶς ὁ Πλάτων γεννητὴν ὁμοῦ τὴν ψυχὴν καὶ ἀθάνατον ἀποφαίνεται.

Ἀγέννητον μὲν τὴν ψυχὴν ὁ Πλάτων οἴεται δι' ἣν ἔχει οὐσίαν καὶ ζωὴν, οὐ γὰρ ὑπὸ χρόνον, οὐδὲ μὴ οὖσα, φησὶ, γεγένηται. Ἐπεὶ δὲ οὐκ ἔχει ἄπειρον τοῦ εἶναι δύναμιν, ἀλλ' ἀεὶ δέχεται ταύτην ἀπὸ τῶν ὑπερκει-

35. *Quomodo Plato simul docet animam et genitam esse et immortalem?*

Ingenitam equidem Plato animam opinatur ratione essentiæ qua gaudet et vitæ ; non enim in tempore et postquam non exstitisset factam esse affirmat. Quatenus autem non habet infinitam essendi fa-

cultatem, sed eam semper a superioribus essentiis accipit, hac ratione docet eam genitam esse. Quod enim est (5),ingenitum est; quidquid vero fit,est genitum.Anima igitur sempiterna est ratione essentiæ vitæque, et juxta hanc conditionem æterna : fit autem, quatenus infinitam essentiam non capit, sed desuper habet ut infinita sit, et destinatam tenet immortalitatem.Non enim corpora solum generantur, sed etiam animæ,prout et ipsæ temporis partieipes sunt. Omnis siquidem motus et mutatio tempus sibi habet adjunctum. Nam et Plato ante animam ponit adhuc mentes intramundanas, et a corpore abstractas, et divinam illarum seriem.

A μένων οὐσιῶν, κατὰ τοῦτο γενητὴν δογματίζει. Τὸ μὲν γὰρ ὂν ἀγένητον. Πᾶν δὲ τὸ γινόμενον γενητόν. Ἀεὶ μὲν οὖν ἐστιν ἡ ψυχὴ κατὰ τὴν οὐσίαν καὶ τὴν ζωὴν, καὶ διὰ ταύτην τὴν ὑπόθεσιν αἰώνιος· γινομένη δὲ ὡς μὴ δυναμένη δέξασθαι τὴν ἀπειρίαν τοῦ εἶναι, ἀλλ' ἄνωθεν ἀπειροουμένη, καὶ ἐπινοουμένην αὐτῇ τὴν ἀθανασίαν ἔχουσα. Οὐ γὰρ ἐπὶ σωμάτων μόνων ἡ γένεσις, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ ψυχῶν, καθόσον αὗται χρόνου μετέχουσι. Πᾶσα γὰρ μεταβατικὴ κίνησις συνεζευγμένον ἔχει τὸν χρόνον. Ὁ γάρ τοι Πλάτων πρὸ τῆς ψυχῆς τοὺς νοῦς ἔτι τοὺς ἐγκοσμίους καὶ τοὺς ἀσχέτους, καὶ τὸν θεῖον διάκοσμον τίθησιν.

36. *Qualis animarum generatio secundum Platonem?*

λς'. Τίς ἡ Πλατωνικὴ ψυχογονία.

Animæ alia essentia, alia est facultas, alia operatio. Tres igitur hæ species ac tria veluti capita generationis. Alia itidem ejus est substantia, alia harmonia,et alia denique species quæ ex his resultat ac perficitur. Nam et ignis alia essentia est qua est, alia facultas, effectus alius quo hæc quidem rationem essendi ejus determinat, harmonia vero essentialem ejus coaptat multitudinem, species vero ex duobus illis fit emergitque.Prima igitur est animæ substantia, altera harmonia, tertia idea,quarta facultas, quinta operatio, sexta denique et ultima quæ ex his resultat forma ac species.

B Τῆς ψυχῆς ἄλλη μὲν ἡ οὐσία, ἄλλη δὲ ἡ δύναμις, ἄλλη δὲ ἡ ἐνέργεια. Τῆς οὖν ψυχογονίας τρία πρόσωπα ταῦτα καὶ κεφάλαια. Καὶ ἄλλη μὲν αὐτῇ ἡ ὕπαρξις, ἄλλη δὲ ἡ ἁρμονία, ἄλλο δὲ τὸ εἶδος τὸ ἐκ τούτων ἀποτελούμενον. Καὶ γὰρ τοῦ πυρὸς ἄλλη μὲν ἡ οὐσία, καθ' ἣν ἔστιν, ἄλλη δὲ ἡ δύναμις, ἄλλη δὲ ἡ ἐνέργεια καθ' ἣν τὰ μὲν ξηραίνει, τὰ δὲ θερμαίνει. Καὶ ἡ μὲν ὕπαρξις τὸ εἶναι αὐτῇ ἀφορίζεται, ἡ δὲ ἁρμονία τὸ οὐσιῶδες αὐτῆς πλῆθος ἁρμόζει. Εἶδος δέ ἐστι τὸ ἐκ τούτοιν τοῖν δυοῖν ἀποτελούμενον. Πρώτη μὲν οὖν αὐτῆς ὕπαρξις. Δευτέρα ἡ ἁρμονία. Τρίτη ἡ ἰδέα. Τετάρτη ἡ δύναμις. Πέμπτη ἡ ἐνέργεια, ἕκτον καὶ τελευταῖον τὸ ἐκ τούτων εἶδος.

37. *Quare anima media sit inter partibilia atque impartibilia.*

λζ'. Διὰ τί ἡ ψυχὴ μέση τῶν μεριστῶν καὶ ἀμερίστων λέγεται;

Intelligibilium rerum proprietates hujuscemodi sunt ; ut sit vere ens, æternum, perfectum atque alia consimilia. At sensibilium aliæ variæ sunt proprietates,veluti quod secundum essentiam suam sint in tempore, partibilia et alterius indigentia et plura hujus generis. His succedit quod non vere ens est, sed essentia quidem est æternum, operationum vero respectu habet ut sit in tempore, et quæ his sunt consentanea. Atque ita anima neque vere ens est, neque vere non ens ; ideo mediam illam esse dicimus inter æterna et sensibilia,utpote non pure exsistentem æternam, nec omnino sensibilem, sed ex utrisque mistam ac veluti ex duobus extremis temperatam. Quod si vere ens esset, impartibilis esset; si contra vero esset non ens, esset partibilis. Quandoquidem autem non vere ens, media est inter impartibilem partibilemqne.

C Τῶν μὲν νοητῶν ἰδιώματα ταῦτα, τὸ ὄντως ὄν, τὸ αἰώνιον, τὸ τέλειον, καὶ ἕτερα τοιουτότροπα. Τῶν δὲ αἰσθητῶν ἕτερα ἅττα τὰ ἰδιώματα. Τὸ ἔγχρονον κατὰ τὴν οὐσίαν, τὸ μεριστὸν, τὸ ἄλλου προσδεὲς, καὶ ὅσα τοιαῦτα. Μετὰ δὲ τούτων ἐστὶ τὸ οὐκ ὄντως ὄν, τὸ κατ' οὐσίαν μὲν αἰώνιον, κατὰ δὲ τὰς ἐνεργείας ἐν χρόνῳ, καὶ τὰ τούτοις ἀκόλουθα. Ἡ οὖν ψυχὴ οὔτε ὄντως ὄν ἐστιν, οὔτε ὄντως μὴ ὄν, διὰ ταῦτα μέσην τὴν ψυχὴν φαμεν τῶν τε αἰωνίων καὶ τῶν αἰσθητῶν, οὔτε καθαρῶς αἰωνίαν οὖσαν οὔτε μὴν ἐναργῶς αἰσθητὴν, ἀλλ' ἐξ ἀμφοτέρων μικτὴν, καὶ οἷον ἐκ τῶν ἀκροτήτων κερανυμένην. Καὶ εἰ μὲν ἦν ὄντως, ὄν, ἦν ἂν ἀμέριστος, εἰ δὲ ὄντως μὴ ὄν, ἦν ἂν μεριστή. Ἐπεὶ δ' μὴ ὄντως ὄν ἐστι, μέση ἐστὶν ἀμερίστου καὶ μεριστοῦ.

D

38. *De cujus animæ generatione agit in Timæo Plato?*

λη'. Ποίαν ψυχὴν ὁ Πλάτων ἐν Τιμαίῳ γεννᾷ;

De generatione animæ universi Plato in Timæo tractat, ut videtur philosopho Proclo : illa enim habet ut et indivisibilis sit et divisibilis, media nempe exsistens inter mentem mundi et divisibilem per corpora substantiam.Quemadmodum enim nos apostolico sermoni habentes fidem, principatus quosdam ac potestates, et dominationes, et alia

Τὴν τοῦ παντὸς ψυχὴν ὁ Πλάτων κατὰ τὸν φιλόσοφον Πρόκλον ἐν τῇ τοῦ Τιμαίου βίβλῳ γεννᾷ, καὶ αὕτη γὰρ τὸ ἀμέριστον ἔχει καὶ τὸ μεριστόν. Καὶ μέση ἐστὶ τοῦ τε ἐγκοσμίου νοῦ, καὶ τῆς περὶ τοῖς σώμασι μεριστῆς οὐσίας. Ὥσπερ γὰρ ἡμεῖς οἱ τῷ ἀποστολικῷ λόγῳ ἑπόμενοι ἀρχάς τινας καὶ δυνάμεις, καὶ κυριότητας καὶ ἄλλα τοιαῦτα ἢ μείζονα ἢ ἐλάττονα

NOTÆ.

(5) Tanquam τὸ αὐτοὸν vel ὄντως ον, quod est per se ac semper.

μέσον ἡμῶν καὶ Θεοῦ τιθέμεν, οὕτω δὴ καὶ τῶν ἑλλήνων οἱ δῆθα σοφώτεροι ἑνάδα τινὰ ἐξηρημένην ἰδογμάτισαν, καὶ μετὰ ταῦτα ὄντα, καὶ ζῶντα καὶ νοεῦντά τινα, εἶτα ὑπερκοσμίους νοῦς, καὶ αὖθις ἐγκοσμίους· καὶ μετὰ τούτους τὴν ὅλην ψυχὴν, καὶ μετὰ ταύτην τὴν τοῦ παντός· καὶ τέλος τὰς μερικάς. Καὶ τὸν ψυχικὸν ἐν ταύτῃ συμπληροῦσι διάκοσμον.

λθ'. Πόσαι αἱ τῆς ψυχῆς δυνάμεις καὶ τίνες;

Τῆς ψυχῆς ἡ μὲν ἀντιληπτική τίς ἐστι δύναμις, καθ' ἣν τῶν ὄντων ἀντιλαμβάνεται· ἡ δὲ παθητική, καθ' ἣν διατίθεται οἰκείως καὶ ἀλλοτρίως· ἡ δὲ πρακτική, καθ' ἣν πρὸς τὰς πράξεις ἑκουσίως ὁρμᾷ. Καὶ τῶν δυνάμεων τούτων ἄλλαι μὲν ἀπόλυτοί εἰσι καὶ μόνης τῆς ψυχῆς, ἄλλαι δὲ τῆς ψυχῆς καὶ αὐγοειδέσιν ἐποχοῦνται σώμασι, τινὲς δὲ πνεύματι ἐνύλῳ συνυφεστήκασιν, αἱ δὲ τελευταῖαι εἰς τὸ ὀστρεῶδες σῶμα ἀποτελευτῶσιν. Ἡ δὲ φανταστικὴ δύναμις, πρὸς πάσας τὰς δυνάμεις τῆς ψυχῆς παραπέφυκε, καὶ οἷον ἐκμάττεται ταύτην, καὶ ταῖς μὲν κρείττοσι τὰς ὑποδεεστέρας ἀποτυποῖ, ταῖς δὲ ὑποδεεστέραις τὰς κρείττονας. Ἀποτυπουμένη γὰρ τὰς νοερὰς δυνάμεις τῇ διανοίᾳ ταύτας ἐπισφραγίζεται, καὶ αὖθις ἀποματτομένη τὰ διανοήματα, τῷ νῷ ταῦτα ἐγκατατίθεται.

μ'. Τί ἐστι φύσις;

Φύσις ἐστὶ δύναμις, ὀφθαλμοῖς μὲν ἀθέατος, νῷ δὲ θεωρητὴ, τοῖς σώμασιν ἐγκατεσπαρμένη παρὰ Θεοῦ, ἀρχὴ κινήσεως καὶ ἠρεμίας. Αὕτη γὰρ ἐστιν ἡ κινοῦσα τὰ φυσικὰ σώματα, καὶ αὖθις ἠρεμεῖν ποιοῦσα. Πάντα γὰρ τὰ σώματα, οἷον τὰ στοιχεῖα καὶ τὰ ἐκ τούτων συγκείμενα, εἰ καὶ ὑπὸ Θεοῦ καὶ τὴν κίνησιν καὶ τὴν ἡσυχίαν ἔχει, ἀλλὰ προσεχῶς ὑπὸ φύσεως κινεῖται. Πολλὰ μὲν γάρ εἰσι τὰ κινοῦντα τὰ σώματα, πρῶτον ὁ Θεὸς, εἶτα ὁ νοῦς, εἶτα ἡ ψυχή. Ἀλλὰ τελευταῖον ἡ φύσις, οἷον ὄργανόν ἐστι τοῦ Θεοῦ. Τὸν μὲν γὰρ ἄνθρωπον καὶ τὰ ἄλογα ζῶα κινεῖ καὶ ἡ ψυχὴ καὶ ἡ φύσις. Τὰ δὲ σώματα καὶ τὰ ἁπλᾶ καὶ τὰ σύνθετα, μόνη ἡ φύσις κινεῖ, καὶ πάλιν ἵστησι τῆς κινήσεως.

μα'. Τίς ἡ διαίρεσις τῶν κοινῶν ἐνεργειῶν τῆς ψυχῆς πρὸς τὸ σῶμα;

Τῶν ἐνεργειῶν αἱ μὲν ἄρχονται ἀπὸ ψυχῆς ὥσπερ αἱ κρείττους καὶ προέχουσαι, αἱ δὲ ἀπὸ τοῦ σώματος ἐνεγείρονται, ὅταν διψῇ μὲν ἡ πεινῇ ἢ ῥιγῇ, ἤ τινος ἄλλου τοιούτου δέηται ἡ ψυχὴ δὲ τὸ ἐντεῦθεν πορίζοι τὰ ἐλλείποντα τῷ σώματι. Πάλιν τοίνυν τὰ μὲν τοῦ σώματός ἐστι παθήματα δι' αὐτὴν, ὥσπερ τὸ ἐρυθριᾷν, διότι ἡ ψυχὴ αἰσχρόν τι ἔκρινε. Τὰ δὲ τῆς ψυχῆς διὰ τὸ σῶμα, ὥσπερ αἱ ἡδοναὶ καὶ αἱ λύπαι διὰ τὴν τοῦ σώματος γένεσιν περὶ τὴν ψυχὴν διαβαίνουσιν. Τὰ δὲ ἐπεὶ κοινωνεῖ ἐξ ἴσου, ὥσπερ δὴ καὶ τὸ φέρεσθαι κατὰ τόπον. Τὸ μὲν γὰρ διαμείβειν τόπον ἰδιόν ἐστι σώματος· τὸ δὲ κινεῖν κατὰ τὴν φοράν, ψυχῆς ὑπάρχει ἐνέργεια.

μβ'. Πότε ἡ ψυχὴ τῷ κυουμένῳ ἑνοῦται σώματι;

Ὁ μὲν τὴν Θεολογίαν μέγας Γρηγόριος ἀσαφής ἐστι περὶ τοῦτο τὸ μέρος, καὶ οὐκ ἂν ῥᾳδίως αὐτὸν εὕροις ταύτῃ ἢ ἐκείνῃ προσκείμενον τῶν δοξῶν. Ὁ δὲ θεῖος Γρηγόριος ὁ Νυσσεὺς καὶ ὁ πολὺς τὴν

ejusmodi sive minora, Deum inter et nosmet ponimus, sic et sapientissimi quique Græcorum unitatem eximiam quamdam statuerunt, postque hanc entia, et viventia atque intelligentia nonnulla, deinde supramundanas et intramundanas mentes, et post has animam omnimodam, atque deinceps animam universi, et denique particulares animas. Sic ordo et series animarum illis completur.

39. *Quot et quænam sint animæ facultates?*

Animæ alia facultas est perceptrix, per quam res percipit; alia passiva, qua vel congruenter naturæ suæ vel injucundo modo afficitur; alia activa, qua sponte fertur ad actiones. Harum facultatum aliæ sunt absolutæ et ad solam pertinent animam, aliæ etiam animæ lucidis insunt corporibus, aliæ pariter in spiritu materiali existunt, postremæ pertingunt ad ipsam testam usque crassi corporis. Omnibus autem animæ facultatibus superaddita est facultas imaginatrix, quæ veluti exprimit illas ac consignat, et præstantioribus deteriores et deterioribus præstantiores delineat ac describit. Intelligibiles enim facultates cum effingit, cogitationi illas imprimit, et vicissim cum efformat cogitationes, imponit eas menti.

40. *Quid est natura?*

Natura est facultas non oculorum conspicienda acie, sed mente contemplanda, corporibus inseminata a Deo, motus quietisque principium. Natura quippe est quæ corpora naturalia movet, iterumque facit quiescere. Corpora enim quælibet, ut elementa et quæ ex his composita sunt, licet a Deo motum et quietem habent, tamen proxime a natura moventur. Plura enim sunt quæ corpus movent: Deus primum, tum mens, deinde anima, denique natura tanquam Dei instrumentum. Hominem etenim et brutas animantes anima et natura movet. Corpora tum simplicia tum composita a sola moventur natura, quæ iterum quoque motum eorumdem sistit.

41. *Quomodo distinguuntur communes operationes animæ et corporis!*

Operationum aliæ principium habent ab anima ut potiores et præstantiores: aliæ a corpore excitantur, quando sitit, vel esurit aut friget, aut alia ejusmodi re indiget, unde anima ipsi desiderata suppeditat. Vicissim corpus passiones sentit animæ causa, ut erubescit, quando anima aliquid turpe judicavit. Anima itidem afficitur propter corpus, itaque voluptates ac dolores ex corporis conditione in animam penetrant. De aliis operationibus ex æquo participant utraque, ut quando de loco in locum homo movetur. Nam mutare locum, corpori proprium est, sed movere et impellere, animæ est operatio.

42. *Quando anima nascenti corpori unitur?*

Magnus Theologus Gregorius hac in parte obscurus est, nec facile eum deprehendas huic vel illi opinioni adhærere. At enim divinus Gregorius Nyssenus, et Maximus insignis ille confessor ac

philosophus animam nec antiquiorem corpore, nec postgenitam statuunt, sed simul cum dejectione seminis ad animam suscipiendam apti, eamdem subsistere affirmant. Ethnicorum autem eximii post perfectum naturale instrumentum sive corpus prognatumque, animam illi aiunt ingenerari. Et quamdiu uteri quidem adhuc radicibus embryo affixus hæret, naturalem illi animam tribuunt, egredienti autem rationalem, et procedente tempore intelligentem.

A ὁμολογίαν καὶ τὴν φιλοσοφίαν Μάξιμος οὔτε πρεσβυτέραν τὴν ψυχὴν τοῦ σώματος, οὔτε μεταγενεστέραν τιθέασιν, ἀλλ' ὁμοῦ τῇ καταβολῇ τοῦ σπέρματος ἐπιτηδείου πρὸς ὑποδοχὴν ψυχῆς τυγχάνοντος, ταύτην ὑφιστάνουσι. Τῶν δὲ Ἑλλήνων οἱ πρόκριτοι, μετὰ τὴν τελείωσιν τοῦ φυσικοῦ ὀργάνου καὶ τὴν ἀποκύησιν τούτου, ἐνσπείρουσι ταύτην τῷ σώματι, πλὴν ὅτε μὲν ἔσωθεν ἢ κατερρίζωμένον τὸ ἔμβρυον, τὴν φυσικὴν ψυχὴν τούτῳ διδόασιν, ἐξελθόντι δὲ τὴν λογικὴν, καὶ προϊόντι τὴν νοεράν.

43. *Quomodo anima unitur corpori?*

Insinuat se corpori anima sicut sol oriens momento omnia luce complet : nam sic et anima corpus statim accendit ad vitam et vivificat, quo ipso et illud indiget, ut cum ea uniri possit. Sicut porro nervi, longius etiamsi absunt, una moventur, et sicut Naphta quam vocant transilientis ignis vim concipit, medio aere non inflammato, sic et corpus ab anima totum statim illuminatur, neque oportet indivisibilis vitæ et facultatis divisas illuminationes vel participationes comminisci. Conferri autem hæc potest cum participatione (6) entis quæ in re fluxa observatur. Quemadmodum rei fluxæ enim ens adest sine tempore, sic et anima sine tempore adest corpori.

μγ'. Πῶς ἑνοῦται τῷ σώματι ἡ ψυχή ;

Εἰσκρίνεται τῷ σώματι ἡ ψυχὴ ὥσπερ ἡ ἀνατολὴ τοῦ ἡλίου πάντα ἀνθρόως ἐμπίμπλησι τοῦ φωτός. Καὶ γὰρ καὶ αὐτὴ ἀθρόως ἐξάπτει τὸ σῶμα εἰς τὴν ζωὴν, καὶ ζωοποιεῖ, τοῦτο ἐπιτηδείως ἔχον πρὸς B τὴν ἕνωσιν ταύτης. Ὥσπερ οὖν αἱ νευραὶ αἱ συνηρμοσμέναι καὶ εἰ πόρρω τύχοιεν οὖσαι, συγκινοῦνται· καὶ ὁ καλούμενος φθὰς δέχεται τοῦ πυρὸς τὴν δύναμιν τοῦ μεταξὺ ἀέρος μὴ πυρουμένου, οὕτω δὴ καὶ τὸ σῶμα ἀθρόως ἐλλάμπεται ὑπὸ τῆς ψυχῆς, καὶ οὐ δεῖ τῆς ἀμερίστου ζωῆς καὶ δυνάμεως διῃρημένας ἐπινοεῖν τὰς ἐλλάμψεις, ἢ τὰς μετοχάς. Ἀπεικαστέον δὲ αὐτὴν τῇ τοῦ ὄντος μετοχῇ εἰς τὸ γινόμενον. Ὥσπερ γὰρ τὸ ὂν ἀχρόνως τῷ γινομένῳ πάρεστιν, οὕτως καὶ αὐτὴ ἀχρόνως πάρεστι τῷ σώματι.

44. *De anima irrationabili.*

Quatuor hisce Græcorum philosophi animam irrationabilem definiunt : appetitu, quo voluptatis sumus ac doloris participes ; opinione quæ medias designat rationes inter species sensiles, et puras atque a materia abstractas rationes : sentiendi facultate, quæ externis speciebus assimilatur, ac præsentii externa, salutariane sint an exitiosa : natura denique, quæ proprie est causa generationis et proxime corporibus adhæret, generatque illa et facit ut crescant, gubernatque ac dirigit. His quatuor rebus nonnulli philosophorum essentiam animæ irrationabilis consistere statuunt, ac veluti insititiam esse rationali animæ corporique simul inductam : huic quoque irrationabili animæ injungunt munus administrandi corporis.

μδ'. Περὶ ἀλόγου ψυχῆς.

Ἐν τέσσαρσι τούτοις παρ' Ἕλλησιν οἱ φιλοσοφίσαντες τὴν ἄλογον ψυχὴν ἀφορίζουσιν· ἐν τῇ ὀρεκτικῇ, καθ' ἣν ἡδονῆς καὶ λύπης μετέχομεν· ἐν τῇ δοξαστικῇ, ἥτις τοὺς μέσους λόγους καὶ μεταξὺ τῶν αἰσθητῶν εἰδῶν καὶ τῶν ἀΰλων καὶ καθαρῶν λόγων C ἀφώρισται· ἐν τῇ αἰσθητικῇ, ἥτις πρὸς τὰ ἐκτὸς εἴδη ὡμοίωται, καὶ προαισθάνεται τὰ ἔξωθεν σωτήρια καὶ ὀλέθρια· ἐν τῇ φυσικῇ, ἥτις ἔστι κυρίως γενεσιουργὸς, καὶ συμπλέκεται προσεχῶς τοῖς σώμασι, γεννᾶται αὐτὰ καὶ αὔξει καὶ διοικεῖ καὶ κατευθύνει. Ἐκ τούτων δὴ τῶν τεσσάρων τὴν ἄλογον ψυχὴν ἔνιοι τῶν φιλοσόφων οὐσιώσαντες ἐγκεντρίζουσιν οἷον τῇ λογικῇ ψυχῇ, καὶ τῷ σώματι συνεισάγουσι. Τὴν δὲ ἄλογον οἰκονομεῖν τὰ σώματα ἐπιτρέπουσιν.

45. *Quid voluntas et ratiocinium practicum?*

Voluntas ad ratiocinatoriam animæ partem pertinet, movet enim appetitum in rem desiderabilem, quam quia non sine ratiocinio deligimus, D hæc actio impetus voluntatis appellatur, qui a ratiocinio ipso est diversus. Est autem ratiocinium practicum, post appetitum rei desiderabilis cum ratione suscepta actio et operatio. Noris porro animæ corpore solutæ et corpori adhuc conjunctæ non unum idemque ratiocinium. Quibusvis enim præstantioribus anima se assimilat, Deo archangelis, angelis et cæteris potentatibus, unde et opera ejus jam divina, jam humana, jam contra-

με'. Τίς ἡ βούλησις καὶ τίς ὁ πρακτικὸς λογισμός ;

Ἡ βούλησις περὶ τὸ λογιστικὸν μόριον ἐστὶ τῆς ψυχῆς. Κινεῖ μὲν γὰρ τὴν ὄρεξιν πρὸς τὸ ἐφετὸν D ἐπεὶ δὲ τούτου οὐκ ἄνευ λογισμοῦ προαιρούμεθα, ἡ κατ' αὐτὸ ἐνέργεια βουλευτικὴ ὁρμὴ ὠνομάσθη, ἑτέρα οὖσα τοῦ λογισμοῦ. Πρακτικὸς δέ ἐστι λογισμὸς, ἡ μετὰ τὴν ὄρεξιν τοῦ ἐφετοῦ μετὰ λογισμοῦ πρᾶξίς τε καὶ ἐνέργεια. Τοῦτο δέ σοι ἔστω, ὅτι ψυχῆς ἀπολυθείσης σώματος καὶ ἔτι παρούσης ἐν τῷ σώματι οὐκ αὐτός ἐστι λογισμός. Ἐπειδὴ πᾶσι τοῖς κρείττοσιν ἀφοιοῦται ἡ ψυχὴ, Θεῷ, ἀρχαγγέλοις, ἀγγέλοις καὶ ταῖς λοιπαῖς δυνάμεσι, διὰ τοῦτο καὶ τὰ ἔργα αὐτοῦ, τὰ μὲν θεῖα, τὰ δὲ ἀνθρώπινα, τὰ δὲ

NOTÆ.

(6) Intellige ut supra τὸ ὄντως ὄν, ens æternum ac stabile : cui opponitur τό γινόμενον quod fit et nascitur, ac mutationibus est obnoxium, atque adeo Platoni negatur esse verum ens.

ἐναντία, ἵνα μὴ τὰ ὀνόματα λέγω· μεταλαμ- A
βάνει γὰρ τὰς ἐνεργείας, πρὸς ἃ λαμβάνει καὶ τὴν ὁμοίωσιν.

μς'. Περὶ προαιρέσεως καὶ προσοχῆς.

Μέσαι δυνάμεις εἰσὶ τῆς ψυχῆς προσοχὴ καὶ προαίρεσις. Ἀλλ' ἡ μὲν προαίρεσις ἡγεῖται τῶν πράξεων, ἔχει δὲ καὶ λόγον ἐν ᾧ κρίνει τὰ καλὰ, καὶ ὄρεξιν τὴν ἐφιεμένην τῶν οἰκείων καὶ ἀγαθῶν, καὶ τὴν ἀναπληροῦσαν ἀεὶ τὰ ἐλλείποντα. Ἀμφοτέρων οὖν τοῦ λόγου καὶ τῆς ὀρέξεως συνίσταται ἡ προαίρεσις. Προσοχὴ δὲ ἐστὶ καθ' ἣν προσέχομεν τοῖς ἔργοις οἷς πράττομεν καὶ τοῖς λόγοις οἷς λέγομεν· αὕτη γὰρ ποτὲ μὲν τὰ τῆς ψυχῆς ἤθη ἀνασκοπεῖται τίνα τε ἐστὶ καὶ πῶς ἔχει πρὸς ἄλληλα· ποτὲ δὲ αὖ τὸ ζῶον θεωρεῖ τί πράττει καὶ πῇ παραβαίνει, καὶ τί ἐλλείπει. Μέσα δέ εἰσι καὶ τὰ τῶν μα- B
θημάτων ἀσκήματα, καὶ τὰ τῶν καθαρτικῶν ἀρετῶν ἐπιτηδεύματα. Μέσα δὲ λέγονται ὡς μεταξὺ κείμενα τῶν νοερῶν λόγων καὶ τῶν δοξαστικῶν.

μζ'. Πότερον ἡ ψυχὴ λύεται ἀπὸ τοῦ σώματος, ἢ τὸ σῶμα ἀπὸ τῆς ψυχῆς;

Ἐπὶ μὲν τοῦ φυσικοῦ θανάτου, τὸ σῶμα λύεται, ἀπὸ τῆς ψυχῆς, ἐπὶ δὲ τοῦ νοητοῦ ἡ ψυχὴ ἀπὸ τοῦ σώματος. Ἡ μὲν γὰρ φύσις ἔδησε τὸ σῶμα ἐν τῇ ψυχῇ. Εἰ μὲν γὰρ κατείχετο τὸ σῶμα ὑπὸ τῆς ψυχῆς, οὐ διαλέλυτο ἄν. Ὅθεν ἐν τῷ θανάτῳ λύεται τὸ σῶμα ἀπὸ τῆς ψυχῆς. Ἡ δὲ ψυχὴ ἔδησεν ἑαυτὴν τῷ σώματι διὰ τῶν παθῶν. Ἡ οὖν ψυχὴ ἑαυτὴν λύει ἀπὸ τοῦ σώματος. Καὶ ἡ μὲν ψυχὴ μέση ἐστὶ τῆς ἀμερίστου καὶ τῆς μεριστῆς οὐσίας. Οὔτε γὰρ καθαρῶς ἐστιν ἀμέριστος ὁ νοῦς, οὔτε πάντη ἀμερὴς, τὸ C
σῶμα δὲ πάντη μεριστόν. Καὶ αἱ ποιότητες καὶ τὰ ἔνυλα εἴδη περὶ τὸ σῶμα μεριστὰ, καὶ πάντα μὲν ἐν πᾶσιν. Ἀλλ' ὁ μὲν νοῦς νοερῶς ἔχει πάντα. Ἡ δὲ ψυχὴ λογικῶς. Τὸ δὲ φυτὸν σπερματικῶς, τὸ δὲ σῶμα τὰ εἴδωλα ἔχει τῶν ὄντων, ὁ δὲ Θεὸς ἀνεννοήτως καὶ ὑπερουσίως.

μη'. Περὶ ἀρετῶν.

Τρεῖς τάξεις εἰσὶ τῶν ἀρετῶν. Αἱ μὲν γὰρ αὐτῶν κοσμοῦσι τὸν ἄνθρωπον ἢ τὴν τοῦ σώματος ψυχὴν, αἱ δὲ καθαίρουσι τὴν ψυχὴν ἀπὸ τοῦ σώματος, καὶ ἐπιστρέφουσι πρὸς ἑαυτὴν, αἵτινες καὶ καθαρτικαὶ καλοῦνται. Αἱ δὲ τελείως καθαρθεῖσαι τὴν ψυχὴν, ἀπασχολοῦσιν εἰς θεωρίαν τῶν νοητῶν, αἵτινες θεωρητικαὶ καὶ νοεραὶ ὀνομάζονται. Καὶ ἄλλη μὲν ἀρετὴ Θεοῦ, ἄλλη δὲ ἀγγέλου, ἄλλη δὲ ἀνθρώπου. Ὡς γὰρ αἱ οὐσίαι αὐτῶν διάφοροι, οὕτω καὶ αἱ ἀρεταί. D
Καὶ ψυχὴ μὲν κυρίως ἡ λογική ἐστί τε καὶ ὀνομάζεται, τὸ δὲ ὑπὲρ τὴν ψυχὴν, νοῦς. Τὸ δὲ μετὰ τὴν λογικὴν ψυχὴν, ἄλογος ψυχὴ, καὶ εἴδωλον ψυχῆς. Πάσαις δὲ ταῖς τῶν ἀγγέλων τάξεσιν ἡ ἀρετὴ συμπρόεισιν, ἄνωθεν ἀπὸ τῶν σεραφεὶμ ἀρχομένη. Ὁ γὰρ Θεὸς καὶ ἐπέκεινα ἀρετῆς καὶ παντὸς ἀγαθοῦ καὶ πάσης τελειότητος.

μθ'. Περὶ ἀρετῶν.

Ἓξ εἰσὶν οἱ τῶν ἀρετῶν βαθμοί. Ἔστι γὰρ ἡ μέν τις φυσικὴ ἀρετὴ, ἥτις καὶ ἐν θηρίοις εὑρίσκεται. Ἡ δὲ ἠθικὴ, ἣν ἔνιοι καὶ τῶν ἀπαιδεύτων ἔχουσιν. Ἡ δὲ πολιτικὴ ἡ μετὰ λόγου καὶ φρονήσεως κατορθουμένη.

ria, ut nominibus abstineam. Quibus enim assimilat se, illorum et opera asciscit atque imitatur.

46. *De electione et attentione.*

Mediæ sunt animi facultates attentio et electio, sed electio actiones dirigit, utiturque ratione qua quid pulchrum sit judicat, et appetitu desiderante ea quæ congruentia sibi sunt et bona, quæ vero deficiunt, semper studente supplere. Utroque igitur electio constat, ratione et appetitu. Attentio autem est qua attendimus ad actiones quas suscipimus, et ad verba quæ loquimur. Hæc quandoque animi mores speculatur, quales sint et quomodo inter se congruant : jam animale considerat, et quid illud agat, ubive peccet vel aliquid omittat. Cæterum medii generis etiam sunt mathematicæ exercitationes, et purgatorium virtutum studium, dicunturque medii generis, quia media hæc posita sunt inter intelligibiles et opinabiles rationes.

47. *Utrum corpus anima, an anima corpore solvatur?*

Naturali morte corpus ab anima, sed morte intelligibili anima solvitur a corpore. Natura enim corpus animæ alligavit. Jam si corpus ab anima teneretur, non solveretur. Solvitur itaque in morte ab anima corpus. At enim anima se alligavit corpori per affectus, anima igitur etiam seipsam a corpore solvit ac liberat. Et anima quidem media est inter essentiam impartibilem partibilemque, neque enim mens pure impartibilis, neque partium omnino expers est, corpus autem omnino est partibile. Et qualitates speciesque materiales in corpore partibiles sunt quævis in quibuslibet. Sed mens quæcunque habet, habet intelligibili, anima rationabili ratione, planta vero seminaliter. Corpus entium umbram imaginemque refert, Deus vero supra omnem intellectum et essentiam est constitutus.

48. *De virtutibus.*

Tres sunt ordines virtutum. Aliæ exornant hominem sive animam corpori junctam. Aliæ purgant animam a corpore, et in seipsam reverti docent, vocanturque purgatoriæ. Aliæ perfecte purgatam animam trahunt ad contemplationem intelligibilium, et dicuntur theoreticæ atque intellectuales. Alia porro virtus est Dei, angeli alia, alia hominis. Ut enim essentiæ sunt diversæ, ita etiam virtutes. Atque anima proprie est diciturque rationabilis, et quod supra animam est, mens est atque intellectus. Infra animam rationabilem est irrationabilis anima, animæque imago sive idolum. Angelorum ordinibus quibuscunque ab Seraphim usque descendendo virtutes suæ congruunt. Deus etiam supra virtutem et bonum omne atque perfectione omni est superior.

49. *De virtutibus.*

Sex sunt virtutum gradus. Nam datur virtus physica, qualis et in bestiis reperitur, tum ethica, quæ etiam est in hominibus nulla doctrina imbutis; atque politica, quæ ratione et prudentia utitur

ad recte agendum; purgatoria, quæ ab affectibus omnibus hominem liberat; theoretica quæ mentem contemplatur, et Theurgica denique, quæ id quod in anima nostra divinum maxime est excitat, et Deo ipsi unit, divinumque in anima furorem et enthusiasmum movet. Dantur etiam supra has aliæ sublimiores virtutes, quæ sunt cæterarum istarum exempla, quæque omnem substantiam supergrediuntur, neque sunt accidentia, uti accidit nobis cæteras virtutes adesse, verum sunt intelligibiles et supersubstantiales essentiæ.

50. *De virtutibus.*

Tres sunt virtutes quæ hominem perficiunt: sanctitas Deo operari studens, vitamque hominis Numini consecrans; altera justitia, quæ inferioribus prospicere satagit; et tertia prudentia, quæ conatur respectu nostri ipsius vitam intelligenter instituere. Unimur igitur per sanctitatem Deo et uni, per justitiam illis qui inferioris conditionis sunt providemus, et per prudentiam cognitione non vulgari imbuimur. Aque ethica virtus quidem a prudentia proficiscitur, neque tamen per prudentiam operatur, sed comparatur per usum longo tempore. Cæterum tam divina est natura virtutis, ut per omnia entia pervadat. Datur enim virtus supracœlestis, cœlestisque, supramundialis e mundana, mentalis et animæ, angelica item atquet humana. Datur etiam fons virtutum, quem tunc assequemur, quando cognitione partiali missa facta, perfectissimam virtutem actu et opere exprimemus.

51. *Adhuc de virtute.*

Aristoteles philosophus quatuor generales numerat virtutes: prudentiam, justitiam, fortitudinem et temperantiam. Et prudentiam quidem refert ad intellectum, cæteras vero tres ad passibilem effectibusque obnoxiam animæ partem. Atque ita nec prudentiam passibili parti tribuit, neque cæteras tres virtutes in intellectu collocat. Plato autem quatuor virtutum constituit ordines, e quibus alias vocat politicas quæ homini in vita versanti possunt esse ornamento: purgatorias alias, aliasque theoreticas. Furori autem proxima virtus a Platone dicitur quæ Deo agitante est instincta enthusiasmo, animamque facit circa divina exardere, et bacchari, tanquam plena commotione divina et limphatæ ac fanaticæ instar. Deus porro virtute major est, non modo illa quæ est habitus, et qualem natura fert hominum, sed etiam ipsa æter . idea virtutis.

52. *Adhuc de tute.*

Non una eademque numero est ratio qua Deo assimilamur, sed diversa ac multiplex. Assimilamur enim ipsi per virtutes politicas, sed exilius atque obscurius: assimilamur eidem per purgatorias virtutes, sed expressius: assimilamur per virtutes theoreticas etiamnum splendidius; assimilamur etiam per theurgicas, atque hæc demum perfectissima est assimilatio. Purgare enim animas, e entia contemplari non omnino simile aliquid De

Ἡ δὲ καθαρτικὴ, ἡ καθαίρουσα τὸν ἄνθρωπον ἀπὸ παντὸς πάθους. Ἡ δὲ θεωρητικὴ ἡ θεωροῦσα τὸν νοῦν. Ἡ δὲ θεουργικὴ ἡ τὸ θειότατον ἡμῶν τῆς ψυχῆς ἀνεγείρουσα καὶ αὐτῷ ἐνίζουσα τῷ Θεῷ, καὶ τὴν θείαν ἐνεργοῦσα μανίαν. Εἰσὶ δὲ καὶ ἐπέκεινα τούτων ἕτεραι ἀρεταὶ, αἱ μὲν οἱονεὶ παραδείγματα τῶν λοιπῶν ἀρετῶν, αἱ δὲ ὑπὲρ πᾶσαν οὐσίαν. Αἵτινες οὐ συμβεβηκότα εἰσὶν ὥσπερ ἐπισυμβεβήκασιν ἡμῖν αἱ λοιπαὶ ἀρεταὶ, ἀλλ' οὐσίαι νοεραὶ καὶ ὑπερ οὐσιοι.

ν'. Ἔτι περὶ ἀρετῶν.

Τρεῖς εἰσιν αἱ ἀρεταὶ αἱ τελειοῦσαί τὸν ἄνθρωπον· ὁσιότης, ἡ πρὸς τὸν Θεὸν ἐνεργεῖν σπεύδουσα, οἷον ἡ ἀφοσιοῦσα τὴν τοῦ ἀνθρώπου ζωὴν τῷ Θεῷ· δεύτερον δικαιοσύνη ἡ τὴν πρόνοιαν τῶν καταδεεστέριον ποιοῦσα· φρόνησις ἡ πρὸς ἡμᾶς αὐτοὺς τὴν ζωὴν νοερὰν ἀπεργάζεσθαι βουλομένη. Καὶ γὰρ ἑνούμεθα κατὰ τὴν ὁσιότητα πρὸς τὸν Θεὸν καὶ τὸ ἕν, προνοοῦμεν δὲ τῶν ἐλαττόνων κατὰ τὸ δίκαιον. Γνῶσιν δὲ ἄῤῥητον ἔχομεν κατὰ τὴν φρόνησιν. Ἡ μέντοι ἠθικὴ ἀρετὴ ἀπὸ φρονήσεως μὲν πρόεισιν, οὐ μέντοι μετὰ φρονήσεως ἐνεργεῖ, ἀλλὰ τριβῇ χρονίῳ ἐγγίνεται. Διήκει δὲ ἡ τῆς ἀρετῆς θειότης διὰ πάντων τῶν ὄντων. Ἔστι γὰρ καὶ ὑπερουράνιος ἀρετὴ καὶ οὐράνιος· καὶ ὑπερκόσμιος καὶ ἐγκόσμιος, καὶ νοερὰ καὶ ψυχικὴ, καὶ ἀγγελικὴ καὶ ἀνθρωπικὴ. Ἔστι καὶ πηγὴ ἀρετῶν, ἧς τότε καταλαμβάνομεν, ὅταν τὴν μεριστὴν ἀφέντες νόησιν, τελειωτάτην σύμπασαν ἀρετὴν ἐνεργήσομεν.

να'. Ἔτι περὶ ἀρετῶν.

Ἀριστοτέλης μὲν ὁ φιλόσοφος τέσσαρας γενικὰς ἐξαριθμεῖ ἀρετὰς· φρόνησιν, δικαιοσύνην, ἀνδρείαν καὶ σωφροσύνην. Καὶ τὴν μὲν φρόνησιν τάττει ὑπὸ τὴν διάνοιαν· τὰς δὲ λοιπὰς τρεῖς ὑπὸ τὸ παθητικὸν τῆς ψυχῆς. Καὶ οὔτε τὴν φρόνησιν ἐν τῷ παθητικῷ μέρει κατατάττει, οὔτε τὰς τρεῖς ἀρετὰς ἐν τῇ διανοίᾳ τίθεται. Ὁ δὲ Πλάτων τέσσαρας τάξεις ἀρετῶν ποιεῖται, καὶ τὰς μὲν ὀνομάζει πολιτικὰς, ὅσαι κοσμοῦνσι τὸν ἐν τῷ βίῳ πολιτευόμενον ἄνθρωπον· τὰ δὲ καθαρτικὰς, τὰς δὲ θεωρητικάς. Μανικὴ δὲ ἀρετὴ λέγεται ἡ θεοφορουμένη καὶ ἐνθουσιῶσα, καὶ τὴν ψυχὴν περὶ τὸ θεῖον ἀναβακχεύουσα, καὶ οἷον ἐνθεασμοῦ πλήρης καὶ κορυβαντιάσεως γινομένη. Ὁ μέντοι Θεὸς ἀρετῆς ἐστι μείζων, οὐ μόνον τῆς ὡς ἕξεως καὶ τῆς αὐτοφυοῦς, ἀλλὰ καὶ τῆς αὐτοαρετῆς.

νβ'. Ἔτι περὶ ἀρετῶν

Ὅτι οὐκ ἔστι μία καὶ ἡ αὐτὴ κατὰ ἀριθμὸν ἡ πρὸς τὸν Θεὸν ὁμοίωσις, ἀλλὰ διάφορος. Ὁμοιούμεθα γὰρ αὐτῷ κατὰ τὰς πολιτικὰς ἀρετὰς, ἀλλ' ἀμυδρότερον καὶ σκιωδέστερον. Ὁμοιούμεθα τούτῳ καὶ κατὰ τὰς καθαρτικὰς, ἀλλ' ἐκτυπότερον. Ὁμοιούμεθα δὲ καὶ κατὰ τὰς θεωρητικὰς, ἀλλ' ἔτι λαμπρότερον. Ὁμοιούμεθα καὶ κατὰ τὰς θεουργικὰς, αὕτη γοῦν ἐστιν ἡ τελειοτάτη ὁμοίωσις. Τὸ μὲν γὰρ καθαίρεσθαι τὰς ψυχὰς καὶ θεωρεῖν τὰ ὄντα οὐ πάνυ τι

ὅμοιον τῷ Θεῷ, ἐκεῖνος γὰρ ὑπὲρ κάθαρσιν καὶ θεωρίαν ἐστί. Τὸ δὲ δύνασθαι θεοποιεῖν ἄνθρωπον, καὶ τῆς ὕλης ἐξάγειν, καὶ τῶν παθῶν ἀπαλλάττειν, ὥστε δύνασθαι καὶ αὐτὸν θεουργεῖν ἕτερον, τοῦτό ἐστιν ἡ τελειοτάτη ὁμοίωσις. Ὁ ἐξάγων γὰρ, φησὶν ὁ Θεός ἐν Εὐαγγελίοις, ἄξιον ἐξ ἀναξίου, ὡς στόμα μου ἔσται. Ὁρᾷς ὅπως ἐν τῇ θεουργίᾳ τὴν ἀληθεστάτην τέθεικεν ἐξομοίωσιν. Ἀλλ' ἡμεῖς ἀγαπῶμεν εἰ καὶ κοσμεῖν ἑαυτοὺς διὰ τῶν πολιτικῶν δυνάμεθα ἀρετῶν.

νγ'. Ἔτι περὶ ἀρετῶν.

Πλάτων ὁ φιλόσοφος πρῶτον μὲν διὰ τῆς πολιτικῆς ἀρετῆς ἀνάγει τὸν ἄνθρωπον εἰς Θεὸν, ὡς καὶ ταύτης ἐξομοιοῦν δυναμένης τὸ Θεῖον κατὰ τὸ δυνατόν. Ἀπὸ δὲ ταύτης ἀνάγει διὰ τῆς καθαρτικῆς ζωῆς εἰς τὴν θεωρίαν. Ἐπειδὴ γὰρ, φησὶν, ὁ Θεὸς διττὴν ἔχει τὴν ἐνέργειαν, τὴν καθ' ἣν ἐν θεωρίᾳ τῶν ὅλων ἐστὶ, πρὸ πάσης κτίσεως τοὺς λόγους αὐτῶν ἐπιστάμενος, τὴν δὲ, καθ' ἣν τῶν χειρόνων ποιεῖται τὴν πρόνοιαν· διὰ ταῦτα καὶ ὁ ἄνθρωπος μιμούμενος τὸν Θεὸν, ἐν μὲν ταῖς πολιτικαῖς ἀρεταῖς ἐπιστρέφεται πρὸς τὰ τῇδε, καὶ κοσμεῖ τοὺς καταδεεστέρους ταῖς μετριοπάθειαν φερούσαις ἀρεταῖς. Ἐν δὲ τῷ θεωρεῖν ἀναβὰς, ὁρᾷ τοὺς λόγους ἁπάντων τοὺς φυσικοὺς, τοὺς ψυχικοὺς, τοὺς νοεροὺς, τοὺς ὑπερφυεῖς, καὶ γίνεται ὄργανον τοῦ Θεοῦ, ὁμοῦ τε πρὸς ἐκεῖνον ὁρῶν, καὶ τῶν τῇδε ποιούμενος πρόνοιαν. Ἠλὴν ἄλλως ἐνεργεῖ τὰς τοιαύτας ἀρετὰς ἐν σώματι οὖσα ψυχὴ, ἄλλως δὲ ἀπαλλαγεῖσα τοῦ σώματος.

νδ'. Ἔτι περὶ ἀρετῶν.

Ἡ μὲν οὐσία καὶ αὐτὸ τὸ εἶναι ἀπὸ τοῦ νοῦ πᾶσιν ἐφήκει καὶ τοῦ ὄντος, ἡ δὲ διὰ τῶν ἀρετῶν τελειότης, ἀπὸ τοῦ Θεοῦ παραγίνεται. Ὥσπερ γὰρ ἐκ τοῦ πρώτως ὄντος τὸ ὄν, οὕτως ἐκ τοῦ πρώτως ἀγαθοῦ τὸ ἀγαθόν. Μᾶλλον δὲ καὶ ἡ οὐσία καὶ ἡ ἀρετὴ ἐκ τοῦ Θεοῦ. Ἀλλ' ἡ μὲν οὐσία κατὰ τὴν αὐτοῦ πρόοδον· ἡ γὰρ οὐσία πᾶσιν ἀπὸ τοῦ Θεοῦ πρόεισιν· ἡ δὲ τελειότης κατὰ τὴν πρὸς αὐτὸν ἐπιστροφήν. Οὐ δύναται γὰρ τελειωθῆναι κατ' ἀρετὴν ἄνθρωπος, εἰ μὴ τὴν ἐπιστροφὴν πρὸς τὸν Θεὸν ἐνεργοίη. Ὥσπερ γὰρ ὡς πρὸς παράδειγμα ζωγραφῶν οὐκ ἂν ἄλλως τὴν προκειμένην ἀρχετυπίαν λάβοιεν τῷ μιμήματι, εἰ μὴ συνεχῶς πρὸς αὐτὴν ἐπιστρέφοι, οὕτω καὶ ὁ τὴν ἀρετὴν ἐν ἑαυτῷ σκιαγραφῶν ἢ καὶ περιχρωννὺς, οὐκ ἂν ἄλλως δυνηθείη ἐξομοιωθῆναι Θεῷ, εἰ μὴ πρὸς ἐκεῖνον διηνεκῶς ἐπιστρέφει, καὶ διὰ τοῦ ἐπιστημονικοῦ λόγου, καὶ τῆς τοῦ παραδείγματος θεωρίας, ἐν ἑαυτῷ ἐξακριβώσεται τὸ πρωτότυπον.

νε'. Ἔτι περὶ ἀρετῶν.

Ὁ μὲν ἔχων τὴν θεουργικὴν ἀρετὴν θεοπάτωρ κατονομάζεται· ἐπειδὴ γὰρ θεοὺς τοὺς ἀνθρώπους οὗτος ἐργάζεται, διὰ ταῦτα θεοπάτωρ καλεῖται. Ὁ δὲ ἔχων τὴν θεωρητικὴν ἀρετὴν, θεῖος ὀνομάζεται· ὁ δὲ ἔχων τὴν καθαρτικὴν δαιμόνιος· ὁ δὲ ἔχων τὴν πολιτικὴν, σπουδαῖος. Θεοπάτωρ δὲ καλεῖται ὁ θεουρ-

A est, ipse enim purgatione et contemplatione est superior. At posse ex homine facere Deum, et a materia abstrahere, affectuumque reddere expertem, ut possit et ipse alios Numine implere, hæc perfectissima est cum illo similitudo. Ait enim Deus (7) in Evangeliis : *Qui eduxerit dignum ex indigno, quasi os meum erit.* Vides quomodo Theurgia sive virtus alios Numine implendi verissimam ponit cum Deo similitudinem. Cæterum nobis egregii videmur, si modo politicis nos exornare virtutibus possimus.

53. *Adhuc de virtute.*

Philosophus Plato primum per politicam virtutem hominem adducit ad Deum, quod et illa quodammodo possit divinam similitudinem referre; ab B hac per purgativam vitam perducit ad contemplationem. Siquidem duplex, ut ait ille, actus in Deo est : unus quatenus in contemplatione universas ante omnem rem creatam rationes omnium novit ac perspectas habet, et alter quo prospicit inferioribus. Propterea et homo Deum imitatus politicis virtutibus res hujus vitæ curat, atque per virtutes affectuum moderatrices opem fert inferioribus : contemplatione autem ascendens omnium rationes perspicit sive naturales, sive animarum, sive mentales ac supernaturales, atque fit instrumentum Dei, ad quem simul aciem dirigit. Et rebus hujus vitæ prospiciens anima, aliter tamen virtutem hujusmodi exercet dum in corpore est, aliterque quando est corporis vinculis soluta.

54. *Adhuc de virtutibus.*

C Essentia, et ipsum hoc quod sint, a mente omnibus datum est, et ab ente : sed virtutum perfectio a Deo proficiscitur. Sicut enim ex principali ente ens, sic ex principali bono est bonum. Vel potius et essentia et virtus ex Deo sunt, sed essentia ratione originis, essentia enim omnibus a Deo profluxit, perfectio autem in virtute, respectu conversionis ad Deum. Neque enim perfici virtute homo poterit, nisi ad Deum convertere se instituat. Siquidem et pictor exemplum expressurus nunquam imitatione archetypi assequitur, nisi ad illud assidue se converterit. Sic qui virtutem in se ipso voluerit adumbrare, aut coloribus veluti describere, non aliter Deo assimilari poterit, quam si ad eum continenter se convertat, et scientifica D ratione contemplationeque exempli in seipso accurate meditetur prototypum.

55. *Adhuc de virtutibus.*

Theurgicam virtutem qui habet pater divinus appellatur, quoniam enim ex hominibus facit deos, illo venit nomine. Qui contemplatoria pollet virtute, hunc divinum vocant, uti dæmonium qui purgatoria, sed qui politica est præditus, homo probus dicitur. Theurgo tribuitur patris divini nomen,

NOTÆ.

(7) Jeremiæ xv, 19 : Καὶ ἐὰν ἐξαγάγῃς τίμιον (ἄξιον καὶ τίμιον Constitut. Apostol. II, 56) ἀπὸ ἀναξίου, ὡς τὸ στόμα μου ἔσῃ.

quoniam veluti generat animam ejusmodi quam contemplatoriæ virtutis causa Deum appellamus. Oportet igitur qui per assimilationem ad Deum adduci velit, primum hominem probum fieri, deinde dæmonium, tum divinum patrem. Ac contingere potest aliquando, ut dæmonius et probus homo ad malitiam et vitium deflectat; forte et divinus sive theoreticæ virtutis compos. At theurgus sive pater divinus et totus extra se in Deo positus, nunquam potest ad contrariam virtuti speciem dilabi, cum totus extra se et Deus quodammodo factus sit.

γὸς, καὶ διὰ τὸ τῆς ψυχῆς εἶναι πατὴρ, ὃν Θεὸν καλοῦμεν διὰ τὴν θεωρητικὴν ἀρετήν. Δεῖ οὖν τὸν ἀναγόμενον εἰς Θεοῦ ἐξομοίωσιν πρῶτα μὲν σπουδαῖον γενέσθαι, εἶτα δαιμόνιον, εἶτα θεῖον, καὶ τέλος θεοπάτορα. Ὁ μὲν οὖν δαιμόνιος καὶ ὁ σπουδαῖος μεταβληθείη ἂν καὶ εἰς κακίαν ποτέ· ἴσως δὲ καὶ ὁ θεῖος, ἤτοι ὁ θεωρητικός. Ὁ δὲ θεουργὸς ἤτοι ὁ θεοπάτωρ ὁ τῆς θείας ὅλως ἐκστάσεως γεγονὼς οὐκ ἂν ποτε μεταθείη πρὸς τὸ ἐναντίον εἶδος τῆς ἀρετῆς ἔξω ἑαυτοῦ ὤν, καὶ Θεὸς ἀτεχνῶς γεγονώς.

56. *Adhuc de virtutibus.*

Tria hæc animabus insunt facultas, passio, habitus. Passiones quidem sunt cupiditas, ira, metus, invidia, confidentia, gaudium, amor odium, desiderium, æmulatio, misericordia. Facultas vero est qua passiones istas sentire possumus, irasci vel dolere vel misereri. Habitus deniqne, quo bene vel male nos ad passiones gerimus, ut in ira si vehementius vel remissius justo irascimur, male agimus, atque ita in cæteris. Virtutes itaque nec passiones sunt nec facultates, sed habitus, non enim a passionibus dicimur boni vel pravi, sed a virtutibus ac vitiis ita nuncupamur. Ac timemus quidem vel irascimur sine proposito; at virtutes ex proposito sunt, aut non sine proposito. A passionibus etiam moveri dicimur: a vitiis autem vel virtutibus non dicimur moveri, sed hoc vel alio modo comparati esse.

νς'. Ἔτι περὶ ἀρετῶν.

Τρία ταῦτα εἰσὶν ἐν ταῖς ψυχαῖς, δύναμις, πάθος, ἕξις. Καὶ πάθος μέν ἐστιν, ἐπιθυμία, ὀργή, φόβος, φθόνος, θάρσος, χαρὰ, φιλία, μῖσος, πόθος, ζῆλος, ἔλεος. Δύναμις δέ ἐστι καθ' ἣν παθητικοὶ τούτων γινόμεθα, οἷον καθ' ἣν δυνατοὶ ὀργισθῆναι ἢ λυπηθῆναι ἢ ἐλεῆσαι. Ἕξις δὲ, καθ' ἣν πρὸς τὰ πάθη ἔχομεν καλῶς ἢ κακῶς. Οἷον πρὸς τὸ ὀργισθῆναι εἰ μὲν σφοδρῶς ἢ ἀνειμένως, κακῶς ἔχομεν. Ὁμοίως δὲ πρὸς τὰ ἄλλα. Αἱ οὖν ἀρεταὶ οὔτε πάθη εἰσὶν, οὔτε δυνάμεις, ἀλλ' ἕξεις. Οὐ γὰρ λεγόμεθα κατὰ τὰ πάθη σπουδαῖοι ἢ φαῦλοι· κατὰ δὲ τὰς ἀρετὰς καὶ τὰς κακίας, λεγόμεθα σπουδαῖοι καὶ φαῦλοι. Καὶ φοβούμεθα μὲν ἢ ὀργιζόμεθα ἀπροαιρέτως. Αἱ δὲ ἀρεταὶ προαιρέσεις τινὲς, ἢ οὐκ ἄνευ προαιρέσεως. Καὶ κατὰ μὲν τὰ πάθη κινεῖσθαι λεγόμεθα, κατὰ δὲ τὰς κακίας καὶ τὰς ἀρετὰς οὐ κινεῖσθαι, ἀλλὰ διακεῖσθαί πως.

57. *Adhuc de virtutibus.*

Fortitudo est mediocritas inter excessum audaciæ et defectum a timiditate, versaturque circa timores ac fiduciam. Temperantiæ excessus est luxuria, defectus stupor, liceat enim hoc nomine illum appellare. Circa largitionem bonorum et acceptionem mediocritas est liberalitas, excessus profusio, sive prodigalis abusus, defectus vero illiberalitas sive nimia parcimonia. In magnis opibus mediocritatem sectatur magnificentia, excessus est in nimio splendore, defectus sordes. Circa honores petendos excedit ambitiosus, in defectu peccat honoris contemptor, mediocritas caret nomine, multæ enim res sunt quæ nomen proprium necdum obtinuerunt.

νζ'. Ἔτι περὶ ἀρετῶν.

Ὅτι ἡ μὲν ἀνδρεία μεσότης ἐστὶν, ὡς μὲν ὑπερβολῆς τοῦ θράσους, ὡς δὲ ἐλλείψεως τῆς δειλίας, καὶ ἐστι περὶ φόβους καὶ θάρρη. Τῆς δὲ σωφρυσύνης, ὑπερβολὴ μὲν ἡ ἀκολασία, ἔλλειψις δὲ ἡ ἀναισθησία, λεγέσθω γὰρ οὕτως. Περὶ δόσιν χρημάτων καὶ λῆψιν, μεσότης μὲν ἡ ἐλευθεριότης, ὑπερβολὴ δὲ ἡ ἀσωτία, ἤτοι ἀφειδία τῆς χρήσεως, ἔλλειψις δὲ ἡ ἀνελευθερία ἤτοι φειδωλία. Περὶ δὲ χρημάτων μεσότης μὲν ἡ μεγαλοπρέπεια, ὑπερβολὴ δὲ ἡ ἀπειροκαλία, ἔλλειψις δὲ ἡ μικροπρέπεια. Περὶ δὲ ὄρεξιν τιμῆς, ὁ μὲν ὑπερβάλλων ταῖς ὀρέξεσι, φιλότιμος, ὁ δὲ ἐλλείπων ἀφιλότιμος, ὁ δὲ μέσος, ἀνώνυμος. Πολλὰ γάρ εἰσι πράγματα ὄνομα κύριον μήπω ἐσχηκότα.

58. *Adhuc de virtutibus.*

Circa mansuetudinem quæ mediocritatem observat, excessus est iracundia, defectus lentitudo iræ expers. Circa verum mediocritatis observans est verax, et mediocritas dici potest veracitas, ejus autem simulatio per excessum est gloriatio, et qui illam sectatur gloriosus: per defectum ironia, quique ea utitur in oratione dissimulator. Cumque duo suavitatis sint genera, alterum in jocis, alterum in vita, qui ita ut par est in vita jucundum se exhibet, amicus dicitur, et mediocritas amicitia, qui excedit adulator, qui vero deficit morosus ac difficilis. Amœnitatis in jocis mediocritas est in urba-

νη'. Ἔτι περὶ ἀρετῶν.

Περὶ τὴν πραότητα μεσότητα οὖσαν, ἡ μὲν ὑπερβάλλουσα κακία, ὀργιλότης ἡ δὲ ἐλλείπουσα ἀοργησία. Περὶ δὲ τὸ ἀληθὲς, ὁ μὲν μέσος ἀληθὴς, καὶ ἡ μεσότης ἀλήθεια λεγέσθω, ἡ δὲ προσποίησις, ἡ μὲν ἐπὶ τὸ μεῖζον ἀλαζονία, καὶ ὁ ἔχων αὐτὴν ἀλαζών· ἡ δὲ ἐπὶ τὸ ἔλαττον εἰρωνεία· καὶ ὁ ἔχων αὐτὴν εἴρων· Ἐπεὶ δὲ δύο ἡδύτητες εἰσὶν, ἡ μὲν ἐν παιδιᾷ, ἡ δὲ ἐν τῷ βίῳ, ὁ μὲν ὡς δεῖ ἡδὺς ὤν, φίλος καὶ ἡ μεσότης φιλία· ὁ δὲ ὑπερβάλλων κόλαξ, ὁ δὲ ἐλλείπων δύσερίς τις καὶ δύσκολος. Τῆς δὲ ἐν παιδιᾷ ἡδύτητος ἡ μὲν μεσότης, εὐτραπελία, ἡ δὲ ὑπερβολὴ, βωμολοχία, ἡ δὲ ἔλλειψις ἀγροικία. Καὶ ὁ μὲν αἰδήμων μέ-

σος, ὁ δὲ ὑπερβάλλων ἀναίσχυντος, ὁ δὲ ἐλλείπων, κατάπληξ ὁ πάντα αἰδούμενος.

νθ'. Τίνι διαφέρει ἀρχὴ καὶ στοιχεῖον ;

Ἡ μὲν ἀρχὴ οὐκ ἔχει τι πρότερον ἑαυτῆς, ὥσπερ ἡ ὕλη καὶ τὸ εἶδος. Τὸ δὲ στοιχεῖον σύνθετον ὂν καὶ συγκείμενον ἐξ ὕλης καὶ εἴδους, ἀρχὴν ἔχει τὴν ὕλην καὶ τὸ εἶδος· ἔστι δὲ ἡ ὕλη πρᾶγμα ἀσώματον, ἄποιον, λόγῳ μόνῳ ἐρμηνευόμενον, αἰσθήσει δὲ μὴ ὑποκείμενον. Αὕτη οὖν ἡ ὕλη ὑπὸ μορφῆς τινος καὶ σχήματος τυπουμένη, ὅπερ ἐστὶ τὸ εἶδος, σωματοῦται. Καὶ πρῶτον μὲν γίνεται στοιχεῖον ἢ αἰθὴρ, ἢ πῦρ ἢ ὕδωρ, ἢ ἀὴρ ἢ γῆ. Ἔπειτα τούτων τῶν στοιχείων συμπλακέντων ἀλλήλοις γίνεται σῶμα σύνθετον, ἢ ἔμψυχον ἢ ἄψυχον, καὶ ἡ μὲν ὕλη καὶ τὸ εἶδος ἀρχοειδέστερα τῶν στοιχείων εἰσὶ, τὰ δὲ στοιχεῖα τῶν ἄλλων σωμάτων στοιχειωδέστερα· ἀρχὴν δὲ λέγομεν τὴν ὕλην, οὐχ ὅτι οὐκ ἔχει ἄλλο ὑπέρτερον ἑαυτῆς, ἀλλὰ ὅτι τὰ σώματα ὑπ' αὐτὴν ἀνάγεται προσεχῶς.

ξ'. Περὶ τῶν ἀρχῶν, τί εἰσιν.

Ἀρχὴ τῶν ὄντων πρώτη μὲν καὶ ὑπεράρχιος ὁ θεός. Μετὰ δὲ Θεὸν πολλαὶ ἀρχαὶ τῶν φυσικῶν πραγμάτων εἰσί. Καὶ τῶν μὲν στοιχείων ἀρχαὶ ἡ ὕλη καὶ τὸ εἶδος εἴρηται· τῶν δὲ συνθέτων σωμάτων αὐτὰ καὶ ἁπλᾶ στοιχεῖα. Ἀλλ' οἱ μὲν ἄλλοι τῶν φιλοσόφων διῃρέθησαν. Καὶ τοῖς μὲν ἔδοξεν ἀρχὴ τὸ πῦρ, διὰ τὴν δύναμιν καὶ τὸ καταναλίσκειν πάντα εἰς αὐτό· τοῖς δὲ ὁ ἀὴρ, διὰ τὴν τῶν ζώων ἀναπνοήν· τοῖς δὲ τὸ ὕδωρ διὰ τὴν γόνιμον φύσιν. Τισὶ δὲ τούτων καὶ ἡ γῆ ἀρχὴ ἔδοξε, διὰ τὸ πλείω τῶν ζώων ὑπὸ τῆς γῆς γεννᾶσθαι, καὶ εἰς αὐτὴν ἀναλύεσθαι· Ἕτεροι δὲ αὐτὰ τὰ τέσσαρα στοιχεῖα ἀρχὰς τῶν ὄντων ἀπεφήναντο. Ηλάτων δὲ ἀρχὰς εἴρηκε, τὸν Θεὸν, ὡς πατέρα καὶ ποιητὴν, τὴν ὕλην ὡς δεχομένην τὴν δημιουργίαν, καὶ τὴν ἰδέαν· ἰδέαν δὲ λέγει Πλάτων τὴν πρώτην ἔννοιαν τοῦ Θεοῦ, καὶ τὴν ἄῤῥητον ἐκείνην φαντασίαν καὶ ἀνατύπωσιν, καθ' ἣν τὸν κόσμον ἐδημιούργησεν.

ξα'. Περὶ ὕλης.

Ὕλη ἐστὶ πρᾶγμα οἷον εἰπεῖν ἄϋλον, αἰσθήσει μὲν ἀθεώρητον, διανοίᾳ δὲ μόνῃ ληπτόν. Χεῖρον πάντων τῶν ὄντων, ἄμορφον, ἀνείδεον, ἀδιατύπωτον, οὐσία ἀνούσιος καὶ ὕπαρξις ἀνύπαρκτος. Ἐὰν γὰρ ἀνέλῃς τυχὸν ἀπὸ τῶν σωμάτων τὰς ποσότητας, τὰς σχέσεις, τὰς ἕξεις, τὰς τροπὰς, τὰς κινήσεις, τὰς ἀλλοιώσεις, τὰς μεταβολάς, πᾶν ἕτερον ὁτιοῦν τὸ καταλειπόμενον ὕλη ἐστίν. Ἐὰν γὰρ ἀνέλῃς ἀπὸ τοῦ πυρὸς τὴν θερμότητα καὶ τὴν ξηρότητα, καὶ ἀπὸ τοῦ ἀέρος τὴν θερμότητα καὶ τὴν ὑγρότητα, καὶ ἀπὸ τοῦ ὕδατος τὴν ψυχρότητα καὶ τὴν ὑγρότητα, τὸ ἔσχατον τούτων ὑπολειφθὲν, ὕλη ἐστίν.

ξβ'. Περὶ αἰτιῶν.

Αἰτίας ὁ μὲν Ἀριστοτέλης τέσσαρας δογματίζει, ὁ δὲ Πλάτων ἕξ. Ἔστι δὲ αἰτία πρώτη μὲν ἡ ποιητική· ὥσπερ τῆς κλίνης πρῶτον αἴτιον ὁ κλινοποιὸς, ὡς

A nitate, excessus in scurrilitate, in rusticitate defectus. Mediocritatem itidem colit pudens homo, excedit impudens, deficit pavidus et qui nunquam non pudore commovetur.

59. *Quomodo differunt principium atque elementum?*

Principium nihil habet seipso prius, ut materia et forma : at elementum compositum ac coagmentatum est ex materia et forma, principiique loco habet materiam et formam. Est autem materia res incorporalis, expers qualitatum, sola ratione explicanda, sensibus autem minime obvia. Huic materiæ species quædam atque figura tanquam forma sua imprimitur, atque ita fit corpus, et primo quidem elementum, vel æther, vel ignis, vel aqua, vel aer, vel terra. Deinde coalescentibus hisce elementis fit corpus compositum, sive animatum sive inanimatum. Ac materia et forma quidem magis rationem principii habent quam elementa; elementa vero magis quam alia corpora. Cæterum materiam principii nomine nuncupamus, non quod nihil habet principii supra se, sed quod corpora proxime sub illa constituuntur.

60. *De principiis, quid sint.*

Principium rerum primum et super omnia principia positum est Deus, post Deum multa rerum naturalium sunt principia. Ac elementorum principia materiam esse ac formam jam dictum est. Compositorum vero corporum principia sunt ipsa simplicia elementa, de quibus philosophi alii in diversa abierunt. Nam quibusdam ignis visus est esse principium, propter efficaciam, et quod omnia in illum consummuntur. Aliis aer, quoniam illum respirant animalia. Aliis aqua propter seminalem naturam. Nonnullis horum etiam terra principium visa est, quoniam plura animalia ex illa nascuntur et in illam iterum resolvuntur. Cæteri quatuor ista rerum esse principia statuerunt. Plato principia esse docuit : Deum, tanquam patrem et auctorem; materiam, ut quæ creationis opus in se recipiat, et ideam. Vocat autem ideam primam conceptionem in Deo, et ineffabilem imaginationem atque efformationem, secundum quam mundum fecit ac condidit.

61. *De materia.*

Materia est res, ut ita dicam, immaterialis, quæ sensu non comprehendi, sed sola cogitatione percipi potest. Omnium entium postremum, sine forma, sine specie, sine figura, essentia essentiæ expers et substantia sine substantia. Si enim abstrahas a corpore qualitates, relationes, habitus, modos, motus, alterationes, mutationes, aliud quodcunque, quod remanserit materia est. Ita si ab igne v. g. abstraxeris calorem et ariditatem, ab aere calorem et humiditatem, ab aqua frigus et humiditatem, postremum quod superest materia est.

62. *De causis.*

Causas Aristoteles quatuor tradit, Plato sex. Prima est causa efficiens, ut lecti prima causa est qui eum conficit, ejusque est auctor. Materialis

causa lecti est lignum, sine materia enim nullus lectus perfici potest. Formalis et lecti figura et idea. Finalis denique, ut homines in illo quietem capiant, ob hanc quippe causam lectum fabricamus. Hæ sunt quatuor causæ quas novit Aristoteles. Illis duas alias addit Plato : instrumentalem, ut serram et terebrum, quorum ope lectum componimus, et exemplarem, quæ duplex est, vel extrinsecus proposita, ad quam artifex quilibet facit artis suæ opus, vel quæ ex mente et cogitatione conformationem accipit.

A ποιητὴς ταύτης. Ὑλικὸν δὲ αἴτιον τῆς κλίνης τὸ ξύλον · ἄνευ γὰρ ὕλης οὐκ ἂν γένοιτο κλίνη. Εἰδικὸν δὲ σχῆμα ταύτης καὶ ἡ ἰδέα. Τελικὸν δὲ ἡ ἐν ταύτῃ τῶν ἀνθρώπων ἀνάπαυσις, διὰ ταύτην γὰρ τὴν αἰτίαν τὴν κλίνην ἐξεργαζόμεθα. Ὁ μὲν Ἀριστοτέλης τὰς τέσσαρας ταύτας αἰτίας οἶδεν. Ὁ δὲ Πλάτων ἑτέρας δύο προστίθησι, τὴν ὀργανικήν, οἷον τὸν πρίονα, ἢ τὸ τέρετρον, δι' ὧν τὴν κλίνην ποιοῦμεν · καὶ τὸ παραδειγματικόν · τοῦτο δὲ διττόν ἐστιν, ἡ γὰρ ἔξωθεν ἔκκειται, καὶ πρὸς εἰκόνα πᾶς τεχνίτης ποιεῖ τὸ τεχνιτευόμενον, ἡ δὲ ἐν τῇ διανοίᾳ λαμβάνει τὴν ἀνατύπωσιν.

63. *De figuris.*

Figura est qualitas qua mathematicorum corporum superficies describitur. Mathematicum corpus dicitur omne figura certa præditum, ut rotundum, B triangulare, quadratum, quinquangulare, et similia. Quatuor porro elementa rotundæ figuræ esse tradunt. Plato et rotunda facit, et diversas alias figuras illis circumponit. Nam terram ob firmam et stabilem suam naturam ait referre figuram cubi, siquidem et cubus firmus ac stabilis est. Ignem, quoniam sursum tendit et in acutum desinit ex latiore basi, ponit esse præditum figura pyramidali, variaque alia eum in modum disputat Sed et rotunda eadem elementa esse statuit, quod cœlum circumrotatione sua superficiem ipsorum veluti detornat, rotundamque efficit.

ξγ'. Περὶ σχημάτων.

Σχῆμά ἐστι ποιότης τῶν μαθηματικῶν σωμάτων ἀποπεράτωσις. Μαθηματικὸν δὲ σῶμά ἐστιν ἅπαν τὸ ἐσχηματισμένον, οἷον τὸ στογγύλον, τὸ τρίγωνον, τὸ τετράγωνον, τὸ πεντάγωνον, καὶ ὅσα τοιαῦτα. Τὰ τοίνυν τέσσαρα στοιχεῖα περιφερῆ δογματίζουσι. Πλάτων δὲ καὶ περιφερῆ καὶ ἐν διαφόροις πλάττει σχήμασι · τὴν μὲν γὰρ γῆν διὰ τὸ εὐέδραστον καὶ τὸ βεβηκὸς αὐτῆς, κυβοειδῆ λέγει · ἑδραῖος γὰρ καὶ ὁ κύβος. Τὸ δὲ πῦρ διὰ τὸ ἄνω φέρεσθαι καὶ εἰς ὀξὺ ἀπολήγειν ἀπὸ πλατείας βάσεως, πυραμοειδὲς τίθησι, καὶ τὰ πολλὰ ἑτέρως χρηματίζει. Στρογγύλα δὲ αὖθις ταῦτα τίθεται, διότι ὁ οὐρανὸς κυκλοφερόμενος περιτορνεύει τὴν τούτων ἐπιφάνειαν.

64. *De coloribus.*

Color est qualitas visibilis in corporum superficie. At Plato novo modo colorum rationem explicat : ait enim ab objectis corporibus et ab oculis C videntium effluvia quædam emitti, quæ in medio intervallo constituta species colorum efficiant. Neque vero omnibus colores eodem modo apparere observatum est, sed pro diversis cernentium temperaturis etiam colores rerum, quæ offerunt se oculis, diversi videntur, uti iis qui morbo regio laborant, flava quæ cernunt, apparent, his vero quibus pupilla rubore infecta est, rubra, atque iterum albicantia illis qui album humorem membranis oculorum suffusum habent, aliisque pro diversa temperatura aliter.

ξδ'. Περὶ χρωμάτων.

Χρῶμά ἐστιν ὁρατὰ ποιότης τῆς τῶν σωμάτων ἐπιφανείας, Ὁ δέ γε Πλάτων καινόν τινα τρόπον διερμηνεύει περὶ χρωμάτων. Λέγει δὲ ὅτι καὶ ἀπὸ τῶν ὑποκειμένων σωμάτων καὶ ἀπὸ ὀρώντων ὀμμάτων ἀπόῤῥοιαί τινες πέμπονται, αἵτινες ἐν τῷ μεταξὺ τοῦ διαστήματος γενόμεναι τὰς ἰδέας τῶν χρωμάτων ποιοῦσιν. Οὐ πᾶσι δὲ φασὶν ὁμοίως τὰ αὐτὰ φαίνεσθαι χρώματα, ἀλλὰ πρὸς τὰς διαφόρους κράσεις τῶν ὁρώντων καὶ ὁρωμένων τὰς χρόας μεταχρώννυσθαι · τοῖς μὲν γὰρ ἰκτεριῶσιν, ὠχρὰ τὰ ὁρώμενα φαίνεται · τοῖς δὲ τὴν κόρην ξανθὴν ἔχουσι, ξανθά · τοῖς φλέγμα περὶ τοὺς ὑμένας τῶν ὀφθαλμῶν ἔχουσιν, ὑπόλευκα · καὶ ἄλλοις ἄλλως, κατὰ τὴν διαφορὰν τῶν κράσεων.

65. *De mistione et permistione.*

Mistio est unio corporum per conjunctionem, qualis est olei et aquæ. Neque enim tota inter se ambo permiscentur, sed summis modo superficiebus junguntur. Inferior enim olei superficies miscetur sive unitur superiori superficiei aquæ. At permistio est, quando unita corpora tota sic invicem permiscentur, ut aqua et vinum. Itaque mista corpora ex parte quidem uniuntur, inconfusa tamen manent : permista autem penetrant invicem, scinduntque ac scinduntur, et inter se confunduntur. Unio autem Dei cum nostra natura et mistio est, quia sine confusione fit, et est permistio, propter idiomatum communicationem. Cæterum novum illud, cum assumpta natura, genus mistionis est, et mira ac singularis permistio.

ξε'. Περὶ μίξεως καὶ κράσεως·

Ἡ μὲν μίξις ἕνωσίς ἐστι σωμάτων κατὰ παράθεσιν, ὡς ἐπὶ ἐλαίου καὶ ὕδατος. Οὐ γὰρ δι' ὅλου ταῦτά κίρναται ἀλλὰ κατὰ τὰς ἄκρας ἐπιφανείας αὐτῶν ἑνοῦται. Ἡ γὰρ κάτω ἐπιφάνεια τοῦ ἐλαίου μίγνυται τῇ ἄνω ἐπιφανείᾳ τοῦ ὕδατος. Κρᾶσις δὲ ἐστὶν ὅταν τὰ ἑνούμενα σώματα δι' ἀλλήλων ἀνακραθῇ, ὡς ἐπὶ οἴνου καὶ ὕδατος. Καὶ τὰ μὲν μιγνύμενα σώματα ἐκ μέρους μὲν ἑνοῦται, ἀσύγχυτα δὲ μένει · τὰ δὲ κερανύμενα δι' ἀλλήλων μὲν διήκει καὶ τέμνει, καὶ τέμνεται καὶ συγκέχυται. Ἡ δὲ τοῦ Θεοῦ πρὸς ἡμᾶς ἕνωσις καὶ μίξις ἔστι διὰ τὸ ἀσύγχυτον, καὶ κρᾶσις διὰ τὸν τρόπον τῆς ἀντιδόσεως. Ἔστιν οὖν αὐτῷ πρὸς τὸ πρόσλημμα, καὶ ἡ μίξις καινὴ, καὶ ἡ κρᾶσις παράδοξος,

ξς'. Περὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς.

Γένεσις λέγεται ἡ ἀπὸ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι μεταβολή. Γένεσιν δέ τινες καὶ τὴν κίνησιν ὠνομάκασι, καθό φασιν ὑπὸ γένεσιν εἶναι τὸν κόσμον, τοῦτ' ἔστιν, ὑπὸ κίνησιν. Φθορὰ δέ ἐστιν ἡ ἀπὸ τοῦ ὄντος εἰς τὸ μὴ εἶναι μεταβολή. Πᾶν οὖν τὸ ἀπὸ τοῦ μὴ εἶναι γενόμενον, καὶ ἀπὸ τοῦ γενέσθαι φθειρόμενον, ὑπὸ γένεσιν ἐστὶ καὶ φθοράν. Κατὰ γοῦν τὸν ἡμέτερον λόγον καὶ τῷ κόσμῳ γένεσις ἔπεται· ἦν γάρ ὅτε οὐκ ἦν, καὶ ἔσται ὅτε οὐκ ἔσται. Αὔξησις μὲν οὖν καὶ ἀλλοίωσις καὶ φορὰ καὶ ἡ ἀπὸ τόπου εἰς τόπων μετάβασις κινήσεις εἰσί. Γένεσις δὲ καὶ φθορὰ οὐκ εἰσὶ κινήσεις, ἀθρόως γὰρ τὸ γενόμενον γέγονε, καὶ τὸ φθαρὲν ἔφθαρται.

A

66. *De generatione et corruptione.*

Generatio dicitur mutatio a non esse ad esse: et sunt qui generationem etiam motum appellant, quo sensu mundum generationi, hoc est motui, aiunt esse obnoxium. Corruptio contra est mutatio ab esse ad non esse. Quidquid igitur, cum non esset fit, et cum existat corrumpitur, generationi et corruptioni dicitur subjacere. Ex nostra adeo sententia ad mundum etiam generatio pertinet : erat enim quando non erat, et erit quando non erit. Cæterum augmentatio quidem ac mutatio et agitatio et de loco in locum translatio motus sunt, generatio autem et corruptio non sunt motus, continenter enim ac simul fit quod fit, et corrumpitur quod corrumpitur.

ξζ'. Περὶ σωμάτων.

Σῶμά ἐστι τὸ πλάτος ἔχον καὶ μῆκος καὶ βάθος. Καί ἔστι μῆκος μὲν λόγου χάριν, τὸ ἀπὸ κεφαλῆς εἰς πόδα· πλάτος δὲ τὸ ἀπὸ τῆς δεξιᾶς χειρὸς εἰς τὴν ἀριστερὰν, ἢ τὸ ἀνάπαλιν· βάθος δὲ τὸ ἀπὸ τῶν στέρνων ἐπὶ τὰ νῶτα, ἢ τὸ ἔμπαλιν. Πᾶν δὲ σῶμα ἢ βαρὺ ἢ κοῦφόν ἐστι. Καὶ τὸ μὲν βαρὺ κάτω φέρεται, τὸ δὲ κοῦφον ἄνω φέρεται. Τόπου δὲ τῶν σωμάτων τῶν μὲν κούφων, ὁ ἄνω τοῦ παντὸς τόπος· τῶν δὲ βαρέων ὁ κάτω. Καὶ κουφότατον μὲν τὸ πῦρ, ὡς πᾶσιν ἐπικολάζον· βαρύτατον δὲ γῆ, ὡς πᾶσι ὑποκείμενον. Πᾶν δὲ σῶμα, ἐν μὲν τῷ οἰκείῳ τόπῳ ἑστὼς, οὔτε βαρὺ οὔτε κοῦφον· ὅτε δὲ ἀποστῇ τῶν οἰκείων τόπων, καὶ μέλλει πρὸς αὐτοὺς ἀπιέναι, τότε ἢ βαρύτητα ἔχει ἢ κουφότητα.

B

67. *De corporibus.*

Corpus est quod habet latitudinem, longitudinem et profunditatem. Longitudo dicitur verbi gratia a capite ad pedes, latitudo a manu dextra ad sinistram aut vicissim, profunditas a pectore ad tergum aut vice versa. Omne corpus grave aut leve est. Grave deorsum fertur, leve tendit sursum. Loca corporum, levium quidem supremus omnium, gravium infimus. At levissimum est ignis, qui fertur super omnia corpora; terra gravissimum, omnibus subjacens. At corpus omne in naturali suo constitutum loco nec grave nec leve est, quando autem a naturali loco abest et ad eum tendit, tunc vel gravitate præditum est vel levitate.

ξη'. Περὶ ἐλαχίστων.

Περὶ τῆς τελευταίας ἡμέρας καὶ ὥρας[3] οὐδεὶς οἶδε, κατὰ τὴν τοῦ Εὐαγγελίου φωνὴν, εἰ μὴ ὁ Πατὴρ καὶ ὁ συναΐδιος ἐκείνῳ Υἱὸς, καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορευόμενον. Ἕλληνες δὲ βιάζονται καὶ ταύτην εἰδέναι διὰ κενῶν ἀποδείξεων. Ὁ Κρόνος ποιεῖ τὴν μεγίστην ἀποκατάστασιν δι' ἐτῶν διακοσίων ἑξήκοντα καὶ πέντε· ὁ Ζεὺς διὰ εἴκοσι καὶ ἑπτά· Ἄρης δὲ διὰ διακοσίων ὀγδοήκοντα πρὸς τοῖς τέσσαρσιν· ὁ Ἥλιος διὰ χιλίων τετρακοσίων ἑξήκοντα πρὸς τῷ ἑνί· Ἀφροδίτη διὰ χιλίων ἑκατὸν πεντήκοντα πρὸς τῷ ἑνί· Ἑρμῆς διὰ τετρακοσίων ὀγδοήκοντα καὶ ὀκτώ· ἡ Σελήνη δι' ἐτῶν εἴκοσι πέντε· Ἡ δὲ κοσμικὴ ἀποκατάστασις γίνεται δι' ἐτῶν μυριάδων ἑκατὸν ἑβδομήκοντα καὶ πέντε πρὸς τρισχιλίοις διακοσίοις, καὶ τότε γίνεται σύνοδος πάντων τῶν ἀστέρων κατὰ τὴν τριακοστὴν μοῖραν τοῦ καρκίνου, ἢ τὴν πρώτην μοῖραν τοῦ λέοντος, καὶ τηνικαῦτα γίνεται ὁ παντελὴς τοῦ κόσμου κατακλυσμός. Κατὰ δὲ τὴν ἀποκατάστασιν τῶν ἐλαχίστων ἐτῶν Ἑκάστῳ γὰρ ἀστέρι πλανήτῃ μέγιστα καὶ μέσα τῶν ἀστέρων, οἱ μερικοὶ κατακλυσμοὶ γίνονται. καὶ ἐλάττονα ἔτη παράκειται.

126. *Quænam mundi dextra sint, quænam sinistra.*

ρκς'. Τίνα δεξιὰ τοῦ κόσμου, καὶ τινα ἀριστερά.

Ab oriente occasum versus spectantibus dextra mundi sunt septentrionalia, australia sinistra. Sed ab occidente spectantibus ad orientem, australia dextra sunt, sinistra septentrionalia: facicique obversæ sunt occidentales cœli partes, ad illas enim fertur si quis procedat, post tergum vero sunt orientales, ab his enim recedit. Quod si requiras quænam superiora sunt in cœlo, quæ inferiora, alii quidem philosophi quæ supra caput nostrum sunt superiora statuunt, quæ his sunt opposita habent pro inferioribus. At Aristoteles jam totum cœlum ut superius respectu terræ considerat, jam quod superius vocavit appellat inferius, ac vicissim, nec sine præclara et erudita demonstratione.

Τοῖς μὲν ἐξ ἀνατολῶν πρὸς δύσιν ὁρῶσιν, δεξιὰ τοῦ κόσμου μέρη τὰ βόρεια, ἀριστερὰ δὲ τὰ νότια. Τοῖς δ' ἀπὸ τῆς δύσεως πρὸς τὴν ἀνατολὴν βλέπουσι, δεξιὰ μὲν τὰ νότια ἀριστερὰ δὲ τὰ βόρεια. Καὶ ἔμπροσθια μὲν τοῦ οὐρανοῦ τὰ ἑσπέρια μέρη, ὅτι πρὸς ταῦτα φέρεται κινούμενος, ὀπίσθια δὲ τὰ ἑῷα· ἀπ' ἐκείνων γὰρ ὁρμᾶται. Τίνα δὲ κάτω τοῦ οὐρανοῦ καὶ τινα ἄνω, οἱ μὲν ἄλλοι τῶν φιλοσοφων τὸ μὲν ὑπὲρ κεφαλὴν ἡμῶν ἡμισφαίριον ἄνω τιθέασι, τὸ δὲ ἀντίθετον κάτω· Ἀριστοτέλης δὲ νῦν μὲν ὅλον τὸν οὐρανὸν ἄνω τῆς γῆς ἀποφαίνεται, νῦν δὲ κάτω ἄνω, πλὴν μετὰ θαυμασίας καὶ λογιωτάτης ἀποδείξεως.

127. *De partium terræ mutatione.*

ρκζ'. Περὶ μεταβολῆς τῶν τῆσ γῆς μερῶν.

Partes terræ alterantur ratione siccitatis et humiditatis, cum ex humidis fiunt siccæ vel ex siccis

Μεταβάλλει τὰ μέρη τῆς γῆς κατὰ τὸ ξηρότερον καὶ ὑγρότερον, ἀπὸ μὲν ὑγροῦ ξηρότερα γινόμενα

καὶ ἀπὸ ξηροῦ ὑγραινόμενα· Συμβαίνει δὲ καὶ τὴν θάλατταν ἠπειροῦσθαι, καὶ τὴν ἤπειρον θαλαττοῦσθαι. Καὶ ἐν μὲν τῷ μεγάλῳ χειμῶνι ἡ ἤπειρος θαλαττοῦται, ἐν δὲ τῷ μεγάλῳ θέρει ἡ θάλασσα ἠπειροῦται· Οἱ αὖ ποταμοὶ ἐν αἰτίᾳ εἰσὶ τοῦ τὴν γῆν τῆς θαλάσσης γυμνοῦσθαι. Ἐμβάλλοντες γὰρ εἰς αὐτὴν τῷ ἐπιφέρειν τὴν ἰλὺν ἠϊόνας ποιοῦσι, καὶ οὕτως ἀπογαιοῦται ὁ ποταμὸς ἐκεῖνος. Μὴ εἰσβάλλοντες δὲ ποιοῦσι τὴν γῆν θαλαττοῦσθαι· ἀλλ' ἐνταῦθα ἠπειρουμένη ἡ θάλασσα, ὠθεῖται εἰς τὴν ἀντιπέραν ἤπειρον, καὶ θαλαττοῖ ταύτην· εἰ δὲ μή, παλινοστεῖ τὸ ὕδωρ αὖθις ἐπὶ τὸν οἰκεῖον τόπον, καὶ θαλαττοῦται πάλιν τὸ ἠπειρούμενον.

ρκη'. Περὶ σεισμῶν.

Τὸν σεισμὸν ποιεῖ μὲν ὁ Θεὸς, ὥσπερ δὴ καὶ τ' ἄλλα σύμπαντα, κατὰ τὸ, Ὁ ἐπιβλέπων ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ ποιῶν αὐτὴν τρέμειν. Προσεχὲς δὲ τούτου αἴτιον, τὸ ἀναπεμπόμενον ἀπὸ τῆς γῆς πνεῦμα, ὅταν εἴσω τύχοι ῥυὲν τὸ ἔξω ἀναθυμιούμενον· διὰ ταῦτα καὶ νηνεμίας γίνονται οἱ πλεῖστοι καὶ μέγιστοι τῶν σεισμῶν, κατακλείεται γὰρ τηνικαῦτα ὑπὸ γῆν τὸ αἴτιον τῶν σεισμῶν. Γίνονται δὲ ἰσχυρότεροι τῶν σεισμῶν, ὅπου ἡ θάλασσα ῥοώδης καὶ ἡ χώρα σομφὴ καὶ ὕπαντρος. Διὰ γὰρ τὴν στερεότητα τὸ πνεῦμα γινόμενον σφοδρὸν, μᾶλλον σείει τὴν γῆν. Αἵ τε χῶραι ὅσαι σομφοὺς ἔχουσι τοὺς κάτω τόπους, πολὺ δεχόμενοι πνεῦμα σείονται μᾶλλον, ὅτι ἥλιος ἀχλυώδης καὶ ἀμαυρὸς τότε φαίνεται, ὑπονδστησιν ἀρχομένου τοῦ πνεύματος εἰς τὴν γῆν τοῦ διαλύοντος τὸν ἀέρα καὶ διακρίνοντος.

ρκθ'. Περὶ τοῦ μεγάλου χειμῶνος.

Μέγας ἐστὶ χειμὼν ἡνίκα πάντες οἱ πλανῆται ἐν χειμερινῷ ζωδίῳ γίνονται, ἐν ὑδροχόῳ ἐν ἰχθύσι· μέγα δὲ θέρος, ὅταν πάντες ἐν θερινῷ ζωδίῳ γένοιντο· ἐν λέοντι μὲν γινόμενος, ποιεῖ θέρος, ἐν αἰγοκέρῳ δὲ χειμῶνα. Ἔνθεν καὶ ἐνιαυτὸς ὠνόμασται, διὰ τὸ εἰς τὸ αὐτὸ φέρειν τὸν ἥλιον, ἀπὸ γὰρ τοῦ αὐτοῦ εἰς τὸ αὐτὸ ἀποκαθίσταται ὁ φωστήρ. Καὶ πάντες μὲν οὖν κατὰ κορυφὴν ἡμῶν γενόμενοι οἱ πλανῆται ποιοῦσι μέγα θέρος, ἀφιστάμενοι δὲ ἐκ διαμέτρου ποιοῦσι μέγαν χειμῶνα. Καὶ ἐν μὲν τῷ μεγάλῳ χειμῶνι θαλαττοῦται ἡ ἤπειρος, ἐν δὲ τῷ μεγάλῳ θέρει ἠπειροῦται ἡ θάλασσα.

ρλ'. Διὰ τί ἁλμυρὸν τὸ τῆς θαλάττης ὕδωρ ἐστιν.

Ἁλμυρόν ἐστι τὸ θαλάττιον ὕδωρ, διότι ἡ καπνώδης ἀναθυμίασις ἄπεπτος οὖσα οὐσία παρεμπίπτουσα τῇ θαλάσσῃ ποιεῖ αὐτὴν ἁλμυρὰν καὶ βαρεῖαν. Ἡ αὐτὴ δὲ ἀναθυμίασις ἀπόγειος γινομένη καὶ μιγνυμένη τοῖς θερινοῖς καὶ μετοπωρινοῖς ὑετοῖς ποιεῖ αὐτοὺς ἁλμυρούς. Οἱ δὲ ποταμοὶ οὐ πάσχουσι τὴν ἁλμυρότητα διὰ τὴν ἄπαυστον αὐτῶν ῥεῦσιν. Χρὴ γὰρ στάσεως, ἵνα γένηται ἡ κρᾶσις τῆς καπνώδους ἀναθυμιάσεως τοῖς ὑποκειμένοις ὕδασιν. Αἴτιον δὲ τῆς ἁλμυρότητος καὶ ὁ ἥλιος. Τῇ γὰρ οἰκείᾳ θερμότητι ἐξατμίζων τὴν θάλασσαν, καὶ τὸ γλυκύτερον αἴρων καὶ κουφίζων πρὸς τὸν ἀέρα, κάτω ἁλμυρότερον ἐᾷ καὶ βαρύτερον. Ὅτι δὲ παχύτερόν ἐστι τὸ θαλάττιον ὕδωρ τῶν ποτίμων ἐκ τοῦ ἐναντίου τεκμαίρεσθαι ἔστιν. Ἐπεὶ γὰρ τὸ ἁλμυρὸν ἐκ τοῦ παχέος καὶ βαρέος ἐστὶ, τὸ δὲ γλυκὺ ἐκ τοῦ λεπτοῦ καὶ κούφου,

ob grave onus fluviis vehi non possunt naves, a mari propter illius densitatem facile portantur.

131. *Quæ causa sit quare in mari quoque dulces aquæ reperiantur.*

Causa ob quam dulces etiam in mari aquæ reperiuntur, sunt fluvii in illud defluentes. Sic in ora Gazæ vicina mare aquas dulces habet, quod Nili quædam ostia non procul inde in illud se exonerant. Dum enim vehementia et impetu fluvius devolvitur in mare, scaturitiones veluti quasdam facit, et aquam reddit dulcem. Memineris etiam hoc, quod ab omni magno fonte manat fluvius, et putei quoque fontibus ortum debent : atque alicubi ex profundo terræ loco aquæ scaturiunt : alibi vero e fontibus et scatebris in terræ summitate. At fluvii quidem et scatebræ aquas habent profluentes : putei vero stantes, neque enim promanant. Cæterum Aristoteles mare Erythræum extra Oceanum ponit, quoniam finibus ipsi non jungitur. Est et *locus* eidem dictus *profundus* supra (10) Mæotin paludem, ubi cum multo spiritu aqua dulcissima propullulat.

132. *Quare aqua marina arbores non alantur.*

Non alit aqua marina arbores, quia se non facile insinuat radicibus, nec celeriter in truncum ramosque assurgit, utpote crassior graviorque ac terrestri natura : hoc enim inde demonstratur, quod facilius quam alia aqua fert sustinetque naves et urinatores. Dices et aliam causam, quod aqua marina exsiccat, cum arboribus non ariditate sed humore opus sit. Quod vero siccandi vim habet aqua marina, manifestum est quia juvat contra putrefactionem, quoniam aridas res reddit siccasque ; sed et corpora eorum qui in mari laverunt siccam et asperam superficiem habent. Addes et tertiam causam, quod aqua marina abundat pinguedine, at pinguedo poris arborum se insinuans fœcundas esse non permittit.

133. *Quare oleo in mare effuso perspicua ejus aqua fiat et tranquilla.*

Quia marina aqua terreis et inæqualibus constans particulis traditur, laxaturque olei densitate, deinde recurrente illa ad suam naturam seseque componente fiunt pori quidam et vacua intervalla, quæ oculis liquidam illam faciunt ac perspicuam, et spiritus lævi corpori allabens non turbat aquam jactare. Vel quod oleum æquabile maxime et pingue si aquæ marinæ affundatur, caliginosum in illa aerem dispellit, et lucidiorem facit; tranquillitatem vero facit oleum, dum aquæ marinæ supernatat, nec permittit ex inferiore loco illam exæstuare. Sunt et aliæ multæ harum rerum causæ, sed aliis accuratiores sunt quas attuli.

A ταμίων ὑδάτων, δῆλον αἰσθήσει. Εἰ μὲν γὰρ τοῖς ποταμοῖς οὐ δύναται πλεῖν βαρὺν ἔχοντα φόρτον πλοῖα, ἐν δὲ τῇ θαλάσσῃ βαστάζονται ἐλαφρῶς, διὰ τὴν αὐτῇ ὑποκειμένην παχύτητα.

ρλα'. Τίς ἡ αἰτία τοῦ ἐν τῇ θαλάσσῃ γλυκὺ ὕδωρ εὑρίσκεσθαι.

Αἴτιον τοῦ εἶναι γλυκὺ ὕδωρ ἐν τῇ θαλάσσῃ τὸ ποταμοὺς ῥεῖν περὶ αὐτήν. Ὁ γοῦν ἐπὶ Γάζαν πλοῦς ὕδωρ ἔχει γλυκύ, διὰ τὸ τινὰ στόμια τοῦ Νείλου ἐκεῖσε ἐμβάλλειν. Τῷ γὰρ ῥύμῃ καὶ τῇ ὁρμῇ ἐμβάλλειν ὁ ποταμὸς εἰς τὴν θάλασσαν, οἷον βρύα τινὰ ποιεῖ, καὶ παρέχει ὕδωρ γλυκύ. Καὶ τοῦτο δέ σοι ἱστέον, ὅτι ὁ μὲν ποταμὸς ἀπὸ πάσης μεγάλης πηγῆς ῥεῖ, καὶ τὰ ῥέοντα δὲ ἀπὸ πηγῶν ἔχουσι τὴν ἀρχήν, καὶ ὅπου μὲν ἀπὸ τοῦ βάθους τῆς γῆς ἐκδίδοται τὰ ὕδατα, ὅπου δὲ ἀπὸ πηγῶν καὶ κρηνῶν ἐπιπολῆς. Καὶ ποταμοὶ μὲν καὶ κρῆναι ῥευστὰ ἔχουσιν ὕδατα, τὰ δὲ ῥέοντα, στάσιμα, οὐ γὰρ ἐκρέουσιν. Ἔξωθεν δὲ θαλάσσης ὁ Ἀριστοτέλης τὴν Ἐρυθρὰν λέγει, διὰ τὸ μὴ ἔχειν πέρας. Τόπος δέ ἐστι περὶ τὸν ποταμὸν τὸν βαθύτατον, βαθὺς καλούμενος, ἔνθα ἀναδίδοται ὕδωρ γλυκύτατον μετὰ πολλοῦ πνεύματος.

ρλβ'. Διὰ τί τὸ θαλάττιον ὕδωρ οὐ τρέφει τὰ δένδρα.

Οὐ τρέφει τὰ δένδρα τὸ θαλάττιον ὕδωρ, διότι οὐκ ἐνδύεται ταῖς ῥίζαις αὐτῶν, οὐδὲ ἀναφέρεται ταχέως εἰς τὸ στέλεχος καὶ τοὺς ἀκρέμονας διὰ τὸ παχὺ εἶναι, καὶ ὅτι ἐμβριθές ἐστι καὶ γεῶδες. Τοῦτο δὲ ἀποδείκνυται ἀπὸ τοῦ μᾶλλον ἀνέχειν καὶ ὑπερείδειν τὰ πλοῖα, καὶ τοὺς κολυμβῶντας. Εἶπὲ καὶ ἄλλην αἰτίαν, ὅτι ξηραντικόν ἐστι τοῦτο τὸ ὕδωρ· δεῖ δὲ τοῖς δένδροις οὐ ξηρότητος, ἀλλ' ὑγρότητος. Ὅτι δὲ ξηραίνει τὸ θαλάττιον ὕδωρ, φανερὸν καθέστηκεν ἀπὸ τοῦ βοηθεῖν πρὸς τὰς σήψεις, ἐξικμάζον ταῦτα καὶ ἀναξηραῖνον, καὶ τὰ σώματα δὲ τῶν λουσαμένων ἐν τῇ θαλάσσῃ ξηρὰν ἔχει καὶ τραχεῖαν τὴν ἐπιφάνειαν. Εἶπὲ καὶ ἄλλην αἰτίαν ὅτι πολλῆς ἡ θάλασσα μετέχει τῆς λιπαρότητος, τὸ δὲ λιπαρὸν, ἐμπίπτον τοῖς πόροις τῶν δένδρων, οὐκ ἐᾷ ταῦτα καρποτονεῖν.

ρλγ'. Διὰ τί τῆς θαλάττης ἐλαίῳ καταῤῥαινομένης γίνεται καταφάνεια καὶ γαλήνη.

Ὅτι τὴν θάλασσαν γεώδη καὶ ἀνώμαλον οὖσαν ἐξωθεῖ καὶ διαστέλλει τὸ ἔλαιον τῇ πυκνότητι, εἶτα ἀνατρεχούσης εἰς ἑαυτὴν καὶ συστελλομένης γίνονται πόροι τινὲς, καὶ κενὰ διαλείμματα, μεταξὺ διαύγειαν ταῖς ὄψεσι διδόντες καὶ καταφάνειαν· καὶ τὸ πνεῦμα τῆς λειότητος ἀπολισθαῖνον οὐ ποιεῖ πληγὴν, οὐδὲ σάλον. Ἢ ὅτι τὸ ἔλαιον ὁμαλώτατον καὶ λιπαρώτατον ὄν, ἐπιχεόμενον τῇ θαλάσσῃ, διασκίδνησι τὸν ἐν αὐτῇ ζοφερὸν ἀέρα καὶ λαμπρότερον ἀπεργάζεται, γαλήνην δὲ ἐμποιεῖ ἐπιπλέον ἄνωθεν, καὶ οὐκ ἐῶν κάτωθεν αὐτὴν ἀναῤῥάττεσθαι. Εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλαι πολλαὶ περὶ τούτων αἰτίαι, ἀλλ' αἴγε εἰρημέναι τῶν ἄλλων εἰσὶ ἀκριβέστεραι.

NOTÆ.

(10) In Græco est, *circa fluvium profundissimum*. Sed præ obscuriore illa interpretatione posui *Mæotin paludem*, respecit enim Psellus hæc Aristotelis lib. de Mundo cap. 4 : τὸ δὲ ὑπὲρ Κασπίαν βαθὺν ἔχει τὸν ὑπὲρ τὴν Μαιῶτιν λίμνην τόπον.

nes in quibus veris tempore plurimum pluit,ut in Sicilia, multos et bonos ferunt fructus.

ὑδάτων ἀναγκαιότερα τοῖς σπέρμασι πρὸ τοῦ θέρους. Ὅθεν ἡ πλεῖστον ὁμένη τοῦ ἔαρος χώρα, καθάπερ ἐν Σικελίᾳ, πολλοὺς καὶ ἀγαθοὺς καρποὺς ἀναδίδωσιν.

138. *De lacubus quibusdam.*

Mare quod vulgo vocatur Mortuum in Palæstina crassissimam omnium aquarum vehit et salsissimam,ita ut quidquid in illam injiciatur supernatet nec submergatur. Omnes porro aquæ salsæ vel actu vel potestate calidæ sunt : potestate quidem ut Tyriæ, actu vero ut quæ sunt Gabaris. Et apud Ombricos regio est limosa,in qua plurimus nascitur juncus et calamus,quem urentes regionss incolæ ac redigentes in cinerem,eumque cum aquis coquentes, salem concretum reperiunt.Sed et Sirbonis lacus salsus est, et quantum aquis inest crassitiei, tantum etiam salsedinis adesse solet,ita ut crassissimæ quæque salsissimæ sint. Itaque et mare salsum est, utpote crassum, quoniam ipsi admiscentur fuliginosi et crassissimi vapores.

ρλη'. Περὶ τινων λιμνῶν.

Ἡ μὲν καλουμένη παρὰ τοῖς πολλοῖς Νεκρὰ θάλασσα ἡ ἐν Παλαιστίνῃ, παχυτάτη οὖσα, ἁλμυροτάτη ἐστὶ πάντων ὑδάτων, καὶ πᾶν τὸ ἐμβαλλόμενον ἐν αὐτῇ σῶμα ἀνωθεῖται ὑπὸ τοῦ ὕδατος, καὶ οὐ γίνεται ὑποβρύχιον. Πᾶν δὲ ὕδωρ ἁλμυρὸν θερμὸν μέν ἐστιν ἢ δυνάμει ἢ ἐνεργείᾳ· δυνάμει μὲν ὡς τὰ ἐν Τύρῳ, ἐνεργείᾳ δὲ ὡς ἐν Γαβάροις. Καὶ ἐν Ὀμβρικοῖς χώρα ἐστὶν ἑλυώδης, ἐν ᾗ κάλαμοι καὶ σχοῖνοι γίνονται πλεῖστοι· τούτους καίοντες οἱ τῆς χώρας καὶ ἀποτεφροῦντες, καὶ τὴν τέφραν εἰς ὕδωρ ἀφέψοτες τὸ ἐπιπαγὲν ἅλας εὑρίσκουσι. Καὶ ἡ Σερβωνίτης δὲ λίμνην ἁλμυρά ἐστι· καὶ ὅσον ἂν ἐπιγείνεται ἡ τοῦ ὕδατος παχύτης, τοσοῦτον καὶ ἡ ἁλμυρότης, ὡς εἶναι τὸ παχύτατον ἁλμυρότατον. Καὶ ἡ θάλασσα οὖν ἁλμυρά ἐστι, διότι παχεῖα, διὰ τὸ συμμεμῖχθαι αὐτῇ τὴν καπνώδη ἀναθυμίασιν παχυτάτην οὖσαν.

139. *De fluviis.*

A monte Pannaryo in Asia oriuntur fluvii Bactrus, Choaspes et Araxes. Ex Caucaso monte Phasis multique et magni fluvii alii. Est porro Caucasus omnium montium versus Orientem æstivum et jugorum multitudine et altitudine maximus. Ex Pyrenæo, (11) est is mons in Celtica regione ad occidentem æquinoctialem) nascitur Ister, qui per totam Europam profluit in Euxinum pontum. In ipso septentrione ultra extremam Scythiam montes sunt Riphæi,maximi altissimique. In Africa ex Æthiopicis montibus oriuntur fluvii Ægon,Neosis et Chremetes. Nilus ex monte Argyro, Acheloi origines a Pindo, Strymonis et Hebri a Scombro sunt, qui montes sunt in Græcia.

ρλθ'. Περὶ ποταμῶν.

Ἀπὸ τοῦ Πανναρύου καλουμένου ὄρους τοῦ ὄντος ἐν τῇ Ἀσίᾳ ῥέουσι ποταμοὶ ὁ Βάκτρος καὶ ὁ Χοάσπης καὶ ὁ Ἀράξης. Ἐκ δὲ τοῦ Καυκάσου ὄρους ὁ Φάσις, ἄλλοι τε πολλοὶ ῥέουσι πολὺ καθὰ πλῆθος καὶ μέγεθος ὑπερβάλλοντες. Ὁ δὲ Καύκασος μέγιστον ὄρος τῶν πρὸς τὴν Ἕω τὴν θερινὴν καὶ πλήθει καὶ ὕψει. Ἐκ δὲ τῆς Πυρήνης (τοῦτο δέ ἐστιν ὄρρς πρὸς ουσμὴν τὴν ἰσημερινὴν, ἐν τῇ Κελτικῇ) ῥέουσιν ὅ τε Ἴστρος δι' ὅλης νῆς Εὐρώπης εἰς τὸν Εὔξεινον Πόντον. Ὑπ' αὐτὴν δὲ τὴν ἄρκτον ὑπὲρ τῆς ἰσχάτης Σκυθίας αἱ καλούμεναι Ῥίπται εἰσίν· αἱ δὲ Ῥίπται ὑπερμεγέθη καὶ ὑψηλότατα. Περὶ δὲ τὴν Λιβύην ἐκ τῶν Αἰθιοπικῶν ὀρῶν, ὁ Αἴγων, καὶ ὁ Νήοσις καὶ ὁ Χρεμέτης. Τοῦ δὲ Νείλου τὸ ῥεῦμα ἐκ τοῦ Ἀργυροῦ κάτεισιν ὄρους. Καὶ ὁ μὲν Ἀχελῷος ἐκ Πίνδου. ὁ δὲ Στρυμὼν καὶ ὁ Ἕβρος ἐκ τοῦ Σκόμβρου. Ὄρη δὲ ταῦτα περὶ τὸν Ἑλληνικὸν τόπον,

140. *De incremento Nili.*

Nilus originem habet ex summis Æthiopiæ et ultimis Africæ partibus, ubi clima Orientale desinit, incipitque meridics. Intumescit Nilus æstivo tempore, non ut quibusdam persuasum est quod ab Etesiis contra spirantibus aquæ illius repellantur, cum hi ipsi venti potius circa tropicum æstivum a septentrionali parte meridiem versus omnes nubes contrabant et propellant,donec in Zona torrida cumulatæ cum ulterius progredi inhibentur, copiosis pluviis erumpentibus Nilus turget concitaturque, nec alveo suo contineri se patitur. Tunc dulcissimæ ad potum sunt Nili aquæ, utpote cœlestibus aquis auctæ et maxime salubres ; non amplius calidæ quidem uti initio, sed tamen adhuc ut ab tali initio, tepidæ.

ρμ'. Περὶ τῆς τοῦ Νείλου ἀναβάσεως.

Ὁ Νεῖλος τὰς μὲν ἀρχὰς τῆς ῥύσεως, ἐκ τῶν ἄκρων μὲν τῆς Αἰθιοπίας, ἐσχάτων δὲ τῆς Λιβύης λαμβάνει, καθὸ μέρος τὸ κλίμα τὸ ἀνατολικὸν ἀπολῆγον ἀρχὴν τῇ μεσημβρίᾳ δίδωσιν. Αὔξεται δὲ κατὰ τὴν θερινὴν ὥραν, οὐχ, ὥς τινες ᾠήθησαν, πρὸς τῶν ἐτησίων ἀνέμων ἄντικρυ πνεόντων ἀνακοπτόμενος, ἀλλ' αὐτῶν δὲ τούτων τῶν ἀνέμων κατὰ τροπὴν τὴν θερινὴν ἀπὸ τῶν ἀρκτῴων ἐπὶ τὴν μεσημβρίαν πανύφος ἐλαυνόντων καὶ ὠθούντων, ἕως ἐπὶ τὴν κεκαυμένην ζώνην συναύξωσι, καθ' ἣν τῆς πρόσω φορᾶς ἀνακόπτονται, καὶ τότε λάβρων ὑετῶν ῥηγνυμένων, ὀργᾶται ὁ Νεῖλος καὶ ποταμὸς εἶναι οὐκ ἀνέχεται. Διὸ πιεῖν τέ ἐστι γλυκύτατος, ἅτε ἐξ ὄμβρων οὐρανίων χορηγούμενος, καὶ θιγεῖν προσηνέστατος, οὐκ ἔτι μὲν θερμὸς ὡς ὅθεν ἤρξατο, ἔτι δὲ χλιαρὸς ὡς ἐκεῖθεν ἀρξάμενος.

NOTÆ.

(11) Abnobam dixisset cum Tacito, Avieno, Plinio et aliis. Sed videtur hic in Græco aliquid desiderari.

ρμα'. Διὰ τί μόνος ποταμῶν ὁ Νεῖλος αὔρας οὐκ ἀναδίδωσιν.

A

141. *Quare solus e fluviis Nilus auras non emittat.*

Μόνος ποταμῶν ὁ Νεῖλος αὔρας οὐκ ἀναδίδωσι, διότι τῶν νεφῶν ἀπὸ τῆς Αἰθιοπίας παρὰ τῶν ἐτησίων ἀνέμων ἄχρι μεσημβρίαν ἐλαυνομένων, ἡ ἐμπιεχομένη τούτου ἀτμὶς ὑπὸ τοῦ κατὰ τὸν τόπον πυρώδους, ἅπασα ἐξικμάζεται, κἀντεῦθεν ὑετοῦ πολλοῦ καταφερομένου ὁ Νεῖλος τῆς οἰκείας ὄχθης ἐξανιστάμενος γεωργεῖ τὰς ἀρούρας, καὶ εἰκότως αὔρας οὐκ ἀναδίδοται, τῆς ἀτμίδος πάσης ἐκτακείσης διὰ θερμότητα. Οὐδὲ ἦν ὁ Νεῖλος αὐξόμενος ἀπὸ χιόνος τηκομένης, ὥς τινες τῶν φυσικῶν φιλοσόφων ᾠήθησαν. Ὅθεν οὐδ' ἔστι αἰτία ἀληθεστέρα τῆς τοῦ ποταμοῦ ἀναβάσεως, καὶ τοῦ μὴ αὔρας ἐξ αὐτοῦ ἀναδίδοσθαι.

Solus e fluviis Nilus auras non emittit, quoniam in nubibus ab Æthiopia usque per etesias meridiem versus propulsis vapores omnes a caloribus illius loci abusumuntur, atque exinde pluviis multis cadentibus Nilus ripas suas egressus agros fecundat, nec mirum est quod auras emittit nullas, vaporibus omnibus a calore jam consumptis. Neque vero, quod philosophis quibusdam persuasum est, a nivibus liquefactis augetur et incrementum capit Nilus, neque verior illa causa est aurarum nullarum a Nilo emitti solitarum, quam incrementi.

ρμβ'. Περὶ τῶν μεγίστων βασιλειῶν.

B

142. *De regnis maximis.*

Πρώτη τῶν διωνομασμένων βασιλειῶν ἡ τῶν Ἀσσυρίων, μεθ' ἣν ἡ Μηδική, ἐκείνην τε καθελοῦσα καὶ μείζονα δυναστείαν περιβαλλομένη. Ἥρσαι δὲ Μήδους καταγωνισάμενοι, τῆς μὲν Ἀσίας ὀλίγου δεῖν πάσης τελευτῶντες ἐκράτησαν· ἐπιχειρήσαντες δὲ καὶ τοῖς Εὐρωπαίοις ἔθνεσιν οὐ πολλὰ ὑπηγάγοντο. Χρόνῳ δὲ οὐ πολλῷ πλείονι διακοσίων ἐτῶν ἔμειναν ἐπὶ τῆς ἀρχῆς. Ἡ δὲ μακεδονικὴ δυναστεία τὴν Περσῶν ἀρχὴν καθελοῦσα ἄχρι δευτέρας ἢ τρίτης ἴσχυσε προελθεῖν γενεᾶς. Ἡ δὲ Ῥωμαίων πόλις ἁπάσης μὲν ἄρχει γῆς, ὅση μὴ ἀνέμβατός ἐστιν, ἀλλ' ὑπὸ ἀνθρώπων οἰκεῖται. Πάσης δὲ κρατεῖ θαλάττης, καὶ αὐτῆς τῆς ὠκεανίτιδος, καὶ ὅση πλεῖσθαι ἀδύνατος,

Primum celebrium regnorum fuit Assyrium, inde Medicum quod superius illud evertit, et majus imperium sibi comparavit. Persæ inde Medos debellarunt, et Asia propemodum tota subjugata, conati sunt Europæas etiam nationes oppugnare, paucas tamen subegerunt, principatumque tenuerunt non multo majore quam ducentorum annorum spatio. Macedonum imperium Persas principatu dejecit, et ad secundam vel tertiam vix productum est generationem. Urbs Roma omni terræ, qua non inacessa est, et ab hominibus incolitur, imperat, et toti mari atque oceano, etiam qua navigabilis esse desinit.

ρμγ'. Περὶ χυμῶν.

C

143. *De saporibus.*

Ἐν τῷ γένει ὄντων τῶν χυμῶν ἕνα μόνον τὸν ἁλμυρὸν ἐπ' οὐδενὸς καρποῦ ὁρῶμεν γινόμενον· τὸν μὲν γὰρ πικρὸν χυμὸν ἡ ἐλαία φέρει, καὶ τὸν στρυφνὸν αἱ φοινικοβάλανοι, καὶ τὸν αὐστηρὸν αἱ ῥοαί, καὶ τὸν γλυκὺν τὸ μέλι, καὶ τὸν ὀξὺν τῶν μήλων ἔνια, καὶ τὸν δριμὺν πολλὰ τῶν σπερμάτων καὶ τῶν ῥιζῶν· ὁ δὲ ἁλμυρὸς χυμὸς ἀπ' οὐδενός γίνεται. Διότι ἡ θάλασσα διηθουμένη διὰ φυτοῦ τὸ ἁλμυρὸν ἀποβάλλει· γεώδες γὰρ καὶ παχυμερές ἐστι, καὶ ἐν ἑκάστῳ τῶν φυτῶν τὸ ἁλμυρὸν ὕδωρ καὶ θχλάττιον ἀλλοιούμενον, τὴν μὲν ἁλμυρότητα ἀποτίθεται, ἑτέραν δὲ μεταλαμβάνει ποιότητα. Ἅτε γὰρ παχύτατον ὂν τὸ ἁλμυρὸν οὐ δύναται ἀπὸ τῶν ῥιζῶν εἰς τοὺς κλάδους μετεωρίζεσθαι, εἰ μὴ σὺν τῇ ἁλμυρότητι ἀποβαλῇ καὶ τὴν βαρύτητα.

Ex saporum variis generibus solum salsum in nullo fructu generari observamus, amarum enim oliva fert, astringentem glans unguentaria (12), acerbum malum punicum, dulcem mel, acidum poma quædam, mordicantem multa semina, multæque radices. Salsus vero humor in nullo reperitur. Quare et aqua marina quando plantam subit alitque, salsedinem relinquit quæ terreæ et crassæ naturæ est, et in qualibet planta aquæ salsæ et marinæ naturam mutant, salsedinemque deponunt et aliam indolem induunt. Quatenus enim salsum crassis valde constat particulis, non potest per radices in ramos attolli, nisi salsedinem gravitatemque abjiciat.

ρμδ'. Διατί παραβάλλουσιν ἅλας οἱ νομεῖς τοῖς θρέμμασιν.

D

144. *Quare pastores pecoribus salem præbeant.*

Διότι τὴν ὄρεξιν ἡ δριμύτης ἐκκαλεῖται, καὶ τοὺς πόρους ἀναστομοῦσα, ὧδε ποιεῖ τῇ τροφῇ πρὸς ἀνάδοσιν. Ἢ μᾶλλον ὑγιείας ἕνεκα τὸν ἅλα διδόασι τοῖς βοσκήμασι. Νοσεῖ γὰρ τὰ θρέμματα πιαινόμενα, τῇ δὲ πιμελὴν τήκουσιν οἱ ἅλες καὶ διαχέουσιν· ἡ γὰρ κολλῶσα καὶ συνδέουσα τὸ δέρμα πιμελὴ, λεπτὴ καὶ ἀσθενὴς ὑπὸ δριμύτητος γίνεται, καὶ τὸ αἷμα δὲ τῶν τὸ ἅλας διαλειχόντων, λεπτύνεται. Καὶ τὰ

Quoniam acor appetitum excitat, porosque aperit, quod facit ad meliorem digestionem. Vel potius valetudinis causa dant salem pecoribus, quæ pinguedine quandoque laborant, sal autem absumit et digerit. Pinguedo enim quæ pellem constipaverat et adduxerat, ab acore illo tenuatur, et minuitur, et sanguis pecudum salem lambere jussarum redditur subtilior. Etiam ad generandum aptiores et

NOTÆ.

(12) Phœnicobalanum Græci recentiores ponunt pro myrobalano, cui fructus στυφοὺς sive στρυφοὺς esse testatur Aristoteles lib. I, De plantis. Vide Jo. Bedæum a Stapel ad Theophrastum p. 97.

congressus appetentiores exinde fiunt pecudes, uti canes salsamento vorato libenter impræguantur. Sed et poeta divinum salem appellat cum ait :

Aspersitque salem divinum...

Divinam enim virtutem sortitus est, quod cadavera mortuorum a putredine, quam passuræ erant, immunia conservat.

A βοσκήματα δὲ γονιμώτερα καὶ πρόθυμα πρὸς τὰς συνουσίας ἐντεῦθεν καθίστανται, καὶ αἱ κύνες δὲ ταχέως κύουσι, τάριχον ἐπεσθίουσαι. Τὸ δὲ ἅλας θεῖον ὁ ποιητὴς εἴρηκεν ἐν οἷς λέγε·

πάσσε δ' ἁλὸς θείου.

Διότι θείαν κέκτηται δύναμιν, τὰ νεκρὰ τῶν σωμάτων εὔσηπτα, ἄσηπτα ἐργαζόμενον.

145. *Quare polypus mutat colorem, prout saxis adhæserit.*

Constat hoc animal si strepitum aliquem senserit, aut peti se conjecerit, mutari præ timore et colorem alium induere. Assimilat autem se saxorum coloribus, quibus adhæret. Nimirum ab omnibus corporibus ut ære, ferro, lapidibus, effluvia quædam egrediuntur. Cum itaque polypi corpus poros effluviis a rebus illis emanantibus congruentes habeat, colores earum asciscit, suumque iisdem permutat. Quando igitur timet polypus, movet et convertit se, corpusque veluti colligit ac constringit, ut adeo propinquarum rerum effluvia in summitate facile excipiat contineatque. Neque vero polypus neque chamæleon ad alba prope posita mutatur, ineptos enim ad alborem poros habet, aliis vero coloribus congruentes.

ρμέ'. Διατί τὴν χρόαν ὁ πολύπους ἐξαλλάττει αἷς ἂν πέτραις προσομιλήσῃ.

Δῆλόν ἐστι τὸ ζῶον καὶ ὅταν ἢ ψόφον τινὰ αἴσθηται, ἢ θηραθῆναι ὑποπτεύσῃ, τρέπεται ὑπὸ δειλείας καὶ μεταβάλλεται. Ὁμοιοῦται δὲ ταῖς χροιαῖς τῶν πετρῶν, αἷς ἐγκάθηται· διότι ἀπὸ πάντων σωμάτων καὶ χαλκοῦ καὶ σιδήρου καὶ λίθου ἀπόῤῥοιαί τινες B φέρονται. Συμμέτρως οὖν οἱ πόροι τοῦ σώματος τῶν πολυπόδων πρὸς τὰ παρὰ τῶν σωμάτων πεμπόμενα ῥεύματα ἔχοντες, τήν τε χρόαν αὐτῶν ἴσχουσι, καὶ μεταβάλλουσι πρὸς αὐτήν. Ὅταν οὖν δείσῃ περιτρεπόμενος ὁ πολύπους οἷον ἔσφιξε τὸ σῶμα καὶ συνέδησεν, ὥστε προσδέχεσθαι καὶ στέγειν ἐπιπολῆς τὰς τῶν ἐγγὺς ἀπορῥοίας. Οὔτε δὲ ὁ πολύπους, οὔτε ὁ χαμαιλέων πρὸς τὸ λευκὸν ἀλλοιοῦται, διότι ἀσυμμέτρους ἔχουσι τοὺς πόρους πρὸς τὴν τοιαύτην χροιάν· πρὸς δὲ τὰς ἄλλας ἐπιτηδείως.

146. *Quare planta pedis anterioris in urso suavissima est in cibum.*

Quidquid probe coctum ac digestum, idem suave est; bene coctum autem est quod in primis incaluit; incalescit autem maxime quod maxime agitatur et exercetur, ut pedis anterioris planta, qua ursus et incedit et tanquam manu utitur, qua res oblatas arripit. Unde et volucrium animalium suavissimæ et ad nutriendum aptissimæ partes sunt quas movent maxime, ut alæ, hisce enim aerem movent ac trajiciunt, cætera autem membra non similiter bene nutriunt. Similiter exercitationes corporis bonum ejus habitum promovent, utpote quibus moventur, coquuntur et tenuantur humores. Neque corporibus tantum, sed animis etiam utilitatem afferunt exercitationes in disciplinis et artibus. Atque secundum Hippocratem motio quandoque interposita corpus confirmat, ignavia corrumpit.

ρμέ'· Διατί τῆς ἄρκτου ἡ παλάμη τῆς χειρὸς φαγεῖν γλυκυτάτη.

Διότι πᾶν τὸ εὔπεπτον, ἥδιστον· εὔπεπτον δὲ τὸ θερμαινόμενον· θερμαίνεται δὲ τὸ μάλιστα γυμναζόμενον, [οἷον ἡ τῆς ἄρκτου τῆς χειρὸς παλάμη]. Καὶ γὰρ ὡς ποδὶ αὐτῇ χρῆται βαδίζουσα, καὶ C ὡς χειρὶ ἀντιλαμβανομένῃ τοῦ προστυχόντος. Ὅθεν καὶ τῶν πτηνῶν ζώων ἥδιστα καὶ εὔτροφά ἐστι τὰ κινητικώτατα μᾶλλον, ὁποῖά ἐστιν αὐτοῖς τὰ πτερύγια. Τούτοις γὰρ τὸν ἀέρα κινεῖ καὶ διαπερᾷ. Τὰ δ' ἄλλα μέρη οὐχ ὅμοια τούτοις πρὸς εὐτροφίαν ἔχουσι. Διὰ τοῦτο καὶ τὰ γυμνάσια εὐεξίαν αὐτοῖς σώμασι δίδωσι κινοῦντα καὶ τοὺς ἐν αὐτοῖς χυμοὺς πέπτοντα καὶ ἀπολεπτύνοντα. Οὐ μέχρι δὲ σωμάτων, ἀλλὰ καὶ εἰς αὐτὰς τὰς ψυχὰς τὰ ἐν τοῖς μαθήμασι γυμνάσια ὠφέλειαν ἐμποιεῖ. Καὶ κίνησις μὲν μετεζετέρη κατὰ τὸν Ἱπποκράτην, κρατύνει τὸ σῶμα, ἀργία δὲ τήκει.

147. *Quare Dorii malum graminis proventum exoptant.*

Graminis mala messis contingit plurima cadente pluvia. Cum enim viride illud pluvia permadens demetitur, facile corrumpitur. At pluviæ frumentum ante æstatem rigantes illud juvant adversus calidas auras et ab austro spirantes, quæ non permittunt fructum in arista condemnari, sed calore suo soliditatem ejus impediunt dissipantque, nisi terra irrigata humor aristam refrigerans atque madefaciens accesserit. Quandoquidem igitur propter pluvias mala fit messis graminis, utpote quod per illas putrescit ac perditur, frumento autem eædem

ρμζ'. Διατί Δωριεῖς εὔχονται κακὴν χόρτου συγκομιδήν.

D Κακὸς συγκομίζεται χόρτος βροχὴν ὅτι πλείστην ἐχόμενος. Χλωρὸς γὰρ θεριζόμενος σήπεται ταχὺ διάβροχος γεγονώς. Ὑόμενος δὲ πρὸ τοῦ θέρους ὁ σῖτος βοηθεῖται πρὸς τὰ θερμὰ καὶ νότια πνεύματα. Ταῦτα γὰρ οὐκ ἐᾷ πυκνωθῆναι συνεστάμενον τὸν καρπὸν ἐν τῷ στάχυϊ· ἀλλ' ἐξίστησε καὶ διαχέει τῇ θερμότητι τὴν πῆξιν, ἂν μὴ βεβρεγμένης τῆς γῆς ἡ ὑγρότης παραῤῥεῖ ψύχουσα καὶ νοτίζουσα τὸν στάχυν. Διότι οὖν ἡ κακὴ τοῦ χόρτου συρκομιδὴ διὰ τὴν βροχὴν γίνεται, σήπουσαν τοῦτον καὶ ἀφανίζουσαν· ὁ δὲ ὑετὸς ὠφέλιμός ἐστι τῷ σίτῳ πρὸ τοῦ θέρους

* *Iliad.* I, 214.

γινόμενος, ἐξυγραίνει γὰρ αὐτῶν καὶ οὐκ ἐᾷ παρὰ τῶν θερμῶν πνευμάτων θερμαίνεσθαί τε καὶ φλέγεσθαι, διὰ ταῦτα εὔχονται τοῖς δωριοῖς κακὴν χόρτου συγκομιδήν. A

ρμη'. Διατί ἡ ἄρκτος οὐκ ἐσθίει τὰ δίκτυα ὅταν ἁλίσκηται.

Λύκοι μὲν καὶ ἄρνες καὶ τ' ἄλλα τῶν θηρίων διαμάσσεται τὰ δίκτυα, ὅταν ἐν τούτοις γένηται. Ἡ δὲ ἄρκτος τοὺς ὀδόντας ἔχουσα εἴσω τοῦ στόματος ἧκιστα πρὸς τὰ λίνα ἐξικνεῖται. Παραπέμπει γὰρ τὰ χείλη διὰ πάχος καὶ μέγεθος, ἢ μᾶλλον ἰσχύουσα ταῖς χερσὶ διασπᾷ τὸν βρόχον, καὶ ταῖς μὴν χερσὶ διασπᾷ τὸ λίνον, τῷ δὲ στόματι ἀμύνεται τοὺς διώκοντας· ἢ ὅτι αἱ περικυλινδήσεις μάλιστα βοηθοῦσι αὐτῇ πρὸς τὴν ἀποφυγὴν διασπῶσαι τὸ δίκτυον καὶ ῥηγνύουσαι, ὅθεν πολλάκις περικυλιομένη τοῖς B βρόχοις διαιρεῖ τούτους καὶ τέμνει, εἶτα ῥᾳδίως ἐκκυβιστᾷ καὶ σώζεται. Πολλῶν οὖν αὐτῇ ὄντων ἀμυντηρίων καὶ ἀφορμῶν εἰς διαφυγὴν, τοῖς μάλιστα ἰσχυροτέροις χρῆται, καὶ διολισθαίνει τοῦ βρόχου ὑφ' οὗ κατέχεται.

148. *Quare ursa non arrodit retia quando capitur.*

Lupi et agni aliæque bestiæ arrodunt retia quando illis constrictas se sentiunt. Ursa vero dentes interius in faucibus habens minus illis valet adversus linum, quod labiis propter illorum crassitiem et magnitudinem patitur excidere : aut vero quoniam magis valet anterioribus pedibus, illis laqueos dirumpit, atque adeo retia quoque, et ore defendit se adversus persequentes : aut quia volutationes ursam maxime juvant ut evadere possit, discindendo atque disrumpendo rete, sæpe enim cum eo se circumvolvens id laxat ac refringit, ac deinde facile prosilit atque se tuetur. Itaque cum multa habeat quibus se possit defendere, multaque ad effugiendum auxilia, robustissimis utitur, laqueumque quo tenetur ligata, perrumpit.

ρμβ'. Διατί ἡ τευθὶς φαινομένη, σημεῖον χειμῶνος ἐστί.

Ἡ τευθὶς ἰχθύδιόν ἐστι λεῖον τὴν ἐπιφάνειαν τῆς σαρκὸς, ὅθεν καὶ μαλάκιον ὠνόμασται. Ψιλότατον γὰρ ὂν καὶ μήτε ὀστράκῳ συγκαλυπτόμενον, μήτε δέρματι περιεχόμενον, μήτε λεπίδι σκεπόμενον, μετὰ τῶν μαλακίων τετάχται. Γυμνὸν οὖν παντὶ καὶ ἀσκεπὲς ὂν προαισθάνεται δι' εὐπάθειαν τοῦ χειμῶνος. ὅθεν ἐξάλλεται φεύγουσα τὸ ψύχος καὶ τὴν ἐν βάθει ταραχὴν τῆς θαλάσσης, καὶ εἰς τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ ὕδατος ἀνανήχεται. Ὅταν οὖν τὸ ἰχθύδιον τοῦτο θεάσωνται οἱ θαλαττουργοὶ τῇ θαλάσσῃ νηχόμενον, χειμῶνα τεκμαίρονται, ὥσπερ ὅταν ἴδωσι τὸν πολύποδα τῆς πέτρας περιεχόμενον, ἀνέμων σημεοῦνται φοράν. Ἐγκατέσπειρεν γὰρ ὁ Θεὸς τοῖς ζώοις δυνάμεις προγνωστικὰς, δι' ὧν τὰ σωτήρια διώκουσι καὶ τὰ λυπηρὰ διαφεύγουσι. C

149. *Quare loligo super aquis visa signum sit tempestatis.*

Loligo pisciculus est superficie corporis lævis, unde et μαλάκιον a mollitie appellatur; nudus enim nec munitus, testa, nec cute indutus, nec squama contectus, mollibus accensetur. Nudus itaque et minime tectus adeo cum sit, facile afficitur præsentitque tempestatem, unde prosilit ut frigus et maris turbationem quæ in fundo est effugiat, et in summa aqua pronatat. Quando igitur hunc pisciculum nautæ vel piscatores mari supernatantem vident, tempestatem præsagiunt, uti ventorum imminentium signum est, si polypodem animadverterint petræ adhærentem. Inseminavit enim Deus animalibus facultatem ejusmodi prænotricem, cujus ope profutura prosequuntur, et quæ nocere possunt fugiunt.

ρν'. Διατί τὸν μὲν σῖτον ἐν πηλώδει φυτεύομεν γῇ, τὴν δὲ κριθὴν ἐν καταξήρῳ.

Ὁ σῖτος πικρὸς ὅτι καὶ ξυλώδης, χαύνη δὲ καὶ εὐδιάσηπτος ἡ κριθή. Ὅθεν ἐκεῖνος μὲν μαλαττόμενος καὶ χυλούμενος ὑπὸ τοῦ ὑγροῦ μάλιστα φύεται. Τῇ δὲ κριθῇ διὰ μανότητα σύμφορόν ἐστι τὸ ξηρότερον, ὅθεν πυροφόρος μὲν ἡ πίων καὶ βαθύγεως ἄρουρα, κριθοφόρος δὲ ἡ λεπτόγεως. Διότι τῶν D σπερμάτων τὰ ἰσχυρὰ πλείονος τροφῆς δεῖται, τὰ δὲ ἀσθενῆ λεπτοτέρας καὶ ἐλαφρᾶς. Ἀσθενέστερον δὲ ἡ κριθὴ καὶ μανότερον, ὅθεν οὐ φέρει τὴν πολλὴν τροφὴν καὶ βαρεῖαν, Ἑκάστῳ γὰρ βλαστήματι καὶ ἑκάστῳ φυομένῳ χόρτῳ ἢ σπέρματι κατάλληλον χρὴ τὴν ὑποκειμένην παρασκευάζεσθαι γῆν, ὅπως ᾧ χαίρει ἕκαστον, τούτῳ τρεφόμενον αὔξηται. Χαίρει δὲ τὰ μὲν τοῖς ξηροῖς, τὰ δὲ τοῖς ὑγροῖς, τὰ δὲ τοῖς θερμοῖς.

150. *Quare frumentum in lutoso, hordeum in arido conserimus solo.*

Quoniam frumenti planta amara ac surculosa est, hordei autem laxa et fungosa quæque facile corrumpitur, unde illud ab humido emollitum succoque impletum optime crescit, hordeo autem quia laxiore natura est, magis conducit terra siccior : unde et pinguis ac profundus ager bonum profert frumentum, tenuis hordeum. Semina robusta copiosiore nutrimento indigent, infirmiora tenuiore ac leviore. Est autem hordeum longe infirmius rariusque, unde non fert nutrimentum grave ac multum. Cuivis enim plantæ herbæve nascenti ac semini congruentem terram subjicere atque aptare oportet, ut qua quodlibet gaudet, in hac alatur et adolescat, prout alia sicco, humido alia, alia calido delectautur solo.

ρνα'. Διατί ἡ ἄμπελος οἴνῳ ῥαινομένη μάλιστα τῷ ἐξ αὐτῆς, ἀναξηραίνεται.

Ὅτι ὁ ἄκρατος στυπτικὴν ἔχων φύσιν ἐνδύεται

151. *Quare vitis vino irrigata, maxime quod ipsa edidit, exarescat.*

Quoniam merum vi sua styptica sive contra-

hente insinuat se radicibus, porosque constipando ac condensando non sinit aquam ut planta floreat crescatque, penetrare. Facilius vero imbibit vitis vinum quod ex ipsa profectum est, si illi iterum affundatur. Etsi enim sensu destituitur planta, ac nec appetitu nec phantasia movetur, tamen natura fertur ad succum sibi familiarem, et ab eo facilius constipatur. Cæterum nihil verius, quam multa in physicis esse quæ difficulter explicari et quorum rationes conjecturis non facile attingi possunt, cujusmodi profunda cognitione tantisper dilata, satis nobis esse debet si verisimile aliquid afferatur. Idem aperte profitetur Plato in Timæo, atque ideo Nec ego, inquit, qui loquor, nec vos qui me auditis humani aliquid a nobis alienum putare debemus.

A ταῖς ῥίζαις, καὶ τοὺς πόρους συναγαγὼν καὶ πυκνώσας οὐκ ἐᾷ διιέναι τὸ ὕδωρ, ὥστι τὸ φυτὸν εὐθαλεῖν καὶ βλαστάνειν. Ῥᾷον δὲ ἡ ἄμπελος δέχεται τὸ ἐξ αὐτῆς ἐπιὸν, εἰς αὐτὴν ἐπανιόν. Εἰ γὰρ καὶ ἀναισθητον τὸ φυτὸν, καὶ οὔτε ὁρμῇ οὔτε φαντασίᾳ διοικούμενον, ἀλλὰ φύσει πρὸς τὸν οἰκεῖον χυμὸν τρεπομένη, παρ' αὐτοῦ μᾶλλον ὑπομένει τὴν πύκνωσιν. Εἰσὶν οὖν ὡς ἀληθὲς τὰ πλείω τῶν φυσιολογουμένων δύσφραστα καὶ δυσείκαστα, καὶ δεῖ τὸ μὲν βάθος ἀπογινώσκειν τῆς διαγνώσεως δέχεσθαι δὲ τὸ διδόμενον ἂν ἔχει τὸ πιθανόν. Τοῦτο καὶ Πλάτων ἐν Τιμαίῳ βοᾷ, ὡς Ἐγώ τε ὁ λέγων ὑμεῖς τε οἱ ἀκούοντες φύσιν ἀνθρωπίνην ἔχομεν.

152. *Quare rosæ lætius florent fœtentibus plantis juxta nascentibus.*

Non rosæ solum, sed et lilia et quæcunque suavi odore præstant, juxta nascentibus allio et cœpis fragrantiora fiunt. Siquidem quidquid adhuc in illis supererat acre atque ingratum, natura sua fertur ad illa acerrimi odoris semina, sic ut reliquum deinde sit fragrantissimum amœnissimumque. Sed et ruta sub fico plantata fit quam prius erat acrior, nam quod in fico erat graveolentius, in rutam transfertur. Etiam in ficis prope caprificos plantatis suaviores fici nascuntur, siquidem homogenea ac similis generis quæ sunt, per naturam feruntur ac trahuntur ad similia, quidquid itaque in fico erat acre, in caprificum transit, atque adeo sinceram ei servat dulcedinem.

B ρνβ'. Διατί τὰ ῥόρα μᾶλλον ἀνθεῖ δυσωδῶν τινῶν παραφυομένων αὐτοῖς.

Οὐ τὰ ῥόδα μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ ἴα καὶ πάντα ὅσα ἔχει ἡδεῖαν ἀποφορὰν, ὅταν σκόροδα καὶ κρόμμυα τούτοις παραφύεται, εὐωδέστερα γίνεται. Διότι πᾶν εἴ τι δριμὺ καὶ δύσοδμον ἐν τούτοις ᾖ, ἐν τοῖς δριμυτέροις τῶν σπερμάτων φυσικῶς ἀπορρεῖ, καὶ γίνεται τὸ καταλιμπανόμενον εὐωδέστατον καὶ ὀσφραντικώτατον. Καὶ τὸ πήγανον δὲ ὑπὸ τῇ συκῇ φυτευόμενον δριμύτερον ἑαυτοῦ γίνεται ; μετατίθεται γὰρ εἰς φυτὸν τὸ ἐν τῇ συκῇ βαρύοσμον. Καὶ τῶν συκαῖς δὲ ἀγρίαις παραφυτευομένων συκῶν βελτίω τὰ σῦκα γίνονται· Ὁλκῆς γὰρ ἑκάστῳ καὶ φορᾶς πρὸς τὰ σύμφυλα καὶ ὅμοια γινομένης, ὅσον ἐστὶν ἐν τῇ γλυκαίᾳ συκῇ δριμὺ, εἰς τὴν ἀγρίαν μεταβαίνει συκῆν, καὶ ἄμικτον τὴν τοῦ σύκου διαφυλάττει γλυκύτητα.

153. *Quare aprorum lacrymæ dulces, cervorum sint salsæ.*

Hoc et calore et frigiditate contingit. Cervus enim frigidæ naturæ est, unde et timidus semperque fugiens, nec qui unquam alios persequitur. At aper calida temperatura, unde calor oculis ejus insidens lacrymas coquit et dulces reddit, sed in cervis frigus cum mutare illarum naturam non possit, relinquit salsas crudasque. Nihil sane est in natura quod causam suam non habet, licet multa captum nostrum effugiant. Itaque oportet veriorem causam semper inquirere, tamen contentum esse etiam verisimilibus, quod et Plato in Phædone facere jubet, non ea modo quæ refelli nullo modo possunt amplectens, sed ea quæ difficulter possunt confutari.

C ργ'. Διὰ τίνα αἰτίαν τὸ τῶν ἀγρίων συῶν δάκρυ ἡδὺ, τὸ δὲ τῶν ἐλάφων ἁλμυρόν.

Τοῦτο διὰ θερμότητα καὶ ψυχρότητα γίνεται. Ὁ μὲν γὰρ ἔλαφος ψυχρὸς, ὅθεν καὶ δειλὸς καὶ φεύγων ἀεὶ, διώκων δὲ οὐδέποτε. Ὁ δὲ χοῖρος θερμὸς, ἔνθεν τοι τὸ μὲν θερμὸν τοῖς ὀφθαλμοῖς τῶν συῶν ἐγκαθήμενον πέπτει τούτοις τὸ δάκρυον, καὶ γλυκὺ ἀπεργάζεται. Τὸ δὲ ψυχρὸν μεταβαλεῖν τοῦτο τοῖς ἐλάφοις μὴ ἐξισχύον, ἁλμυρὸν τοῦτο καὶ φαῦλον ἐᾷ. Οὐδὲν γὰρ τῶν πάντων ἀναίτιον, εἰ καὶ πολλὰ τὴν ἡμετέραν διαφεύγει κατάληψιν. Δεῖ δὲ ἀεὶ μὴν τὰς ἀληθεστέρας διωκειν τῶν αἰτίῶν, ἀλλὰ καὶ ταῖς πιθανωτέραις ἀρκεῖσθαι, ἐπεὶ καὶ τοῦτο Πλάτων παρακελεύεται ἐν τῷ διαλόγῳ τῷ Φαίδονι, οὐ τά ἀνέλεγκτα μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ δυσέλεγκτα προσδεχόμενος.

D

154. *Quare silices et plumbi laminæ aquæ impositæ illam frigidiorem reddant.*

Hanc quæstionem Aristoteles in problematis cum instituisset expendere, insolutam reliquit, est enim ex difficillimis. Nimirum vero cum aer extrinsecus allabens aquam reddit frigidam, id magis etiam efficere valet cum in lapides et plumbi laminas impingitur : densitate enim sua excipiunt illud atque in aquam iterum remittunt, ut per totam illam validius frigus pervadat, unde nihil mirum quod silices plumbique laminæ aquæ injectæ illam refri-

ρνδ'. Διὰ τίνα αἰτίαν χάλικες καὶ μολιβδίδες ἐμβαλλόμεναι ψυχρότερον τὸ ὕδωρ ποιοῦσι,

Τοῦτο τὸ ζήτημα ἐν προβλήμασιν Ἀριστοτέλης ἐπιχειρήσας θεωρῆσαι οὐκ ἐπιλύσατο, ἔστι γὰρ ἐν τοῖς μάλιστα δυσθεωρήτοις. Εἰ γὰρ καὶ ὁ ἀὴρ παραψύχει τὸ ὕδωρ ἔξωθεν ἐμπίπτων, οὕτω δὲ μᾶλλον ἰσχύει πρὸς τοὺς λίθους καὶ τὰς μολιβδίδας ἀπερειδόμενος· Στέγουσι γὰρ αὐτὸν τῇ πυκνότητι καὶ ἀνακυκλῶσι εἰς τὸ ὕδωρ, ὥστε δι' ὅλου ἰσχυρὰν γίνεσθαι τὴν περίψυξιν, καινὸν οὐδὲτ ἐὰν τὰ τῶν χαλίκων λιθίδια καὶ αἱ μολιβδίδες ἐμβαλλόμεναι ψυχρὸν

ποιοῦσι τὸ ὕδωρ. Διὸ καὶ χειμῶνος οἱ ποταμοὶ ψυχρότεροι τῆς θαλάττης γίνονται· ἰσχύει γὰρ ἐν αὐτοῖς ὁ ψυχρὸς ἀὴρ ἀνακλώμενος, ἐν δὲ τῇ θαλάσσῃ διὰ βάθος ἐκλύεται πρὸς μηδὲν ἀντερείδων. Ἄλλως τε καὶ ὁ μόλιβδος τῶν φυσει ψυχρῶν ἐστιν, οἵ τε χάλικες τῇ πυκνότητι τὸ ψυχρὸν διὰ βάθος ποιοῦσιν.

A gerant. Similem ob causam hiemis tempore fluvii frigidiores sunt quam mare, aer enim frigidus in illis reflexus prævalet magis quam in mari, ubi propter profunditatem nullum in solidum corpus incidit,sed dissolvitur.Alioqui plumbum etiam natura frigidum est, et silices propter densitatem frigus in imo faciunt.

ρνε'. Διὰ τίνα αἰτίαν ἀχύροις καὶ ἱματίοις ἡ χιὼν διαφυλάττεται.

155. *Quare paleis et vestimentis injectis nix conservatur.*

Θαυμαστὸν δοκεῖ εἰ τὰ θερμότατα ἄχυρον καὶ ἱμάτιον συνεκτικὰ τῶν ψυχροτάτων ἐστίν. Οὐκ ἔχει δὲ οὕτως, ἀλλ' εἰ αὐτὸς παραλογιζόμενος. Οὐ γὰρ φύσει θερμὸν τὸ ἱμάτιον, καὶ γὰρ ὁ χιτὼν ψυχρὸς ἡμῖν προσπίπτει τὸ πρῶτον ἐνδυσαμένοις, εἶτα μέντοι θερμαίνει τῆς ἀφ' ἡμῶν θερμότητος ἐμπιπλάσμενος, καὶ ἅμα περιστέλλων καὶ τὸν ἔξω ἀέρα B τοῦ σώματος. Ὥσπερ οὖν ἡμᾶς θερμαινόμενον θερμαίνει τὸ ἱμάτιον, οὕτω ψυχόμενον τὴν χιόνα περιψύχει. Ψύχεται δὲ ὑπ' ἀφιείσης πνεῦμα λεπτὸν τοῦτο γὰρ συνέχει τὴν πῆξιν αὐτῆς ἐγκατακεκλεισμένον. Ἀπελθόντος δὲ τοῦ πνεύματος ὕδωρ οὖσα ῥεῖ καὶ διατήκεται καὶ ἀπανθεῖ τὸ λευκὸν, ὅπερ ἡ τοῦ πνεύματος πρὸς τὸ ὑγρὸν ἀνάμιξις ἀφρώδης γενομένη παρεῖχε, καὶ τὸ ἄχυρον διὰ κουφότητα μαλακῶς περιπίπτον οὐ θρύπτει τὸν πάγον.

Mirum videri possit quod calidissimæ res ut palea et vestimentum frigidissimas conservant. Sed non ita se habet, verum ipse qui ita judicas falleris. Neque enim natura calidum est vestimentum, nam et tunicam primo nos cum eam induimus frigidam sentimus, deinde demum calefacit, impleta scilicet calore a corpore nostro procedente, et externum acrem ab illo arcens ac repellens. Quemadmodum igitur calefacta vestis nos calefacit, sic frigefacta nives refrigerat.Frigefit autem emisso ab illis tenui spiritu,qui dum a veste inclusus retinetur, eas integras ac compactas conservat.Hic enim sic exspiret et evolaverit, nix in aquas e quibus constat liquefacta diffluet, alboremque suum veluti florem amittet, perinde ut evanescit ac perit spuma quæ spiramine cum aqua permisto nata fuerat. Sed et palea, quoniam perlevis est, molliter nivibus incumbens, consistens ejus gelu non dissolvit, sed integrum relinquit.

ρνς'. Τί ἐστι βούλιμος.

156. *Quid sit bulimos*

Βούλιμος λέγεται ὁ μέγας λιμὸς οἷον πούλιμός τις, τοῦτ' ἔστι πολὺς λιμός. Βουλιμιῶσι δὲ οἱ διὰ χιόνος μάλιστα πολὺ βαδίζοντες· Ιἀσχουσι δὲ τοῦτο D καὶ ἵπποι καὶ ἡμίονοι, καὶ μάλιστα ὅταν ἰσχάδας καὶ μῆλα κομίζωσιν. Ὁ δὲ θαυμασιώτατόν ἐστιν, οὐκ ἀνθρώπους μόνον, ἀλλὰ καὶ κτήνη ἀναῤῥώννυσιν ἄρτος πάντων ἐδωδίμων μάλιστα, ὥστε κἂν ἐλάχιστον ἐὰν φάγωσιν, εὐθὺς ἵστανται καὶ βαδίζουσι, περιψύχεται γὰρ ἰσχυρῶς καὶ πυκνοῦται τὰ σώματα τῶν βαδιζόντων διὰ χιόνος, κἀντεῦθεν τὸ θερμὸν ἔσωθεν ἀντιπεριστάμενον ἀναλίσκει τὴν τροφὴν, εἶτα ἐπιλειποῦσης αὐτῆς ὥσπερ τὸ πῦρ ἀπομαραίνεσθαι. Διὸ πεινῶσι σφόδρα οἱ τοῦτο παθόντες, καὶ βραχὺ παντελῶς ἐμφαγόντες εὐθὺς ἀναλάμπουσιν. Οἱ δὲ τὴν βουλιμίασιν πάθος ἐν στομάχῳ φασὶ διὰ συνδρομὴν θερμοῦ λειποψυχίαν ποιοῦν.

Bulimos vehemens fames est, quasi πούλιμος a πολὺς multus et λιμὸς quod famem significat. Vehementius autem esuriunt qui per nives frequenter iter faciunt,quod et equi sentiunt et muli, maxime quando caricas vel poma portant. Quod vero mirandum maxime est, non homines modo sed et jumenta inter omnes cibos pane maxime confirmantur et vires recipiunt, ac si vel paululum ex eo comederint, erecti iterum stant et progrediuntur. Eorum porro qui per nives iter faciunt, corpora vehementer afficiuntur frigore et constipantur, atque inde calor intrinsecus resistens consumit nutrimentum, quo absumpto una cum calore illa deficiunt ac marcent. Sic itaque affecti esuriunt vehementer, et vel paululum cibi si ceperint, iterum reficiuntur. Sunt et qui acrem hanc famem passionem in stomacho esse aiunt, qui ob calorem illi conjunctum facit, ut deliquium animi homines patiantur.

ρνζ'. Τίς ἡ αἰτία δι' ἣν εὔθρυπτα γίνεται τὰ ἐν τῇ συκῇ κρεμαννύμενα κρέατα.

C 157 (13). *Quare carnes ex fico arbore suspensæ teneriores fiant.*

Τὸ φυτὸν ἡ συκῆ ἁπάντων ἐστὶ ὀπωδέστατον, θερμὸν οὖν πνεῦμα καὶ δριμὺ καὶ τμητικὸν ἀφίησι. Καὶ τοῦτο θρύπτει καὶ πεπαίνει τὴν σάρκα τοῦ ὄρνιθος, ὅθεν τῶν ταύρων ὁ χαλεπώτατος συκῇ προσδε-

Ficus omnium fruticum arborumque maxime succo abundat, itaque spiritum ex se emittit calidum, acrem et incidendi vi præditum. Atque hic subigit ac veluti percoquit avis appensæ carnes, si-

NOTÆ.

(13) Ita in ms., quo usus sum,quæstiones hæ capitibus CLVII distinguuntur, neque tamen pauciora argumenta continent quam codex Allatii divisus in capita CXCIII,ut ex titulis supra (col.524)ascriptis videbis. Itaque ne quis existimaret me minus integrum istud Pselli opusculum dare, in titulo capita CXCIII memoravi, licet pro divisione quam in Lindenbrogiano apographo reperi, non plura sunt capita quam CLVII.

quidem ferocissimus etiam taurus fico alligatus mitior fit contingique se permittit, atque omnino jam veluti languidus factus omittit iram. Hujusmodi igitur spiritus carnibus victimarum vel quibuscunque aliis allabens illas permeat maceratque et teneriores efficit. Itaque etiam dulci e fico grossi crudæ, abundantem illius humiditatem ad se attrahunt atque sic eam meliorem reddunt, quo alludens sacra Scriptura ait (14) : *Ficus extulit grossos suos*, hoc est, anima per purificationem omne inutile tanquam grossum crudum a se emisit atque effudit.

A θεὶς ἡσυχίαν ἄγει καὶ ψαύσεως ἀνέχεται, καὶ ὅλος ἀφίησι τὸν θυμὸν ὥσπερ ἀπομαραινόμενος. Τοῦτο γοῦν τὸ πνεῦμα καὶ τοῖς θύμασιν ἢ ὅλως τοῖς κρέασι προσπίπτον διαιρεῖ τὴν σάρκα καὶ περιθρύπτοι καὶ ψαφαρὰν ἀπεργάζεται, διὰ ταῦτά τοι καὶ πρὸς τῆς γλυκείας συκῆς ἕτερα σῦκα τὰ λεγόμενα ὄλυνθοι τὴν ἄχρηστον ὑγρότητα τοῦ φυτοῦ ἐν ἑαυτοῖς ἔλκοντα, τὴν χρηστοτέραν ἀφίησι. Διὰ ταῦτα φησὶ καὶ ἡ Γραφὴ, Ἡσυκῆ ἐξήνεγκε τοὺς ὀλύνθους αὐτῆς, τυυτέστιν, ψυχὴ διὰ καθάρσεως ἅπαν τὸ ἄχρηστον ὥσπερ ὄλυνθον ἐξήνεγκεν καὶ ἀποχέτευσεν.

NOTÆ.

(14) Cantic. II, 13. Confer quæ de caprifico supra cap. 152.

ΨΕΛΛΟΥ

ΗΡΟΣ ΤΟΝ ΒΑΣΙΛΕΑ ΚΑΙ ΚΥΡΙΟΝ ΜΙΧΑΗΛ ΤΟΝ ΔΟΥΚΑΝ

ΕΠΙΛΥΣΕΙΣ ΣΥΝΤΟΜΟΙ

ΦΥΣΙΚΩΝ ΖΗΤΗΜΑΤΩΝ

—

PSELLI

AD IMPERATOREM DOMINUM MICHAELEM DUCAM

SOLUTIONES BREVES

QUÆSTIONUM NATURALIUM.

—

Græce edidit D. Gottfried Seebode Gothæ 1840 et Wiesbaden 1857, ex apographo quod inter Fabricianas bibliothecæ Academiæ Hauniensis copias asservatur. Præcedent in eo ultima capita ejusdem Pselli Διδασκαλίας παντοδαπῆς quam supra edidimus. In apographi pag. 1 supra titulum hæc verba, licet obscure, leguntur : Quæ sequuntur nondum sunt edita, » ab ipso, ut putat D. Seebode Fabricio annotata. Interpretationem Latinam addidimus. Edit. Pata.

Plutarchus, o imperator divine, maxime, diversas in medium proferens sententias, tantum abest ut veritatem revelet, ut mentem legentium circa veri tramitem in ambiguitatem potius transferat. Quicunque igitur ad rerum cognitionem pervenire voluerit, demonstrative procedere debebit, a sensibilibus inchoando et ad principium omnium ascendendo. Hanc ob causam aliam nos in hocce opusculo viam ingressi, et a fine initium facientes, in primo capite terram rotundam esse ostendemus, demonstrando quod medium universi occupat et quot stadiorum ejus est circuitus ; quanta ac qualis est pars ejusdem quam nos homines incolimus. Deinde dicemus quomodo septem climata distributa sint, et quousque homines habitent ac deinceps quousque in

C Ὁ μὲν Πλούταρχος, ὦ μέγιστε καὶ θειότατε βασιλεῦ, διαφόρους δόξας ἀπαριθμούμενος, καὶ τὴν ἀληθῆ μὴ ἀποδεικνύων καὶ πιστούμενος, συγχέει μᾶλλον τὸν λογισμὸν καὶ ἀπορεῖν παρασκευάζει, ἢ εἰς ἐπίστασιν ἄγει. Τὸν δὲ μέλλοντα ἐπὶ τὴν γνῶσιν ἰέναι τῶν ὄντων δεῖ μετὰ ἀποδείξεως ἕκαστον εὖ γνῶναι, ἀπὸ τῶν αἰσθητῶν ἀρξάμενον, καὶ ὁδῷ προϊόντα ἐπ' αὐτὴν ἀνιέναι τὴν τῶν ὅλων ἀρχήν. Καὶ διὰ τοῦτο ἐν τῷ παρόντι συγγράμματι ἑτέραν ἑτραπόμην [εἰς] τοῦτο ὁδὸν, καὶ πρότερον μὲν ἐκ τῶν ἐσχάτων ἀρχόμενος, ἀποδείξω ἐν τῷ πρώτῳ λόγῳ περὶ τῆς γῆς, ὅτι τυγχάνει σφαιροειδὴς, καὶ ὅτι ἐν μέσῳ κεῖται τοῦ παντὸς, καὶ ὅσων σταδίων ἐστὶν ἡ περίμετρος αὐτῆς, καὶ ὅσον καὶ οἷον μέρος αὐτῆς οἰκοῦμεν οἱ ἄνθρωποι, καὶ πῶς τὰ ἑπτὰ κλί-

ματα διαμερέριστται, καὶ μέχρι τίνος οἰκοῦσιν οἱ ἄνθρωποι, καὶ τί μὲν τὸ πέρας τῆς ἐν τῇ δύσει οἰκήσεως, τί δὲ τὸ ἐν τῷ βορρᾷ, καὶ τί τὸ ἐν τῷ νότῳ· Ἐν δὲ τῷ δευτέρῳ περὶ ὕδατος, καὶ θαλάσσης, καὶ ἀέρος, καὶ πυρὸς, καὶ ἀστραπῶν, καὶ βροντῶν, καὶ κεραυνῶν, καὶ κομητῶν, καὶ ὑετῶν, καὶ χιόνων. καὶ χαλάζης, καὶ τῶν ὁμοίων. Ἐν δὲ τῷ τρίτῳ περὶ τῶν οὐρανίων σωμάτων καὶ φύσεως αὐτῶν, καὶ μεγέθους ἡλίου καὶ σελήνης, καὶ κινήσεως τῶν ἀστέρων. Ἐν δὲ τῷ τετάρτῳ περὶ ὕλης, εἴδους καὶ φύσεως καὶ ψυχῆς καὶ νοῦ. Ἐν δὲ τῷ πέμπτῳ περὶ τῆς πρώτης τῶν ὄντων αἰτίας.

A occidente, quo in septentrione ac in parte australi terra habitetur. In secundo capite de aqua, mari, aëre, igne, fulguribus, tonitru, fulmine, cometis, pluvia, nive, grandine et similibus sermo erit. In tertio deinde circa corpora cœlestia eorumque náturam, circa solis ac lunæ magnitudinem, astrorumque motum disquiremus. In quarto, de materia, de naturæ et animæ mentisque forma tractabimus. Quintum denique de primordiali omnium causa rationem reddet.

α'. Περὶ τοῦ εἶναι τὴν γῆν σφαιροειδῆ.

1. Terram rotundam esse.

Περὶ τοῦ σφαιροειδοῦς σχήματος τῆς γῆς πολλαὶ ἀποδείξεις εἰσί, μάλιστα δὲ, ὅτι ἐπιλάμπει ὁ ἥλιος τοῖς τῆς ἀνατολῆς μέρεσι πρότερον τῶν ἐν τῇ δύσει, καὶ διὰ τοῦτο προλαμβάνει ἀεὶ ἡ ἡμέρα παρά τε τοῖς Σίνοις, καὶ τῇ Περσίδι, καὶ τοῖς ἐκεῖσε ἔθνεσιν. Ὅτε γάρ ἐστι μεσημβρία ἐν τοῖς Σίνοις, ἔστιν ἐνταῦθα πρωΐα, καὶ ὅτε ἐν Περσίδι ἐστὶν ὥρα τετάρτη, ἔστιν ἐνταῦθα πρώτη, καὶ ἀναλόγως τοῦς τῆς ἑω καὶ τῆς δύσεως διαστήματος. Εἰ δέ τις εἴποι καὶ πόθεν δῆλον ὅτι ἔστι τὸ τοιοῦτον, καὶ ὅτι ἐπὶ τοσοῦτον διαφέρουσιν αἱ ὧραι, ὡς ἔν τινι μὲν τόπῳ ἡμέραν εἶναι, ἐν ἑτέρῳ δὲ νύκτα, καὶ τὰς ὥρας προλαμβάνειν καὶ ὑστερεῖν, ἴστω, ὅτι φανερὸν τοῦτο γέγονεν ἐκ τῶν ἡλιακῶν καὶ σεληνιακῶν ἐκλείψεων. Ἐτηρήθη γὰρ, ὅτε γίνεται ἡ ἔκλειψις ἡλίου καθ' ὥραν τετάρτην ἐν τῇ Περσίδι, φαίνεται ἡμῖν ἐνταῦθα, ὡς ἐκεῖσε προλαμβανούσης τῆς ἡμέρας. Τὸ αὐτὸ καὶ ἐπὶ τῶν ὡρῶν τῆς νυκτὸς ἐπὶ τῶν τῆς σελήνης ἐκλείψεων· ἡ γὰρ κυρτότης τοῦ σφαιροειδοῦς σχήματος τῆς γῆς ἀντιφράττει τοῖς δυτικοῖς μέρεσιν, ἕως οὗ ὑψωθῇ καὶ ἐπὶ τούτων ὁ ἥλιος. Εἰ γὰρ μὴ ἡ γῆ σφαιροειδὴς, ἀλλ' ἐπίπεδος καὶ ἐκτεταμένη κατὰ μῆκος, ὅλη ἂν ὁμοῦ ἐφωτίζετο. Ὅτι δὲ κυρτή ἐστιν ἡ ταύτης ἐπιφάνεια, δῆλον ἐκ τούτου· ὅτε γὰρ πλέομεν ἐν πελάγει θαλάσσης, πρῶτον ἡμῖν αἱ ἀκρώρειαι τῶν ὀρῶν φαίνονται· προσεγγίσασι δὲ τῇ γῇ φαίνεται καὶ τὰ κατώτερα· καὶ πλοῖον ἀπὸ γῆς ἰδόντες μηκόθεν ἐν πελάγει, πρῶτον τὰ ἱστία ὁρῶμεν, τῶν λοιπῶν τοῦ πλοίου μερῶν ἀφανῶν ἡμῖν τυγχανόντων· πλησιαζόντων δὲ, καὶ τὰ κάτωθεν μέρη ὑπ' ὄψιν γίνεται· ὅπερ οὐκ ἂν συνέβαινεν, εἰ μὴ κυρτὸν ἦν τὸ σχῆμα τοῦ ὕδατος, τῇ γῇ καὶ αὐτὸ συσφαιρούμενον. Εἰ γὰρ μὴ ἦν τοιοῦτον τὸ σχῆμα τῆς γῆς, πάντες ἂν οἱ ἀστέρες ἐφαίνοντο· νῦν δὲ διὰ τὸ πρὸς βορρᾶν εἶναι τὴν ἡμετέραν οἴκησιν τοὺς μὲν ἀστέρας τοῦ βορείου πόλου ὁρῶμεν, τοὺς δὲ ἐν νότῳ οὐχ ὁρῶμεν. Ἰδοὺ γὰρ ὁ Κάνωβος, μέγιστος ὢν ἀστὴρ, ἐν μὲν τῇ Αἰγύπτῳ φαίνεται, οὐ μόνον οὗτος, ἀλλὰ καὶ οἱ λοιποὶ νοτιώτεροι ἀστέρες· εἰ δὲ ἐν τῷ μέσῳ ἦν, ἀλλ' ἔβλεπε πρὸς τὴν ἀνατολὴν, ἀνίσχοντος, ἂν τοῦ ἡλίου, βραχύτεραι ἐγένοντο αἱ τῶν φωτιζομένων σκιαὶ, πόρρωθεν δὲ μείζονες· ἀλλὰ μὴν καὶ τὰ ἀνατέλλοντα πάντα μείζονα ἐφαίνετο ἐν τῇ ἀνατολῇ, ὡς πλησίον αὐτῆς ἡμῶν ὄντων· δυόμενα δὲ ἐλάττονα· εἰ δὲ πρὸς τὴν

B Plures sunt terræ rotunditatis demonstrationes; quarum gravissima est quod sol orientis partibus lucet prius quam occidentis; quare etiam apud Sinenses et Persas et finitimarum regionum homines maturius lucescit. Quando enim apud Sinas meridies est, hic tempus est matutinum, et dum in Persia quarta hora est, hic prima, et sic secundum orientis atque occidentis distantiam. Quod si quis quæsierit unde appareat hoc ita esse, et cur tanta sit horarum differentia, ita ut hoc in loco dies sit, in illo nox, horæque nunc præcipites nunc tardiores sint, scito, e solis et lunæ eclipsibus hoc patefieri. Compertum habent ejusmodi rerum periti quod solis eclipsis quarta in Perside hora, apud nos prima evenit; quod idem quoad horas nocturnas in lunæ eclipsi accidit. Figuræ etenim terra sphæricæ curvitas regionibus occidentalibus se opponit, donec sol quoque eo usque evehatur. Si enim terra non rotunda, sed plana et longa esset, tota simul illustraretur. Curvam quoque eam esse id testatur quod si in mari navigamus, montium primo cacumina se exhibent; ubi autem ad terram appropinquamus, partes inferiores sensim apparent. Sic etiam quando navim in mari de terra aspicimus, vela primo cernimus dum cæteræ navigii partes oculorum aciem fugiunt. Quando autem appropinquat navis, cæteræ quoque partes sub oculos veniunt. Quod non eveniret, si non esset curva undæ superficies formam sphæræ una cum terra habens. Nisi ea esset terræ forma, omnia astra simul apparerent. Nunc autem cum ad septentrionem incolamus, astra quidem septentrionalis poli aspicimus. Ecce enim C Canopus, astrum maximum, in Ægypto apparet, nec tantum illud, sed et cætera quæ magis ad meridiem sunt, astra. Si vero in medio esset sita, sed ad orientem vergeret, emergente sole, breviores fierent eorum quæ illuminantur umbræ, eorum autem quæ procul sunt, majores. Imo et orientia omnia astra majora in oriente apparerent, quippe cum eis propiores essemus; occidentia autem minora. Si vero ad occidentem vergeret nostra regio, contraria omnino contingerent; si vero ad septentrionem inclinaretur, ad hanc partem extenderentur rerum quæ luce perfunduntur umbræ, et si ad meridiem, similiter. Nunc autem, cum sol

oritur, ad occidentem vergunt umbræ, cum autem occidit, ad orientem.

γοντο ἀεὶ αἱ τῶν φωτιζομένων σκιαὶ, καὶ, εἰ πρὸς μεσημβρίαν, ὁμοίως. Νῦν δὲ, ἀνατέλλοντος τοῦ ἡλίου, ἐπὶ δύσιν ἀποκλίνουσιν αἱ σκιαὶ, δυομένου δὲ, πρὸς ἀνατολήν.

2. *De terræ magnitudine.*

Τὸ δὲ κατ' Ἀρμενίους φθέγγεσθαι Μάρκος μὲν οὐκ ἐσάφησεν (οὐ γὰρ ἐζήτηται παρ' ἡμῶν)· οἶμαι δ' εἶναι τοῦτο καὶ ἐντεῦθεν δῆλον, ὅτι γλῶτταν μὲν ἰδίαν δαιμόνων ἐφευρεῖν οὐκ ἔσται, κἂν Ἑβραϊκήν τις εἴπῃ, κἂν Ἑλληνίδα, κἂν Σύραν, κἄν τιν' ἄλλην βάρβαρον. Τί γὰρ ἔδει φωνῆς τοῖς ἄνευ φωνῆς ὁμιλοῦσιν, ὡς καὶ πρόσθεν εἶπον (17); Ἐπεὶ δὲ, καθάπερ C Quid autem sibi velit, quod Armeniacum sermonem usurpaverit, quanquam id Marcus non explicuit (nec enim ab eo sciscitatus sum), perspicuum tamen hac ratione fiet, sermonem dæmonibus peculiarem inveniri nullum posse, sive Hebraicum eum quis, sive Græcum, sive Syriacum, sive alium quemvis barbarum esse dixerit. Quid enim voce

GAULMINI NOTÆ.

(13) Ἀπιστένωται. Post illud vocabulum addit ista interpres *subterranei vero et lucifugi e diverso se habent* Quæ in codicibus nostris desunt; tamen indubie Pselli sunt, et ideo reponenda. Forte scripserat: Τὸ δὲ ὑποχθόνιον καὶ μισοφαὲς δαιμόνων φῦλον ἐναντίως ἔχει.

(14) Vera causa, quod, inter mactandum aves, angelorum nomina pronuntiabant, nec ferro unquam occidebant, ne latentem, si quis latebat in illis, dæmonem violarent. Botri Persarum regis liber fictus: Σφάζεσθαι γῦπα μετ' ὀξέος καλάμου· ὁ δὲ σφάζων αὐτὸν ἔσται μόνος καὶ παρὰ μηδενὸς θεωρούμενος· καὶ ἵνα λέγῃ τῶν τριῶν ἀγγέλων τὰ ὀνόματα. etc. Magi ultimi sæpe ἀγγέλους ἀρνίθων ὀρνιθομόρφους agnoscunt, quibus τὴν σύνεσιν τῆς τῶν ὀρνίθων φθέγξεως tribuunt. Quod veteres aliter tentabant; vel κυριώτατα μόρια τῶν ζώων καταπιόντες, ut animam exciperent (Porphyr. Περὶ ἀποχ. III, 4; Philostr. I, 20, in *Vita Apoll. Tyan.*; vel certo ex serpentibus cibo (Orph. Περὶ λίθ. de D achate: vel εἴ δράκων τὰ ὦτα ἔνιψεν (Shol. Apoll. lib. α' Ἀργ. de Melampode ex Hesiodo ἐν μεγάλαις ἠοίαις).— Non venit in mentem Xylandro esse poematis nomen, cum verteret in Anton. Liber. Μεταμορφ. [c. 23] *in orientalibus*. — Plura dicemus alio loco.

(15) De dæmonibus ὀνοσκελάσι vide supra not. 6, col. 856. Edit.

(16) Τοῖς γυναικείοις μολυσμοῖς, ita ut non minus purgatione indigeret, qui ad puerperam, quam qui ad mortuum intrasset: Theophr. Περὶ δεισιδ. Opinionis illius vetustatem asserere facile est vel ex Theocriti Schol. (XI, 42); Τηνικαῦτα μὲν τὸ πρῶτον εἰς γυναικὸς τετοκυίας οἶκον καταφυγεῖν (*Hecaten*), ἐκεῖθεν πρὸς ἄνδρας νεκρὸν φέροντας· ὅθεν τὴν μὲν Ἥραν ἀποστῆναι, τὸν δὲ Δία τοὺς Καβείρους κελεῦσαι ἀναλαβόντας καθάραι· ἐκείνους δὲ ἐπὶ τὴν Ἀχερουσίαν λίμνην ἀπαγαγόντας ἁγνίσας· quia ad puerperam et mortuum intraverat.

(17) Supra c. 12.

sit opus iis qui citra vocem colloquuntur, ut antea quoque dixi? Quia vero inter angelos Dei aliis alii præfecti sunt, ita dæmones aliis alii assident, singuli singularum gentium linguis loquuntur; qua etiam de causa eorum alii apud Græcos oracula versibus reddebant heroicis; alii autem apud Chaldæos sermone Chaldaico evocabantur, quemadmodum et apud Ægyptios sermone Ægyptiaco eliciebantur: eodem quoque modo, quæ sunt apud Armenios dæmonia, quamvis alios se forte contulerint, eorum tamen sermone, tanquam vernaculo, et ipsa utuntur.

A ἐν ἀγγέλοις Θεοῦ ἑτέροις ἕτεροι προεστήκασιν (18), οὕτω καὶ δαίμονες ἐν ἔθνεσιν ἄλλοι ἄλλοις συμπαρεδρεύουσιν, ἕκαστοι τὰς ἑκάστων ἐξαιρεθοῦσι γλώττας· ἐφ' ᾧ καὶ τούτοις οἱ μὲν παρ' Ἕλλησιν ἐχρησμῴδουν ἡρωϊκῶς (19), οἱ δὲ παρὰ Χαλδαίοις τὰς κλήσεις εἶχον τῇ Χαλδαίων γλώττῃ· ὥσπερ καὶ παρ' Αἰγυπτίοις τὰς προσεγγίσεις (20) Αἰγυπτίαις ἐποιοῦντο φωναῖς. Καὶ δὴ καὶ τὰ παρ' Ἀρμενίοις δαιμόνια, κἂν ἀλλαχόσε ἀπιόντα τύχῃ, τῇ τούτων γλώττῃ ὥσπερ ἰθαγενεῖ καὶ αὐτὰ προσχρῶνται (21).

CAPUT XXI.

Ferrum dæmonia cur extimescant, imprimisque τὰ πρόσυλα, *hoc est, materiæ affecta, tanquam omnium maxime meticulosa.*

TIMOTH. Sit ita sane, o Thrax; jam cuinam passioni obnoxia, quæso, dæmonia sunt, ut comminationes et gladios pertimescant? Quid enim ab iis se passura putant, ut metu contrahantur, et loco cedant?

B ΤΙΜΟΘΕ. Εἶεν, ὦ Θρᾷξ. Ἀλλὰ τὰς ἀπειλὰς καὶ τὸ ξίφος τί παθόντα δείδιε (22); Τί γὰρ οἰόμενα πείσεσθαι παρ' αὐτῶν, ὑποστέλλεται καὶ ἀφίσταται;

THRAX. Non tibi soli, Timothee, his de rebus addubitare contigit, sed ego etiam antea coram Marco addubitavi, qui dubitationi meæ remedium afferens, omnia quidem dæmoniorum genera mire audacia et timida esse dicebat: in primis autem ea, quæ πρόσυλα, seu materiæ affecta sunt: siquidem aeria, quibus plurima solertia inest, si quis increpuerit, incepantem discernere non norunt, nec alius ab eorum vexatione liberari potest, præterquam is qui sanctitate vitæ Deum colat, tremendumque Dei Verbi nomen divina potentia fretus accinat. Hæc autem, nimirum materiæ affecta dæmonia, verita ne in abyssos meatusque subterraneos relegentur, sibique ab angelis eo relegantibus timentia, cum quis illa eo relegatum iri comminatur, angelorumque nomina exprimit, qui-

ΘΡΑ. Οὐ σοὶ μόνῳ, ὦ Τιμόθεε, περὶ τούτων νῦν ἀπορεῖν ἐπῆλθεν· ἀλλὰ πρότερον κἀμοὶ πρὸς Μάρκον ἠπόρηται. Καὶ ὅς μοι τὸ ἄπορον ἐξιώμενος, πάντα μὲν ἔφη τὰ δαιμόνια φῦλα θράσους καὶ δειλίας ἔμπλεα εἶναι, πλέον δὲ δὴ τῶν ἄλλων τὰ πρόσυλα. Τὰ μὲν γὰρ ἀέρια περίνοιαν κεκτημένα πλείστην, ἂν ἐπιτιμᾷ τις, τὸν γοῦν ἐπιτιμῶντα διακρίνειν οἶδε, καὶ τῶν ἐνοχλουμένων οὐκ ἀπαλλάττεται ἄλλως, εἰ μὴ οὗτος ὅσιός τε εἴη τὰ πρὸς Θεὸν καὶ ὄνομα τοῦ Θεοῦ Λόγου τὸ φρικτὸν ἐπάδοι (23) σὺν C δυνάμει θείᾳ. Ταῦτα δὲ, δηλαδὴ τὰ πρόσυλα, δεδιότα τὴν εἰς τὰς ἀβύσσους καὶ τὴν εἰς τοὺς ὑποχθονίους τόπους ἀποπομπήν, ἔτι τε τοὺς ἀγγέλους τοὺς εἰς αὐτοὺς ἀποπέμποντας, ὁπότε τις ἀπειλοίη τούτοις τὴν εἰς ἐκείνους τοὺς τόπους ἀπαγωγὴν καὶ τὰς τῶν εἰς τοῦτο τεταγμένων ἀγγέλων (24) ἐπιλέ-

GAULMINI NOTÆ.

(18) Menander: Ἅπαντι δαίμων ἀνδρὶ συμπαρίσταται· sed et cuique urbi, provinciæ, κατά ἔθνη καὶ πόλεις. Τὰς τῶν ἀγγέλων προστασίας vocat Clemens Alex. (*Strom.* VI, p. 694) Inde notissimæ numinum in expugnandis urbibus invocationes et illa vetus opinio, Θεοὺς ἀλούσης ἐκφυγεῖν πόλεως λόγος, etc. Inter magos ultimi ævi angeli regionum cardinum mundi. Et viri docti LXXII orbis præsides angelos, et similes alias nugas et cabalisticis deliriis post Carnitof et Recanath Judæus docuerunt.

(19) Ἡρωϊκῶς· sed et iambo sæpe: de Socrate D Aristoph. Schol. (*Nub.* 145); de Laio Æschyli Schol. (*Theb.* 751). Et sexcenta alia.

(20) Interpres: *Eliciebantur ut appropinquarent et in simulacra sibi dicata ingrederentur* Alibi (*ad Vit. Mosis*, p. 203.) explicamus hunc locum.

(21) Inde magicum præceptum: Ὀνόματα βάρβαρα μὴ ἀλλάξῃς. Rationem habent ex pestilenti libro הרזיאל, qui certas nominibus potestates rerum initi ab Deo concessas pertinaciter tuetur, quod impium est. — Cf. infra Pselli scholium ad oraculum quod Gaulminus attulit.

(22) Nicephorus ad Synes. Περὶ ἐνυπν. Sed omnes ab Homero (*Od.* λ', 48).

Αὐτὰρ ἐγὼ ξίφος ὀξὺ ἐρυσσάμενος παρὰ μηροῦ
Ἥμην, οὐδ' εἴων νεκύων ἀμένηνα κάρηνα
Αἵματος ἄσσον ἴμεν.

(23) Ex Judæorum nugis credebant nomen Dei ita posse pronuntiari ut sola pronuntiatione miranda faceret. — Non de nomine Dei Abraham, sed de nomine Christi Psellus intelligendus. Origenes *c. Cels.* III, p. 133: Αὐτὸς ὁ τῶν ὅλων δημιουργός, ἀκολούθως τῇ ἐν τῷ λέγειν τεραστίως πιστικῇ δυνάμει, συνέστησεν αὐτὸν (τὸν Χριστὸν) ὡς τιμῆς ἄξιον, οὐ τοῖς εὐφρονεῖν ἐθέλουσι μόνον ἀνθρώποις, ἀλλὰ καὶ δαίμοσι καὶ ἄλλαις ἀοράτοις δυνάμεσιν, αἵτινες μέχρι τοῦ δεῦρο ἐμφαίνουσιν . . . φοβούμεναι τὸ ὄνομα τοῦ Ἰησοῦ ὡς κρείττονος . . . εἰ γὰρ μὴ θεόθεν ἦν αὐτῷ δοθεῖσα σύστασις, οὐκ ἂν καὶ δαίμονες τῷ ὀνόματι αὐτοῦ ἀπαγγελλομένῳ μόνον εἴκοντες ἀνεχώρουν ἀπὸ τῶν ὑπ' αὐτῶν πολελουμένων. Boiss.

(24) Exemplum ex Enoch. lib. I. Ἀποκρ. Πορεύου, Ῥαφαὴλ, καὶ δῆσον τὸν Ἐξαὴλ, χερσὶ καὶ ποσὶ συμπόδισον αὐτὸν καὶ ἔμβαλλε αὐτὸν εἰς τὸ σκότος· καὶ ἄνοιξον τὴν ἔρημον τὴν οὖσαν ἐν τῇ ἐρήμῳ Δοδουὴλ, καὶ ἐκεῖ πορευθεὶς βάλε αὐτὸν, καὶ ὑπόθες αὐτῷ λίθους ὀξεῖς καὶ λίθους τραχεῖς, καὶ ἐπικάλυψον αὐτῷ σκότος, καὶ οἰκησάτω ἐκεῖ εἰς τὸν αἰῶνα· καὶ τὴν ὄψιν αὐτοῦ πώμασον, καὶ φῶς μὴ

γοι κλήσεις, δέδιε καὶ ταράττεται λίαν. Ὑπ' ἀνοίας γὰρ οὐδὲ τὸν ἀπειλοῦντα δύναται διακρίνειν. Ἀλλὰ κἂν γραῦς τις εἴη, κἂν ἀγέρωχόν τι γερόντιον ταύτας σχεδιάζον τὰς ἀπειλάς, δέος αὐτὰ λαμβάνει καὶ ἀπαλλάττεται πολλάκις, ὡς ταῦτα δυναμένων τῶν ἀπειλούντων εἰς τέλος ἐξενεγκεῖν· οὕτως ἐστὶ περιδεῆ τε καὶ ἀδιάκριτα. Διὸ καὶ ῥᾷστα χειροῦται τοῖς περιττώμασι, λέγω δὴ σιέλοις καὶ ὄνυξι καὶ θριξὶ (25), παρὰ τοῦ μιαροῦ τῶν γοήτων γένους, καὶ μολύβδῳ (26) καὶ κηρῷ (27) καὶ λεπτῇ προσδεθέντα μίτῳ (28) διὰ τῶν ἀθεμίτων ἀφορκισμῶν, πάθη τραγικὰ κατεργάζονται.

A bus id provinciæ demandatum est, dici vix queat, quanto metu quantaque perturbatione concutiantur. Ita enim animo percelluntur, ut ne comminantem quidem, quisnam sit ille discernere valeant. Sed sive anicula quæpiam, sive vetulus vetusque homuncio comminationes hujusmodi expresserit, tunc tantus ea metus invadit, ut plerumque abscedant, ac si ea qui comminantur iidem et internecioni dare possint; usque adeo timida sunt, nec quemquam discernere norunt. Proinde facillime ab impuro illo incantatorum genere excrementitiis cicurantur; salivis, inquam, unguibus et capillis. Quin etiam plumbo, cera, tenuique revincta filo, exsecrandisque illis aphorcismis et abjurationibus tragicas affectiones et turbas excitant.

CAPUT XXII.

De gentibus et cæteris vere serioque dæmonum cultui addictis, deque Marci hujus resipiscentia et ad fidem orthodoxam reditu.

ΤΙΜΟΘ. Τί οὖν τοιούτους ὄντας αὐτοὺς σύ τε καὶ πολλοὶ τῶν ἄλλων ἐσέβεσθε, εἶπον ἐγὼ, δέον τῆς αὐτῶν ἀδρανείας περιφρονεῖν;

B TIMOTH. Cur ergo, si talia sint dæmonia, ea tu et plerique alii venerabamini, cum eorum potius imbecillitas despectui habenda esset?

ΘΡΑΞ. Οὐκ ἐγὼ, ἦ δ' ὅς, ὁ Μάρκος, ἀλλ' οὐδ' ἄλλος, οἶμαι, ὅτῳ καὶ μετρίως μέτεστι νοῦ, τοῖς ἐπαράτοις προσανέχει τούτοις· γόητες δὲ μᾶλλον καὶ ἀποφράδες ἄνδρες ταῦτα μειλίσσονται (29). Ἡμῶν δὲ ὅσοι τῶν ἀθεμίτων ἔργων ἀντείχοντο, θεραπεύοντες ἦμεν μάλιστα τὰ ἀέρια καὶ ταῖς εἰς αὐτὰ θυσίαις ἀπηυχόμεθα παρεισφρῆσαί (30) τι δαιμόνιον ὑποχθόνιον. Εἰ γὰρ ἔτυχέ τι τοιοῦτον παραδυὲν, πρὸς τὸ δεῖμα ἐμποιεῖν, καὶ λίθοις καταλεῦον (31) ἦν. Ἴδιον γὰρ τῶν ὑποχθονίων τοῦτο, καταλεύειν τοὺς προστυχόντας βολαῖς ἀδρανέσι σφόδρα. Διὰ τοῦτο καὶ τὴν ἔντευξιν τούτων ἀποτρεπόμεθα.

THRAX. Marcus ad hæc: Non ego, inquit, neque alius quisquam qui sana sit mente præditus, dæmonum exsecrando cultui nos devovemus, imo vero incantatores et abominandi viri iis adblandiuntur. Ex nobis autem quotquot ab impiis cæremoniis abstinebamus, aeria potissimum dæmonia colebamus, iis etiam sacra facientes precabamur, ne subterraneum quod dæmonium subreperet. Nam si quod hujusmodi forte subrepsisset, quo nos perterrefaceret, saxis etiam impetebat. Solent enim subterranea dæmonia saxis etiam obvios impetere, jactibus mire imbellibus, eaque de causa occursum eorum aversamur.

C

ΤΙΜΟΘ. Ἀλλὰ τί γε, ἔφην, τῆς περὶ τὰ ἀέρια λατρείας ἀπώνασθε;

TIMOTH. Quid autem utilitatis ex aeriorum cultu se percipere dicebat?

ΘΡΑΞ. Οὐδὲν οὐδὲ τούτων, εἶπεν, ὦ γενναῖε,

THRAX. Ne de iis quidem, vir strenue, boni

GAULMINI NOTÆ.

θεορείτω· καὶ ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς κρίσεως ἀπαχθήσεται εἰς τὸν ἐμπυρισμὸν τοῦ πυρός. Magi vocant δυνάμεις καταργούσας δύναμιν ἐκείνου καὶ ἐκείνου δαίμονος· Sæpe *Testam. Salomonis.* Item in Enoch Eod. libro: Καὶ πρὸς τὸν Μιχαὴλ Θεὸς εἶπεν· Πορεύου, Μιχαὴλ, καὶ δῆσον Σεμιξὰν καὶ τοὺς ἄλλους σὺν αὐτῷ. Vide ut Raphael ligat Exaelem et Michael Semixam.

(25) Disputarunt viri pii ac docti. Sed non solum hominum ονυξὶ καὶ θριξὶ ad maleficia illis opus fuit. Sæpe in man. Græculus maleficiis δέρμα περιστερᾶς, τρίχας χοίρου, ζώου λυσσῶντος ἀφρὸν, cætera similia quærit.

(26) Ignorabiliter litteratis laminis plumbeis aut annulis. Sigilla Chaelis, furtilissimus libellus (*vide supra not.* 92) in annulo plumbeo sigillum ponunt, ut obediant omnes ὑποχθόνιοι spiritus.

(27) Nihil notius in maleficio hostili, amatorio, imo in omnibus pene. Hoc non ita notum ceram illam κηρὸν θεᾶς dictam. Euseb. lib. v *De præparat. evang.* ubi τρίχρωμος et σύμβολον Ἑκάτης dicitur. Vide quæ ad illa Theocriti (XI, 18) notavit eruditorum stupor Heynsius *Lect. Theocr.* c. 5.

Ὡς τοῦτον τὸν κηρὸν ἐγὼ σὺν δαίμονι τάκω,

Ὡς τάκοιθ' ὑπ' ἔρωτος ὁ Μύνδιος αὐτίκα Δα- [φνις.

(28) Lucan. VI, 460:

Torti magica vertigine fili

At illos ἀθεμίτους ἀφορκισμοὺς Græculus man. omnes habet.

(29) In commentariis Græcorum ἀποφράδες, αἱ ἀπηγορευμέναι ἡμέραι. διὸ καὶ ἐπιθετικῶς τοὺς πονηροὺς ἐκάλουν At τὸ μελίσσονται corruptum pro μειλίσσονται nemo non videt. Nec argutamur μειλίσσεσθαι quod μειλίχιοι θεοὶ sint οἱ τῶν νεκτέρων in Zozimo (II, c. 6) et Orpheo (*ad Mus.* 30).

(30) Precabantur ne quod subterraneum irreperet Jamblich.; Orph. Περὶ λίθ de achate (*Lith.* 722: Ἀρᾶσθαι δὲ Μεγαιραν ἀπόπροθι παθλάζοντος Σευέμεναι τρίποδος. Si quod irrumperet, Zoroastris præceptum fuit: Θῦε λίθον, μνίζουριν ἐπαυδῶν. *Lapidem sacrifica, inclamans Mnisurim.* Vide quæ interpres ad illum locum (Psellus *in orac. Chald.* infra).

(31) Hujus generis dæmoniorum exempla plura Delrius in *Disquis. magicis.*

quidquam asserebat. Si quidem vel ipsa sese fastum, imposturam vanamque imaginationem insolentius esse jactant, ultroque profitentur. Ab iis enim in eos a quibus coluntur ignei quidam fulgores descendunt (cujusmodi sunt scintillarum quæ διάττοντες a Græcis, stellæque cadentes vulgo dicuntur) excursu substantes, quos quidem fulgores insani Θεοπτιάς, seu Dei apparitiones vocitare audent. Quibus nihil veri, nihil certi, nihil firmi sibique constantis continetur (quid enim lucis in tenebricosis dæmonibus ?), sed quæ sint eorum ludicra cujusmodi videntur in oculorum productionibus, aut in iis quæ miracula vulgo vocantur, quæ idcirco fiunt, ut videntibus illudatur. Quamvis autem hæc misellus ego longe antea deprehendissem, et ab hac religione desciscere meditarer, tamen in hodiernum usque diem præstigiis eorum irretitus atque detentus sum, atque adeo miserrima ego morte occubuissem, nisi tu me veram in viam reduxisses, tanquam fax in pharo, ad discutiendam maris illuc tenebrosi caliginem affulgens. His dictis Marcus in tantas prorupit lacrymas, ut iis genæ utrinque diffluerent. Ego autem eum consolatus, Lugere tibi postea licebit, inquam, nunc vero liberalia festivo ritu celebranda sunt, agendæque Deo gratiæ, cujus beneficio anima tua et mens a perniciosis dæmonibus liberatæ sunt.

A χρηστὸν, ὅτι καὶ τὰ τούτων περιαυτολογία καὶ τύφος, ἀπάτη τε καὶ φαντασία διάκενος. Ἀφικνοῦνται μὲν γὰρ ἀπ' αὐτῶν ἐπὶ τοὺς θρησκεύοντας αὐγαὶ πυρώδεις (32), οἷαι δή τινες αἱ τῶν διαττόντων ὑποδρομαὶ (33), ἃς θεοπτίας οἱ μεμηνότες ἀξιοῦσι καλεῖν, οὐδὲν ἐχούσας ἀληθὲς, οὐδ' ἑστηκὸς οὐδὲ βέβαιον· (τί γὰρ ἐν δαίμοσιν ἐζοφωμένοις οὖσι φωτοειδές ;) ἀλλὰ παίγνια τούτων οὔσας, οἷα τὰ ἐν ταῖς τῶν ὀμμάτων παραγωγαῖς (34), ἢ τὰ περὶ τῶν καλουμένων θαυματοποιῶν ἐπ' ἐξαπάτῃ τῶν ὁρώντων γινόμενα. Καὶ ταῦθ' ὁ δειλαῖος ἐγὼ πρὸ πολλοῦ φωράσας, καὶ τούτου μελετῶν ἀποστήσεσθαι τοῦ θρησκεύματος, ὅμως ἕως τοῦδε κατειχόμην γοητευθείς, καί μοι σῶος ὅλεθρος (35) ἦν ἄν, εἰ μὴ σύ μοι τῆς ἀληθοῦς ἐξηγήσω τρίβου, καθάπερ πυρσὸς ἐπὶ θαλαττίας σκοτομήνης ἀναφανείς. Ταῦτ' εἰπὼν, ὁ B Μάρκος δάκρυσι τὰς παρειὰς κατῆνιζεν (36). Ἐγὼ δὲ αὐτὸν ἀνακτώμενος, Πενθεῖν μὲν ἐξέσται σοι καὶ μετέπειτα, ἔφην· νῦν δὲ ὥρα πανηγυρίζειν σοι τὰ σωτήρια (37), καὶ Θεῷ χάριν εἰδέναι παρ' οὗ καὶ ψυχὴ καὶ νοῦς ὀλεθρίων ἀπαλλάττεται.

—

CAPUT XXIII.

Quomodo dæmones percutiantur, deque dæmoniaci a solido corpore differentia.

TIMOTH. Jam hoc tu mihi discendi percupido edissere, numnam dæmonum corpora percuti possint ?

THRAX. Ita percutiuntur, quemadmodum Marcus astruebat, ut etiam certo ictu in cutem inflicto indoleant. Qui vero fieri hoc potest, inquam, cum sint spiritus, non autem solida compositaque corpora, quibus sensus suus et peculiaris est ? Ad hæc ille, Miror, inquit, hæc ignorari, non os in quovis homine, neque nervum, id esse quod sentit, sed spiritum iis insitum. Proinde quantumvis prematur nervus, aut refrigeretur, aut aliud hujusmodi patiatur, dolorem ex spiritus in spiritum immissione oboriri. Nec enim fieri posse, ut compositum corpus per se doleat, sed quia spiritus particeps est : quandoquidem in frusta dissectum vel mortuum sensu prorsus caret, quia spiritu privatum ; itidem et dæmonem, cum totus sit spi-

ΤΙΜΟΘ. Τοῦτο δέ μοι μαθεῖν βουλομένῳ φράσον εἰ τὰ δαιμόνια σώματα οἷά τέ ἐστι πλήττεσθαι.

C ΘΡΑΞ. Πλήττεται, ὁ Μάρκος εἶπεν, ὡς καὶ ὀδυνᾶσθαι στερεᾶς ἐπενεχθείσης ἐν χρῷ. Ἀλλὰ πῶς, ἔφην, πνεύματα ὄντα, καὶ μηδὲ στερεὰ μηδὲ σύνθετα ; καί τοι τῶν συνθέτων ἡ αἴσθησις. Καὶ ὅς, Θαυμάζω, εἶπεν, ὅτι σοι τοῦτο ἠγνόηται, τὸ μηδ' ἐπὶ τινοσοῦν μῦν ἢ νεῦρον εἶναι τὸ αἰσθανόμενον, ἀλλὰ τὸ ἐν τούτοις ἐνυπάρχον πνεῦμα. Διὸ κἂν θλίβηται τὸ νεῦρον, κἂν ψύχηται, κἂν ἄλλο ὁποῖον δή τι πάθῃ, τοῦ πνεύματος εἰς τὸ πνεῦμα πεμπομένου τὴν ὀδύνην εἶναι· καθ' ἑαυτὸ γὰρ οὐκ ἂν ὀδυνῷτο τὸ σύνθετον, ἀλλὰ τὸ μετέχον τοῦ πνεύματος· ἐπεὶ παραλελυμένον ἢ νεκρωθὲν ἀνεπαίσθητόν ἐστι, τοῦ πνεύματος γυμνωθέν. Καὶ τὸ δαιμόνιον ἄρα, πνεῦμα δι' ὅλου ὂν κατὰ φύσιν αἰσθητικὸν, κατὰ πᾶν ἑαυτοῦ μέρος ἀμέσως ὁρᾷ τε καὶ ἀκούει καὶ τὰ τῆς ἀφῆς ὑπομένει

GAULMINI NOTÆ.

(32) Αὐγαὶ πυρώδεις. Optime Jamblichus de illis.

(33) Non intelligo illa, αἱ τῶν διὰ τούτων ὑποδρομαί. Indubie corruptus est locus. Lego αἱ τῶν διαττόντων ὑποδρομαί. Οἱ διάττοντες vel διαθέοντες ἀστέρες, ut vocat Nicephor. Blemmyd. c. 12 φυσικ. notissimi sunt. Nemo nisi τυφλὸς τόν τε νοῦν τά τ' ὄμματα, dubitavit.

(34) Παίγνια καὶ κυβείαν magicas præstigias dici vir solide doctus pridem est cum annotavit. Cæterum αἱ τῶν ὀμμάτων παραγωγαὶ oculorum fascinationes sunt. Nam *productiones*, ut κατὰ πόδα rediderat interpres, nemo probet, nisi de optica ad hunc locum disputando. — Morellianum *productiones* nullæ de optica disputationes nitide probarunt. Sunt ὀμμάτων παραγωγαὶ allucinationes variæ, quæ, læso nervo ipso optico, quod rarissimum, vel vitiato humore crystallini, quod frequentissimum nec periculosum est, nebulas tenues, spissiores quoque, ac filamentorum nexus, et globulorum tractus, muscarum volitantium imagunculas, cernentibus objiciunt. Boissonade.

(35) Σῶος ὅλ. Loquendi elegans formula, de qua dicemus alio loco.

(36) Ἐλαίῳ καταιονᾷν, μέλιτι, ὕδατι, etc.

(37) Eustath. man. lib. xi, καθ' ὑσμ. καὶ ὑσμιν. Eumath. xi, init. : Παιανίζειν ἐπινίκια καὶ ἐλευθέρια πανηγυρίζειν καὶ σωτήρια κροτεῖν.

πάθη, καὶ διαιρούμενον ὀδυνᾶται, κατὰ τῶν σωμάτων τὰ στερεά· ταύτῃ τούτων διενεγκόν, ὅτι τὰ μὲν ἄλλα τῶν διαιρεθέντων μόλις ἢ οὐδαμῶς οὐλοῦται, τὸ δὲ διαιρούμενον εὐθὺς συμφύεται αὖ, καθάπερ ἀέρος ἢ καὶ ὕδατος μόρια, μεταξύ τινος ἐμπίπτοντος στερεοῦ. Ἀλλ' εἰ καὶ θᾶττον ἢ λόγος (38) τουτὶ τὸ πνεῦμα συμφύεται, πλὴν ἀνίαται κατ' αὐτό τὸ γίνεσθαι τὴν διαίρεσιν. Διὸ καὶ τὰς ἀκμὰς τῶν σιδηρίων δέδοικε καὶ παφόβηται. Καὶ τοῦτ' εἰδότες οἱ τοὺς ἀποτροπιασμοὺς τεχναζόμενοι, βελόνας ἢ μαχαίρας (39), ᾗ ἂν μὴ προσπελάζειν ἐθέλωσι, κατ' ἀρθὰς ἱστῶσι, καὶ ἄλλ' ἄττα ἐπιτηδεύουσιν, ἢ ταῖς ἀντιπαθείαις ἐκτροπιάζοντες, ἢ ταῖς συμπαθείαις μειλίσσοντες (40).

A ritus, ex sui natura sensus omnibus in membris suis particeps, immediate videt et audit, affectionibus ex tactu conflatis obnoxius, dissectus indolet, solidorum corporum instar; hæc ab illis ratione differens, quod cum cætera quæ dissecantur, vix, vel nullo potius modo consolidentur, dæmonium contra dissectum statim coit et redintegratur : quemadmodum particulæ aeris, vel aquæ, solidi cujuspiam corporis interjectu divisæ et discriminatæ coalescunt. Tametsi autem spiritus hic vel dicto citius in pristinam formam redeat, eo tamen momento dolet quo dissectio fit. Proinde gladiorum mucrones timet et expavescit. Cujus quidem rei non ignari dæmonum adjuratores, qui nihil intactum relinquunt, ut eos amoliantur et aspellant, quocunque eos accedere velle præsenticunt, ibi acus aut gladios cuspidibus erectis infigunt, aut alia quæpiam hujusmodi excogitant et comminiscuntur, dum vel contrariis affectionibus et qualitatibus eos effugant, vel mutuis rerum cognationibus et consensibus alliciunt.

Ταῦτα περὶ τούτων, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, πιθανῶς ἐξηγεῖτο ὁ Μάρκος.

Hæc sunt, quæ dæmonibus probabiliter, ut mihi quidem videtur, Marcus exposuit.

CAPUT XXIV.

Ex variis προγνώσεως, *hoc est prænotionis, modis, quinam dæmonibus competat propriusque sit.*

ΤΙΜΟΘ. Ἔφη δέ σοι καὶ τοῦτο, ὦ Θρᾷξ, ἐπίπρόγνωσιν τὸ δαιμόνιον ἔχει γένος ;

B TIMOTH. Hocne tibi etiam, mi Thrax edisseruit Marcus ille, numnam rerum prænotionem habeant dæmones annon ?

ΘΡΑΞ. Πρόγνωσιν μὲν εἶπεν ἔχειν, πλὴν οὔτε τὴν αἰτιώδη καὶ νοεράν, οὔτε τὴν ἐπιστημονικήν, τὴν συμβολικὴν δὲ μόνον (41)· διὸ καὶ διαπίπτειν ὡς τὰ πολλά· μάλιστα δὲ τὴν πρόγνωσιν ἰσχνὴν τοὺς προσύλους ἔχειν, ἀμέλει καὶ ἀληθεύειν ὡς ἥκιστα ἢ ὡς ἐλάχιστα (42).

THRAX. Prænotionem quidem habere dixit, quæ tamen neque causalis et intellectualis, nec scientifica sit, sed conjecturalis duntaxat : proinde ut plurimum evanida et caduca. In primis autem prosylos, hoc est, materiæ affectos dæmonas tenui admodum exiguaque prognosi præditos esse : unde nimirum fiat, ut quam minime vel quam rarissime vere dicant.

ΤΙΜΟΘ. Ἔνεστιν οὖν καὶ περὶ τῆς ἐν αὐτοῖς προγνώσεως διελεῖν.

TIMOTH. Licetne tibi de eorum quoque prognosi pertractare ?

ΘΑΔΞ. Διεῖλον ἄν, εἴ μοι λέγειν ὁ καιρὸς παρεῖχεν· νῦν δὲ, ἀλλ' ὥρα οἴκαδε ἀπιέναι. Καὶ γὰρ ὁρᾷς ὡς ὁ περὶ ἡμᾶς ἀὴρ συννεφὴς ἐστι καὶ ὠδίνων ὄμβρον. Κίνδυνος οὖν ἐστιν ὑπαιθρίους ἐνθαδὶ παρακαθημένους διαβραχήσεσθαι.

THRAX. Libens quidem pertractarem, si dicendi occasio se mihi libera offerret. At nunc tempus C est abeundi domum. Vides enim quemadmodum nobis circumfusus aer nubilus imbrem parturiat, Quare cautio nobis est, ne si diutius hic sub dio consideamus, pluvia tandem perfundamur et immadescamus.

ΤΙΜΟΘ. Οἷον, ὦ ἑταῖρε, ποιεῖς, ἐκκρεμῆ τὸν λόγον ἔτι καταλιπών (43) ;

TIMOTH. Vide quid agas, charissime amice, qui suspensum sermonem nostrum relinquas.

GAULMINI NOTÆ.

(38) Adagium λόγου τάχιον · sed et νοῦ τάχιον, quod extulit Claudian.

Quantum...
Non leve sollicitæ discurrit mentis acumen.

(39) Diximus de illo ritu. Sed et ταῖς βελόναις καὶ μαχαιριδίοις γράφειν in pluribus maleficiis alius ritus est. Græculus : Ταῦτα δὲ ῥήματα γράφε ἐν ὀστράκῳ μετὰ βελόνης χρυσῆς, καὶ ταῦτα θυμιῶν λέγε. Et alibi : Μετὰ μαχαιριδίου χαλκοῦ.

(40) Ut in νεκυομαντείᾳ terrent ense : ecce τὴν ἀντιπάθειαν : alliciunt sanguine et melle ; ecce τὴν συμπάθειαν. Nihil notius.

(41) Vult dæmonas habere πρόγνωσιν συμβολικήν. Ita Athanasius (*Vita Anton.* § 33) μᾶλλον στοχαστὰς ἢ προγνώστας esse concludit. In Deo γνῶσιν, πρόγνωσιν, ἐπίγνωσιν, ὁρισμὸν, προορισμὸν Damascius distinguit contra Mamchæos.

(42) Vide quæ Zoroastris interpres (*Psellus infra*) ad illa, Θύε λίθον, μνίζουριν ἐπαυδῶν Præter Jamblichum *De myst.*, magi ultimi ævi idem perhibent ; sed cogi posse ut verum dicant nugantur.

(43) Inde conjectare licet verum forsan esse quod Gesner. (*Biblioth.* p. 609) scriptum reliquit, Psellum duos de dæmonibus libros scripsisse. Quod si verum est, certe nec interpretes Morollum et Ficinum legisse illos apparet, etsi de Ficino quis dubitet, ideo maxime, quod in excerptis e Psello, quæ cum excerptis pariter ex Jamblicho,

THRAX. Ne tibi, quæso, dulcissime, grave molestumve hoc sit; Deo enim juvante, si unquam tecum una eumdem in locum conveniamus, quidquid huicce disputationi nostræ deesse tibi videtur, id copiose ac liberaliter supra Syracusanorum decimas repensabimus.

A ΘΡΑΞ. Μὴ ἄχθου, φίλτατε ἀνδρῶν· θεοῦ γὰρ παρέχοντος, εἴ ποτέ σοι συνενεχθείημεν, ὃν ἂν τῷ λόγῳ ἐνδεῖ, φιλοτίμως ὑπὲρ τὰς Συρακουσίων (44) δεκάτας καταθησόμεθα.

GAULMINI NOTÆ.

Proclo et Porphyrio, edita sunt, aliqua ultimo capite afferat, quæ desumpta ex secundo illo, si quis est, libro videri possunt. — Quæ Ficinus habet ex libello sequente desumpta sunt, quem ipse nunc primus edo, sed qui, cum nihil, nisi verbulum (num. 6) de præscientia dæmonum contineat, non ille est qui Timothei quæstioni queat respondere. BOISSONADE.

(44) Vaticana Appendix proverbiorum : Δήμων Συρακουσίους εὐδαιμονήσαντάς φησι ψηφίσασθαι τὴν δεκάτην τῶν ὑπαρχόντων ἀποδίδοσθαι εἰς ἐπισκευὴν ναῶν τε καὶ ἀναθημάτων καί ἱερείων· πολλοῦ γε χρήμστος συναχθέντος, εἰς παροιμίαν ἐλθεῖν. Adi Strabon. lib. VI Γεωγρ. Atque hæc sunt quæ ad Pselli dialogum Περὶ ἐνεργείας δαιμόνων properantes singulis diebus pro penso operarum scripsimus. Tu, qui stilum et mentem dirigis, Deus, dux fuisti erisque. Tu ab illis, de quibus disserui, quosque me sentio dicere, æternum serva, conserva, defende.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΨΕΛΛΟΥ

TINA

ΠΕΡΙ ΔΑΙΜΟΝΩΝ ΔΟΞΑΖΟΥΣΙΝ ΕΛΛΗΝΕΣ

—

EJUSDEM PSELLI

QUÆNAM SUNT GRÆCORUM OPINIONES DE DÆMONIBUS.

—

1. Nostra quidem doctrina voluntatem angelis tribuens eosque ad meliorem inclinationem vergentes indicans, non tamen eos perjoris incapaces credens, inde ab angelico ordine cecidisse dæmones demonstrat et pro cujusque merito et ordine ruinam subiisse. Græcorum vero doctrina talem inclinationem naturis corpore carentibus abnuens, post mundum angelicum dæmonum ordines esse supponit. Et alios quidem esse intelligentes dicit, alios mente et ratione constare, alios ratione tantum; alii vero una cum ratione irrationale quoque sortiti sunt; ultimos vero ex dæmonibus et irrationale solum projicit, quos materiales et pœnas infligentes nominat. Mundum inter illos dividit ita ut per illos calorem et aerem vitalem accipiat. Et aliis quidem ignem, aliis aerem, aliis aquam, aliis terram subjicit; quosdam vero climatum præsides facit, et alios corporum tutores et materiæ custodes. Invadere autem eos dicunt animas notras, non propter quoddam in nos odium aut malam voluntatem, sed ut eas ob admissa peccata puniant. Addunt cos ad materiam animas trahere, non illis nocendi causa, sed ut earum turpitudo per suam cum materia relationem figuretur. Iram autem et impudentiam illis tribuunt, ut leopardis et leonibus, eosque corporibus vinciunt levibus, aeriis et minus duris,

B α'. Ὁ μὲν ἡμέτερος λόγος προαιρέσεις καὶ τοῖς ἀγγέλοις διδοὺς, καὶ πρὸς τὴν κρείττονα μὲν τούτους ἀπευθύνων ῥοπὴν, μὴ μέντοι γε καὶ τῆς χείρονος ἀνεπιδέκτους οἰόμενος, ἐνταῦθεν ἐκπεσεῖν τοὺς δαίμονας τῆς ἀγγελικῆς τάξεως ἀποφαίνεται, καὶ, κακὰ τὸ μέτρον τῆς ἑκάστου ἀξίας ἢ τάξεως, τὴν πτῶσιν ὑπομεμενηκέναι. Ὁ δὲ ἑλληνικὸς, ἀναιρῶν τὴν τοιαύτην ῥοπὴν ἐπὶ τῶν ἀπολελυμένων τοῦ σώματος φύσεων, μετὰ τὸν ἀγγελικὸν διάκοσμον τὰς δαιμονίας τάξεις ὑφίστησι. Καὶ τὰς μὲν αὐτῶν νοερὰς τίθεναι, τὰς δὲ κατὰ νοῦν ἢ λόγον οὐσιῶσθαι, τὰς δὲ κατὰ λόγον μόνως· ταῖς δὲ πρὸς τῷ λόγῳ συγκατακληροῖ καὶ τὸ ἄλογον· τοὺς δὲ ἐσχάτους τῶν δαιμόνων εἰς ἀλογίαν μόνην ἀποῤῥίπτει, οὓς δὴ καὶ ὑλαίους καὶ ποιναίους κατονομάζει. Ἐπιδιαιρεῖ δὲ αὐτοῖς τὴν κτίσιν, ἵνα παρ' ἐκείνων C ζωπυρῆται καὶ ἐμπνέηται· καὶ τοῖς μὲν τὸ πῦρ, τοῖς δὲ τὸν ἀέρα, τοῖς δὲ τὸ ὕδωρ, τοῖς δὲ τὴν γῆν ὑποτιθησιν· ἐνίους δὲ καὶ κλιματάρχας ποιεῖται, καὶ σωμάτων ἑτέρους προστάτας καὶ ὕλης φύλακας. Ἐμπίπτειν δὲ τούτους φασὶ ταῖς ἡμετέραις ψυχαῖς οὐ διὰ μισανθρωπίαν τε καὶ δυσμένειαν, ἀλλ' ὡς κολαστὰς ὧν ἡμαρτήκασι· καὶ κατασπᾷν πρὸς τὴν ὕλην, οὐ λογισμὸν ἔχοντας ταύτας κακοῦν, ἀλλ' ἵνα τὸ αἶσχος ἐκείνων μορφοῖτο διὰ τῆς τούτων πρὸς αὐτὴν σχέσεως. Τὸν δὲ θυμὸν τούτοις καὶ τὴν

ἀναίδειαν κατὰ φύσιν διδόασιν, ὡς ταῖς παρδάλεσι καὶ τοῖς λέουσι, καὶ σώμασι δὴ τούτους ἐνδεσμοῦσι λεπτοῖς καὶ ἀερίοις καὶ ἔλαττον ἀντιτύποις, οὐ περιφερέσι μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπιμήκεσιν, ἔλαττον μὲν φωτὸς, πλέον δὲ τοῦ γεώδους σκότους μετέχουσι. Τὴν δὲ γνῶσιν αὐτοῖς καὶ τῶν μελλόντων τὴν πρόγνωσιν ἐκ τῶν περὶ τοὺς ἀστέρας σχημάτων. Ταῦτα δὲ Πορφύριοί φασι καὶ Ἰάμβλιχοι.

A non tantum orbicularibus, sed et longioribus, nonnihil luminis habentes, plus tamen terrestrium tenebrarum. Cognitionem vero et futurorum præscientiam illis inesse attestantur ex multis quidem præsertim vero ex astrorum figuris.

β'. Ἔθυον δὲ τοῖς αἰθερίοις μὲν τὰ λευκὰ ἢ πυρρὰ τῶν ζώων, διά τε τὸ αἰθέριον χρῶμα καὶ τὴν καθαρότητα τῆς ἐκείνων φύσεως, ὑψοῦ τὸν κριὸν ἢ τὴν ἔριφον λαιμοτομοῦντες, ὡς καὶ Ὅμηρος, « Αὖ ἔρυσαν μὲν πρῶτα, » φησὶ, « καὶ ἔσφαξαν « καὶ ἔδειραν. » Τοῖς ἀερίοις δὲ ποικίλα προσῆγον καὶ τοῖς χρώμασι σύμμικτα· τοῖς δέ γε ὑποχθονίοις ἐζωοθύτουν ἀντίχροα, καὶ κάτω τὴν κεφαλὴν τοῦ θύματος ἕλκοντες, οὕτω τοὺς αὐχενίους ἀπέτεμνον τένοντας· τοῖς δέ γε μέσοις πλαγιάζοντες τὰ θυόμενα, ἐδειροτόμουν τὰς κεφαλάς· εἶτα δὲ, τὰς γαστέρας αὐτῶν ἀνασχίζοντες, τὴν καρδίαν πρῶτον κατέτεμνον, καὶ τὸν μὲν ὑμένα ταύτης θεοῖς πατρῴοις ἀπέθυον· τῶν δέ γε κοιλιῶν τὴν μὲν δεξιὰν ἀνατέλλοντι τῷ ἡλίῳ κατέθυον, τὴν δὲ εὐώνυμον δύνοντι, τὸν δὲ βόθυνον ἄρτι μεσουρανήσαντι. Οὕτω δὲ καὶ τοῦ ἥπατος ἀποδιελόντες τὸν ὑμένα ἡρέμα, ὃς ὑπὸ τοῦ περιτοναίου τῷ σπλάγχνῳ ἐπίκειται, τῆς μὲν κεφαλῆς τοῖς ὑπερκοσμίοις κατήρχοντο, τοὺς δὲ λοβοὺς τοῖς πέντε πλάνησιν ἀπεδίδοσαν· τὸ δέ γε νέκρωμα Ἅιδῃ καὶ Περσεφόνῃ κατέθυον. Εἶτα δὴ τῶν θυομένων περιειργάζοντο τὰ πτώματα, εἰ ἐπὶ τὰ δεξιὰ πίπτοιεν, ἢ ἐπὶ τὰ λαιά· κἀκεῖθεν μὲν δεξιὰ ἑαυτοῖς ἐμαντεύοντο, οὕτω δὲ ἐπαριστερᾶ. Ἐμέτρουν δὲ καὶ τὸν τοῦ σπαραγμοῦ μετὰ τὴν θυσίαν καιρόν· καὶ, εἰ μὲν αὐτίκα τὰ θύματα ἀποπνεύσειε, ταχείας ἑαυτοῖς τὰς τελευτὰς περὶ ὧν προσήεσαν ἐμαντεύοντο· εἰ δ' οὔ, ἀποτεταμένας καὶ πράγματα ἐχούσας. Οὐ πᾶσι δὲ πάντα ἐτέλουν, ἀλλὰ τοῖς οἰκείοις τῆς ληφθείσης θυσίας. Καὶ νηφαλέοις μὲν ἐδρυτόμουν καὶ ἐκεῖθεν ἀνῆπτον πυράς· Βάκχαις δὲ καὶ Διονύσῳ κληματίσιν ἀνέκαιον τὴν πυρκαϊάν· καὶ πάντα τούτοις οἰνόσπονδα· ὁ δὲ λιβανωτὸς καὶ ἡ σμύρνα, ὁ κρόκος τε καὶ ἡ ῥητίνη διεμερίζοντο τοῖς ἐφ' ἑκάστης θυσίας θεοῖς.

B 2. Immolabant æthereis alba et fulva animalia propter æthereum colorem naturæque eorum puritatem, alte arietem et hœdum jugulantes, ut Homerus dicit: « Porro immolabant prius, et jugulabant et discerpebant. » Aeriis autem varia offerebant et coloribus commiscua; infernis vera opposito colore animalia offerentes, et ad terram victimæ caput trahentes ei cervicem abscindebant, deinde eorum ventrem discerpebant; ac primo cor dissecabant cujus tegumentum diis patriis offerebant. Ventriculorum vero dextrum orienti soli immolabant, sinistrum autem occidenti, fossamque eidem soli medium jam cœlum attingenti. Postquam vero a jecore tegumentum lente separaverant, quod sub perotinæo visceribus subjacet, cjus quidem caput iis qui supra mundum sunt offerebant, lobos autem quinque planetis reddebant; cadaverque Plutoni et Proserpinæ sacrificabant. Observabant deinde utrum victimarum cadavera ad dextram vel ad sinistram caderent. Atque in de sibi conjiciebant fausta vel infausta. Metiebantur etiam convulsionis post immolationem tempus; et si quidem statim victima exspiraret, celerem sibi eorum quæ inierant finem conjiciebant; si minus, tardiorem et difficiliorem. Non omnibus omnia hæc perficiebant, sed tantum iis ad quos de assumpta victima pertinebat; et sobriis quidem quercus scindebant et inde pyras accendebant; bacchantibus et Dionyso rogum sarmentis incendebant; et omnia illis vino spargebantur. Thus vero et myrrha crocus et resina diis distribuebantur ad quos de singulis sacrificiis pertinebat.

γ'. Τὰ δέ γε μυστήρια τούτων, οἷα αὐτίκα τὰ Ἐλευσίνια, τὸν μυθικὸν ὑποκρίνεται Δία μιγνύμενον τῇ Δηοῖ, ἤγουν τῇ Δήμητρι, καὶ τῇ θυγατρὶ ταύτης Περσεφάττῃ, τῇ καὶ Κόρῃ. Ἐπειδὴ δὲ ἔμελλον καὶ ἀφροδίσιοι ἐπὶ τῇ μυήσει γίνεσθαι συμπλοκαὶ, ἀναδύεταί πως ἡ Ἀφροδίτη ἀπό τινων πεπλασμένων μηδέων πελάγιος. Εἶτα δὲ γαμήλιος λέγεται ἐπὶ τῇ Κόρῃ ὑμέναιος, καὶ ἐπᾴδουσιν οἱ τελούμενοι· « Ἐκ τυμπάνου ἔφαγον, ἐκ κυμβάλων ἔπιον, ἐκίρνο« φόρησα, ὑπὸ τὸν παστὸν εἰσέδυν. » Ὑποκρίνεται δὲ καὶ τὰς τῆς Δηοῦς ὠδῖνας. Ἱκετηρίαι γοῦν αὐτίκα Δηοῦς καὶ χολῆς πόσις καὶ καρδιαλγίαι. Ἐφ' οἷς καί τι τραγοσκελὲς μίμημα παθαινόμενον περὶ τοῖς διδύμοις, ὅτιπερ ὁ Ζεὺς, δίκας ἀποτινὺς τῆς βίας τῇ Δήμητρι, τράγου ὄρχεις ἀποτεμὼν, τῷ κόλπῳ τούτης κατέθετο ὥσπερ δὴ καὶ ἑαυτοῦ. Ἐπὶ πᾶσιν αἱ τοῦ Διονύσου τιμαὶ καὶ ἡ κίστις καὶ τὰ πολυόμφαλα πόπανα, καὶ οἱ τῷ Σαβαζίῳ τελούμενοι

3. Eorum autem mysteria, ut Eleusinia, mythicum simulant Jovem cum Cerere sive Demetre et ejus filia Proserpina, quæ et Virgo nuncupatur, consuescentem. Quoniam autem ad initiationem fieri debebant venerei complexus, effugit in altum mare Venus ex quodam conficto apparatu. Deinde D nuptialis dicitur cantus in Proserpinæ honorem et canunt initiati: « Ex tympano comedi, ex cymbalis bibi, ἐκιρνοφόρησα, in atrium ingressus sum. » Simulant etiam Cereris partum: statim Cereris supplicationes et fellis potus et cordis dolores. Post fiebat capripedis imitamentum vehementer de testiculis affecti, eo quod Jupiter Cereri illatæ violentiæ jus solvens capri testiculos abscissos ejus sinui imposuit ut et suo. In honorem Dionysi impendebantur præsertim cista et multos umbones habentia popana, et Sabazio initiati et stipem matri deorum quærentes,

Bacchæ et Mimallones, et quidam resonans lebes Thesprotius et Dodonæum ahenum; et Corybas alius et Cures alter, dæmonum imitamenta. Post Baubo crura detegens et femineum inguen; sic enim pudorem nominant dedecore affecti; et sic in turpitudine mysterium dissolvunt.

4. Incantamentum autem ars est vanis circa materiales et terrestres dæmones imaginationibus indulgens, et eorum inspectoribus umbras tum ex inferis adducens tum ex alto deducens easque noxias. Et quædam corporea phantasmata eas contemplantibus supponit. Et aliis quidem fluxus aliquos inde fluctuantes mittit, aliis vero vinculorum solutionem et delicias et gratias annuntiat. Has autem potentias evocat carminibus repetitis.

5. Magna autem Græcis videbatur multam vim habere. Eam ultimam medicinalis scientiæ partem esse dicunt. Investigans enim omnium sublunarium substantiarum et naturam et qualitatem, elementorum nempe eorumque partium, animalium quorumlibet, plantarum earumque fructuum, lapidum, herbarum, et uno verbo omnium rerum substantiam et potentiam, inde sua operatur. Oblectamenta proponit sanitatem efficientia, speciesque diversissimas producit, et alia medicamenta morbum efficientia. Aquilæ et dracones efficax illis erant ad sanitatem sumptio; feles autem et canes et corvi vigiliæ symbola. Cera vero et lutum in membrorum conflictionem adhibebantur. Apparere etiam facit ignis cœlestis editionem. Et sponte subridentstatuæ et subito igne lampades accenduntur. Complectitur quoque totam astronomiam et multa per eam et potest et perficit.

6. Omen, ut istud nomen indicat, est malorum dæmonum invocatio. Fit autem cum sol ad meridiem recenter versus est, diem minuens, noctem vero adaugens. Opinantur enim Græci nullum materialium dæmonum solis radios bono animo habere. Inde nobis noctu insidias struunt, die insidiari non valentes. Quando igitur lumen magis septentrionale est, sua operari nequeunt, et quando ad meridiem vertitur et fit quasi demissior apud nos aer, tunc suos impetus et, ut ita dicam circuitus suæ malitiæ manifestant et invocati invocantibus obediunt. Et nunc quidem mysteria auspicantes nesciunt invocationis carmen; utinam nunquam scierint! Ignes vero quodam circulo describentes ex flamma exsiliunt. Erat illud antiquæ bacchationis, ne dicam furoris pars. Dicebant enim Græci tunc manifeste cum invocantibus descendentes potentias conversari, cum supra caput aer nebulosus esset et crassam haberet substantiam. Circulus vero vim habet retinendi. Invocatus autem dæmon, tanquam circumscriptus videtur et continetur, quantum

καὶ οἱ μητριάζοντες, Κλώδωνές τε καὶ Μιμαλλόνες, καί τις ἠχῶν λέβης Θεσπρώτειος, καὶ Δωδωναῖον χαλκεῖον· καὶ Κορύβας ἄλλος, καὶ Κούρης ἕτερος, δαιμόνων μιμήματα. Ἐφ' οἷς ἡ Βαυβὼ τοὺς μηροὺς ἀνασυραμένη, καὶ ὁ γυναικεῖος κτείς· οὕτω γὰρ ὀνομάζουσι τὴν αἰδῶ αἰσχυνόμενοι. Καὶ οὕτως ἐν αἰσχρῷ τὴν τελετὴν καταλύουσιν.

δ'. Ἡ γοητεία δέ ἐστι τέχνη τις περὶ τοὺς ἐνύλους καὶ χθονίους δαίμονας φαντασιοσκοποῦσα τοῖς ἐπόπταις τὰ τούτων εἴδωλα καὶ τοὺς μὲν ὥσπερ ἐξ ᾅδου ἀνάγουσα, τοὺς δὲ ὑψόθεν κατάγουσα, καὶ τούτους κατωτικούς. Καὶ εἰδωλικὰ ἄττα ὑφίστησι φαντάσματα τοῖς θεωροῖς τῶν τοιούτων. Καὶ τοῖς μὲτ ῥεύματά τινα ἐκεῖθεν κυμαίνοντα ἐπαφίησι· τοῖς δὲ δεσμῶν ἀνέσεις καὶ τρυφὰς καὶ χάριτας ἐπαγγέλλεται. Ἐπάγεται δὲ τὰς τοιαύτας δυνάμεις καὶ ᾄσμασι καὶ ἐπᾴσμασιν.

ε'. Ἡ δέ γε μαγεία πολυδύναμόν τι χρῆμα τοῖς Ἕλλησιν ἔδοξε. Μερίδα γοῦν εἶναι ταύτην φασὶν ἐσχάτην τῆς ἰερατικῆς ἐπιστήμης. Ἀνιχνεύουσα γὰρ τῶν ὑπὸ τὴν σελήνην πάντων τήν τε οὐσίαν καὶ φύσιν καὶ δύναμιν καὶ ποιότητα, λέγω δὲ στοιχείων καὶ τῶν τούτων μερῶν, ζώων τε παντοδαπῶν, φυτῶν καὶ τῶν ἐντεῦθεν καρπῶν, λίθων, βοτανῶν, καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, παντὸς πράγματος ὑπόστασίν τε καὶ δύναμιν, ἐντεῦθεν ἄρα τὰ ἑαυτῆς ἐργάζεται. Ἀγάλματά τε ὑφίστησιν ὑγείας περιποιητικὰ, καὶ σχήματα ποιεῖται παντοδαπὰ, καὶ νοσοποιὰ δημιουργήματα ἕτερα. Καὶ ἀετοὶ μὲν καὶ δράκοντες βιώσιμος αὐτοῖς πρὸς ὑγείαν ὑπόθεσις· αἴλουροι δὲ καὶ κύνες καὶ κόρακες ἀγρυπνητικὰ σύμβολα. Κηρὸς δὲ καὶ πηλὸς εἰς τὰς τῶν μορίων συμπλάσεις παραλαμβάνονται. Φαντάζει δὲ πολλάκις καὶ πυρὸς οὐρανίου ἐκδόσεις. Καὶ διαμειδιᾷ μὲν ἐφ' ἑαυτῶν ἀγάλματα, πυρὶ δὲ αὐτομάτῳ λαμπάδες ἀνάπτονται. Περιέζωσται δὲ καὶ τὴν ἀστρονομίαν σύμπασαν, καὶ πολλὰ διὰ ταύτης καὶ δύναται καὶ ἀποτελεῖ.

ς'. Κληδὼν δέ ἐστι δαιμόνων πονηρῶν, ὡς καὶ αὐτὸ δηλοῖ τοὔνομα πρόσκλησις. Τελεῖται δὲ ἄρτι τρεπομένου πρὸς νότον ἡλίου, καὶ μειοῦντος μὲν ἡμέραν, τὴν νύκτα δὲ αὐξάνοντος. Ἑλληνικῆς γὰρ ἐστι δόξης τὸ μηδένα τῶν ἐνύλων δαιμόνων θαῤῥεῖν τὰς τοῦ ἡλίου αὐγάς. Ἔνθεν τοι καὶ νυκτιλοχοῦσιν ἡμῖν, λοχᾷν ἡμέρας μὴ ἐξισχύοντες. Τοῦ τοίνυν φωστῆρος βορειοτέρου τυγχάνοντος, μὴ πάνυ τι δυνάμενοι τὰ ἑαυτῶν ἐνεργεῖν, ὁπηνίκα πρὸς νότον τραπῇ καὶ οἱονεὶ κατηφέστατος ὁ περὶ ἡμᾶς γίνεται ἀὴρ, τηνικαῦτα προεξάλματά τινα καὶ, οὕτως εἰπεῖν, προκυλινδήματα τῆς σφῶν κακίας ἐμφαίνουσι, καὶ κικλούμενοι τοῖς κλήτορσιν ὑπακούουσιν. Ἀλλ' οἵ γε νῦν τῆς τελετῆς προεξάρχοντες τὴν μὲν τῆς κλήσεως οὐκ ἴσασιν ἐπῳδὴν, μηδὲ εἰδοῖέν ποτε· πυρὰ δὲ πολλὰ κύκλῳ τινὶ περιγράφοντες ἐξάλονται τῆς φλογός. Ἦν δὲ καὶ τοῦτο τῆς παλαιᾶς βρακχείας, ἵνα μὴ λέγω μανίας μερίς. Ἔφασαν γὰρ Ἕλληνες, ὁμιχλώδους τοῦ ὑπὲρ κεφαλὴν ἀέρος τυγχάνοντος καὶ παχεῖαν τὴν σύστασιν ἔχοντος, τὰς κατιούσας δυνάμεις εἰλικρινῶς τοῖς κικλοῦσιν ὁμιλεῖν· ὁ δέ γε κύκλος κατοχῆς ἔχει δύναμιν. Ὁ γὰρ προσκε-

κλημένος δαίμων, οἱονεί πως περιγραφόμενος, περιγραπτός τε δοκεῖ καὶ κατέχεται ἐς ὅσον ἡ γνώμη τοῦ κλήτορος βούλεται. Τῆς δὲ τοιαύτης τροπῆς τοῦ ἡλίου, μᾶλλον δὲ τῆς ἐν τοιαύτῃ τῶν δαιμόνων κακώσεως ὑποσημαίνειν τι καὶ τὴν θάλασσαν οἴονται· ὑφαρπάζειν γὰρ ἀεὶ τῶν ἐπινηχομένων τινὰς, οὐχ ὡς τοῦ ὕδατος ἐπάγοντος τὴν φθοράν, ἀλλ' ὡς τῶν ἐν τούτῳ δαιμόνων ἐνεργούντων τὴν κάκωσιν. Ὥσπερ δὲ ἀερομαντεία τίς ἐστι καὶ φυλλομαντεία, οὕτω δὴ καὶ λεκανομαντεία τοῖς περιττοῖς τὴν σοφίαν Ἀσσυρίοις κατῳκονόμηται ὑπὸ λεκάνης ὑποκειμένης καὶ μαντικοῦ πεπληρωμένης ὕδατος, τὸ πρὸς τὰ κοῖλα τῶν δαιμόνων ἐπιῤῥεπὲς τῷ οἰκείῳ χαρακτηριζούσης σχήματι. Τὸ δέ γε ἐπιχυθὲν αὐτῇ ὕδωρ ἀδιάφορον μέν ἐστι κατὰ τὴν οὐσίαν πρὸς τὰ ὁμογενῆ ὕδατα· ἀλλ' ἥ γε ἐπ' αὐτῷ τελετὴ καὶ τὰ ἐπῴσματα ἐπιτήδειον πρὸς ὑποδοχὴν τοῦ χρῶντος ἐργάζονται πνεύματος. Τοῦτο δὲ δαιμόνιόν ἐστι γεῶδες καὶ μερικόν· καὶ, ἐπειδὰν ἐμπέσῃ τῷ ὕδατι, πρῶτον μὲν ἦχόν τινα ἄσημον τοῖς περιεστηκόσι κατὰ τὴν ὑποδοχὴν ἐμποιεῖ, ἔπειτα δὲ ἐπικείμενον τῷ ὕδατι ἀμυδρούς τινας φθόγγους τῆς τοῦ μέλλοντος ὑποφοιτῆ προγνώσεως. Ἔστι δὲ πάντη πλάνον τὸ τοιοῦτον πνεῦμα, ὅτι τῆς ὑλικῆς ἐστι τάξεως, καὶ ἐξεπίτηδες τὸ γένος τοῦτο τὸν ἀμυδρὸν ἦχον ἐπιτηδεύονται, ἵνα διὰ τὴν ἀσάφειαν τῆς φωνῆς τὸν τοῦ ψεύδους ἀποδιδράσκωσιν ἔλεγχον.

vult invocantis mens. Hoc quoque solis solstitio, putant mare dæmonum qui in eo sunt malitiam magis subindicare; tunc enim abripit nonnullos natantium, non quod aqua prædam abducat, sed quod dæmones aquam incolentes suam impendant malitiam. Quemadmodum est divinatio ex aere et foliis, ita et ex pelvi divinatio adhibetur ab Assyriis maxime sapientia egregiis; pelvi utuntur subjacente et prophetica aqua plena quæ propria forma dæmonum ad cava propensionem insignit. Quæ in eam infunditur aqua nihil quoad substantiam ab aqua simplici differt; sed quod super eam efficitur mysterium incantationesque quod necessarium est operantur ut divinans spiritus adducatur. Illud autem dæmonium est terrestre et particulare. Et postquam in aquam incidit, primo quidem quamdam confusam vocem astantibus suo adventu emittit; deinde vero aquæ insidens quosdam tenues sonos futurorum prædictionis leniter strepit. Est autem omnino errans hic spiritus, quia ordinis materialis est, et consulto illud genus vocem tenuem curat emittendam ut per vocis obscuritatem mendacii crimen effugiat.

ζ'. Περὶ δὲ τοῦ πρακτικοῦ τῆς ἀπορῥήτου παρὰ Χαλδαίοις συνθήκης ἥντινα δύναμιν εἶχε τοῦτό σοι ἐπὶ κεφαλαίων ἐπιτεμοῦμεν. Πρῶτον μὲν θυσία τούτοις ἀγνεύουσα παρεσκεύαστο, ἀρώματά τε καὶ βοτάναι, καὶ λίθοι, κρόκος τε καὶ μυρσίνη καὶ δάφνη, μυστικῶς περικαθαιρόμενα. Χῶρός τε τούτοις περιεγράφετο φυτευομένοις καὶ βοθρευομένοις. Ἐφ' οἷς ὁ τὴν συνθήκην ποιούμενος, δεινός τις ὢν ἀνὴρ τὰ γοητικὰ, καὶ ὀνομάσας τὸ πρᾶγμα ἐφ' ᾧ τὴν θυσίαν πεποίηται, ὑστεραίας αὖθις εἰς τὸν τῆς τελετῆς παρεγίνετο τόπον. Καὶ ἀναχωννύων τάς τε τῶν φυτῶν βάσεις καὶ τὰς ἀφαγνισθείσας ὕλας, καὶ τῇ λαιᾷ ταῦτα ἀναλαμβάνων χειρὶ, ἀθρόα πάντα καὶ ἐξαπιναίως, δυνάμεις τινὰς ἀνεκαλεῖτο κρυφίους. Αἱ δὲ ἦσαν ὁ τῆς ληφθείσης θυσίας καθηγεμὼν, οἱ τῶν ὅλων κύριοι, ὁ τῆς ἡμέρας προστάτης, ὁ χρονοάρχης, ὁ τετράρχης δαίμων.

7. Quam vim autem habuerit secretum apud Chaldæos pactum, nunc tibi summatim redigam. Primo quidem hostiam puram adhibebant, aromata et plantas et lapides, crocum et myrrham et laurum, mystice purificata. Spatium quoddam circa ea plantata et obruta describebatur. Deinde qui pactum faciebat, peritus quidam incantamenti homo, postquam nominaverat rem propter quam hostiam offerebat, postridie in mysterii loco aderat. Et exaggerans plantarum bases et consecratam materiam, sinistraque manu eas accipiens, omnes confestim et subito, potentias quasdam occultas invocabat. Illæ autem potentiæ erant victimæ duæ, materiæ domini, temporis princeps, tetrarcha dæmon.

Ἀρκεῖ ταῦτα καὶ γλώττῃ κεκαθαρμένῃ καὶ ἀκοῇ σώφρονι.

Hæc linguæ mundatæ et auri sapienti sufficiunt.

PSELLUS

DE

LAPIDUM VIRTUTIBUS

CUM NOTIS PHIL. JAC. MAUSSACI ET JOAN. STEPHANI BERNARDI.

(Lugduni Batavorum, apud Philippum Bonk. MDCCXLV, in-8.)

—

Viro nobilissimo ac eruditissimo Arthuro Freeman S. D. P. J. Steph. Bernardus.

Ut te eligere non dubitaverim, vir nobilissime, cujus nomini librum hunc inscriberem, facit, tum singularis tuus erga me amor, quo me semper es prosecutus, et stabilis ac firma, quæ inter nos intercessit familiaritas; tum etiam mirus tuus ac rarus omnino in litteras politiores impetus, ut hocce meæ in te observantiæ testimonium tibi haud ingratum fore, non vane colligam. Inhumanus prorsus viderer si ullam unquam occasionem præterlabi sinerem, qua tibi gratum animum declarare possem, imprimis cum opusculo huic tenui ac levidensi non parum splendoris ex dotibus tuis egregiis concilietur. Hilari idcirco, quæso, fronte Psellum hunc excipe, quod mihi quodam modo dolorem istum leniet, quem persentisco, ubi brevi me ista voluptate privatum iri recordor, quam ex doctissimis tuis ac mira suavitate conditis sermocinationibus percipio. Summopere vero te rogo, ut eumdem amorem, quem mihi præsenti testatus es, etiam absenti servare velis; ego vero non patiar, ut quidquam de amicitia nostra imminutum esse videatur. Vale.

Scribebam Lugduni Batav. pridie Kalend. Junii MDCCXLV.

—

Viro clarissimo Gilberto Gaulmino quæstori Molinensi Phil. Jac. Maussacus S. D.

En tibi, Gaulmine vir præstantissime, Psellum tuum, quem nuper nomini tuo, dum una Lutetiæ versaremur dicandum destinaveram. Tum illum dico non tam quod tibi ex pollicitatione debeatur, quam quia nemo melius te dignitatem ejus et excellentiam novit, quod, etsi laudum virtutumque tuarum perpetuus præco non essem, probarent tamen satis breves illæ eruditæque notæ, quas paucis diebus et omnes amici tui sciunt effutiisti potius quam meditatus es in obscurissimum ejusdem auctoris de dæmonum operatione libellum. Poterat hunc quidem amicitia nostra non πρόσκαιρος jure sibi vindicare : sed eruditio tua non vulgaris, et ingenium extra omnium ingeniorum aleam positum extorquere valuit ab invito. Est hic auctor, ut non te latet; Platonicus insignis, et qui ex professo non tantum Platonem imitatur eloquendo, sed philosophando. Latuit autem hactenus iste liber de lapidum virtutibus, qui, ne quid assentationis gratia videar dixisse, excellentissimus est, et inter præcipuos ejus labores ac fetus meretur præcipuum nancisci locum. Eum mei gratia Jacobus Sirmundus e societate Jesu, vir mihi amicissimus, et his litteris, quæ nos humanos faciunt, non leviter tinctus, e veteri quodam codice descripsit, et descriptum liberaliter communicavit, sed adeo scatebat mendis ille codex, ut ipsa soricina nænia esset confossior : tantis enim repletum hoc exemplar confusionibus inveni, ut quamvis de lapidibus longe inter se diversis agat auctor, tamen quia aliquando quæ sibi contraria erant in unum coaluerant, nullæ plane contrarietatis notæ apparerent. Magnum est fateor, ab erroribus qui veterum libros obsident, eos purgare et liberare, sed confusiones quibus mens auctoris obscuratur, ordo et series operis turbatur, similiaque monstra domare, majus illud opus est. Quod tu probe nosti, mi Gaulmine, qui in istis adeo es τριβωνευόμενος, ut e paucissimis qui in hoc senio litterarum idem dolium versant, non verear te principem constituere, licet eam ætatem adhuc non attigeris, qua majores dicimur. Tanto enim ingenii acumine polles, ut quæ alii assecuturos se vix audent sibi polliceri multorum annorum curriculo, te brevissimo spatio, ipso temporis puncto et momento ea non solum attingas, sed et longe majora et difficiliora. Omnes hodie qui litteris operam, ut decet, navant, et humanitatem quam pauci noverunt colunt, vel ad plurium linguarum cognitionem pervenire gestiunt, ut omne genus auctorum bonæ notæ familiare sibi reddere queant, et historiam ab ovo, ut dicitur, usque ad mala, qui ultimus studiosi et sapientis hominis scopus esse debet, perfectissime tenere, vel scientias consectantur, philosophiam dico, theologiam, medicinam, vel mathematicas disciplinas, aut juris artem. Eorum qui in scientiarum cognitione immorantur bona pars,

linguas, sine quibus frustra cupimus scire, ignorat et bonis ac humanioribus litteris est destituta, ita ut id hominum genus imitari et eorum vestigia premere, hoc sit semper velle cæcutire et cum barbarie luctari. Reliquorum, quorum pusillus est numerus, bona enim mente pauci præditi sunt in litteris, quæ hodierna est nostri sæculi supinitas, unam te novi, Gaulmine, qui plures linguas calleas, et earum cognitioni sedulo quotidie incumbas. Mirata est olim Athenæi ætas aurea et cultissima homines διγλώττους· vide amabo te quid nostra ferrea factura sit, quæ virum non δίγλωττον duntaxat, sed πεντάγλωττον habet, quem priori illi sæculo opponat. De te loquor, Gaulmine, quem omnes qui te de facie noverunt, sciunt Arabismi scientissimum, Hebraismi, Turcismi, de linguis enim Græca et Latina quid attinet loqui? cum in eis tantos profectus jam feceris, ut pauci qui tecum possint comparari in earum cognitione supersint, qui te superet nemo. Novit hoc probe pridem senatus Parisiensis a quo cum præfecturam tuam ambiebas, tantis oneratus es laudibus, ut in magistratuum numerum contra quam vetant hujus imperii leges, te sine probatione cooptaverit. Nulla autem earum linguarum Orientalium est, καὶ τοῦτο θαυμαστότατον, quam intra paucos menses perdiscere non possis, dummodo fido liceat uti tibi præceptore, tam tenaci memoria gaudes, tanta discendi et litteras tractandi cupidine. Faxit Deus qui nos et nostra omnia temperat, ut Nestoreos ad rei litterariæ incrementum superes annos, et tarda sit illa dies, quæ te nobis eripiet. Vale, mi Gaulmine, vive in æternum, et pignus istud amicitiæ in te nostræ certissimum accipe. Tutare nos ab invidorum linguis, et tumultuarium huncce laborem nostrum limatissimo ingenio tuo excole, perfice atque adorna curis tuis : quæ enim nos dum procedebant operæ scripsimus, emendationem potius auctoris et interpretationem spectant, quam illustrationem. Iterum vale.

Ex musæo nostro. Tolosæ Kalend. Septembris. Anno MDCXV.

—

Lectori benevolo S. D. J. Steph. Bernardus.

De Pselli nostri vita ejusque scriptis, non est quod quidquam memorem, benevole lector, cum illa quæ huc spectant abunde cognosci queant ex Leonis Allatii viri doctissimi Diatribe de Psellis, a cele berrimo Joanne Alb. Fabricio iterum edita tom. V *Bibliothecæ Græcæ*. Breviter tantum recensebo illa quæ de hoc de lapidum virtutibus libello monenda habeo; tum etiam quid ipse ad novam hanc editionem contulerim, exponam. Primus hunc libellum in lucem emisit Claudius Ancantherus, ut testatur Lindenius *De scriptis Med.*, p. m. 546. *Nomenclator Gemmarum, quæ magis in usu sunt, cum earumdem medicinis, nunquam antehac, quod sciri adhuc potuerit editus, Claudio Ancanthero medico et Cæsareo historico ex Græco. Accesserunt ejusdem Ancantheri in hunc libellum notæ breves non infructuosæ. Typis Otthomarianis*, 1594, in-8. Prodiit deinceps una cum Plutarcho *De fluminibus* cura Philippi Jacobi Maussaci, qui primus eum Græce edidit, addita versione et notis, Tolosæ, 1615. in-8. Transtulit quoque hunc Pselli libellum in Latinum et Italicum sermonem anatomicus dexterrimus Adrianus Spigelius quod refert Leo Allatius in Diatribe cap. 47, p. 31. *Ejusdem Libellum*, de Lapidum virtutibus *Philippus Jacobus Maussacus primus vulgavit, Latine vertit et emendavit editus est Tolosæ Græce et Latine anno* 1615, 8. *Verum libellum hunc ante Maussacum Latine et Italice redditum ab Adriano Spigelio philosopho et medico, et gymnasii Patavini anatomico, apud liberalem Cremam philosophum ac medicum Tarvisinum præstantissimum conservari ad hunc diem, epistola sua mihi, utriusque amicissimus, Jacobus Philippus Thomasinus significavit. Libelli item meminit Casaubonus in Ælii Spartiani Antoninum Caracallam notis. Et Justus Rycquius in Epist. Centuria nova Epist.* 29, *in Saregica bibliotheca inter alia opuscula manuscripta illum se vidisse refert.* Hæc Leo Allatius loc. cit. Nunquam vero, quod sciam, Spigelii versio lucem aspexit. Ex apographo Jacobi Sirmondi se hunc librum vulgasse fatetur Maussacus in epistola dedicatoria ad Gilbertum Gaulminum. Cæterum an Psellus et quisnam iste fuerit, an vero alius hujus libelli auctor statuendus sit, disquirit Leo Allatius loc. cit., cap. 10, p. 8.

Meditanti vero mihi denuo hunc libellum vulgare, sola sese mihi obtulit editio Maussaci, quæ Græcum textum sisteret, quam sola proinde sequi debui; neque etiam cl. Ancantheri versionem oculis lustrare licuit, quamvis id valde optassem, imprimis cum Maussacus usus sit codice lacero admodum ac mutilo, quæ res viro eruditissimo imposuit, ut mire quædam loca explicuerit. Quamvis autem nihil præter Maussaci editionem ad manus esset, quod mihi fuisset adjumento; sperabam tamen fore ut maculas si non omnes, saltim plurimas eluerem, si scriptores, qui eodem argumento occupati fuerunt, consulerem atque conferrem, quod quantum mihi profuerit tu, Lector, judicabis. In notis studui potissimum nævos abstergere, qui sensui verborum ac auctoris menti officerent, ac ubi id non prorsus ἀπροσδιόνυσον videbatur, aliis quoque auctoribus aliquam lucem affundere sategi. Tu vero B. L. conatus hosce boni consule; sic ad plura tentanda animus mihi adjicietur. Vale.

—

ΤΟΥ ΣΟΦΩΤΑΤΟΥ ΨΕΛΛΟΥ

ΚΑΙ ΥΗΕΡΤΙΜΟΥ

ΠΕΡΙ ΛΙΘΩΝ ΔΥΝΑΜΕΩΝ.

—

SAPIENTISSIMI ET EXCELLENTISSIMI

PSELLI

DE LAPIDUM VIRTUTIBUS LIBELLUS.

(Interprete Philippo Jacobo Maussaco.)

—

Virtutum quæ lapidibus insunt causas tibi redditurum me vix ausim mihi polliceri : nec hac in parte imitabor insolentiam et temeritatem Dogmaticorum, licet possim multa et facunde et copiose de quolibet dicere. Lapidum autem qui nobis cogniti sunt, et quas maxime in illis amamus virtutes aperiam tibi, ut in tempore ipsis utaris, et aliquid utilitatis ex eis accipias, utque lapides nobis incognitos deseras, onocardium scilicet, olcadem, spongitem, leimouiatem, lincurium, triglitem, triophthalmum, socondium, scringitem, schistum, et quotquot hujusmodi sunt, quorum nomina sola tenemus, in eos vero nunquam incidimus. Incipiam igitur ab his qui nobis magis noti sunt.

Adamas statim occurrit, qui vitreum et splendidum habet colorem, solidusque et fractu difficilis. Febres semitertianas suspensus aut alligatus restinguit.

Æmatites in vocatur, quod aqua irriguus san-

A Αἰτιολογήσασθαι μέν σοι τὰς ἐν τοῖς λίθοις δυνάμεις οὐκ ἂν τολμήσαιμι, οὐδὲ μιμήσομαι, κατὰ τοῦτο τὸ μέρος τῶν Δογματικῶν (1) τὴν προπέτειαν δυνάμενος ἀφ' ἑκάστου πολλὰ εὐρεσιλογεῖν. Ἑκάστης δὲ τῶν διεγνωσμένων ἡμῖν λίθων, καὶ ἃς μάλιστα ἀγαπῶμεν οἱ ἄνθρωποι τὰς ἐνούσας δυνάμεις ἀνακαλύψω σοι, ἵνα ἐν καιροῖς αὐτοῖς χρῷο, καὶ τινα ὠφέλειαν καρπίζοιο παρ' αὐτῶν, καὶ ἵνα τὰς ἀγνώστους ἡμῖν λίθους ἐάσω τὸν ὀνοκάρδιον, καὶ τὴν ὁλκάδα, καὶ τὸν σποργίτην (2), τόν τε λειμωνιάτην (3), καὶ τὸν λιγγούριον (4), τόν τε τριγλίτην, καὶ τὸν τριόφθαλμον (5), καὶ τὸν σοκόνδιον (6) καὶ σκριγγίτην (7), καὶ τὸν σχιστὸν (8), καὶ ὅσοι τοιοῦτοι, ὧν τὰ ὀνόματα μόνον ἴσμεν, οὐ μέντοι γε αὐτοῖς ἐντυγχάνομεν · ἀπὸ τῶν γνωριμοτέρων ἡμῖν ἀπάρξομαι.

B Αὐτίκα ὁ ἀδάμας (9) · χροιὰν μὲν οὗτος ἔχει ὑελίζουσαν καὶ στιλπνὴν, κραταιός τέ ἐστιν καὶ δύσθραυστος · ἡμιτριταίους (10) πυρετοὺς σβέννυσιν ἐξαρτώμενος.

Ὁ αἱματίτης (11) · ὀνομάζεται δὲ οὗτος (12), ὅτι

NOTÆ.

(1) Δογματικῶν. Dogmaticos hic traducit, qui eorum quæ quæruntur veras causas se invenisse profitebantur. Sextus philosophus lib. I. *Pyrrh. Hypotypos.*, cap. 1, accerrimus eorum hostis consulendus. Dogmatici fuere Aristoteles, Epicurus, Stoici et alii quidam. Maussacus.

(2) Σποργίτην. Dioscorides lib. V, cap. 163. Plinius lib. XXXVII, cap. X : *Spongites spongiæ nomen repræsentat.*

(3) Λειμωνιάτην. Plinius loc. cit. : *Limoniates eadem videtur quæ smaragdus.*

(4) Λίγκουρον. Legendum potius Λιγγούριον vel Λυγκούριον. Male est apud Hesychium Λυγιουργὸν, τὸ ἤλεκτρον. Indubie reponi debet Λυγκούριον. Lyncurium adeo notum est, ut mirari subeat, quomodo Psellus ipsum inter ignotos lapides recensere voluerit. Maussacus. — Plinius lib. XXXVII, cap. 2 et 3; Solinus *Polyh.* cap. 8, Marbodeus cap. 51.

(5) Τριόφθαλμον. Plinius lib. cit. cap. 11. *Triophthalmos cum onyche nascitur, tres hominum oculos simul exprimens.*

(6) Σοκόνδιον. Videtur legendum καὶ τὸν Σακόδιον. Est species jaspidis de qua Plinius lib. XXXVII, cap. 9 : *Alterum earum genus descendit ad hyacinthos. Hunc colorem Indi sacon vocant, talem gemmam sacodion.*

(7) Σκριγγίτην. Corrigo καὶ τὸν Συριγγίτην. Plinius lib. cit. cap. 10 : *Syrinhites stipulæ internodio similis, perpetua fistula cavatur.*

(8) Σκιστόν. Dioscorides lib. V, 145; Plinius lib. XXXVI, cap. 20.

(9) Ἀδάμας. Plinius *H. N.* lib. XXXVII, cap 4; Solinus *Polyhist.* cap. 65; Theophylactus Simoc. *Quæst. Physic.* quæst. 1; Marbodeus *De gemmis* cap. 1.

(10) Ἡμιτριταίους. Alias vires ipsi ascribunt Plinius loc. cit. et ex eo Marbodeus.

(11) Αἱματίτης. Dioscorides lib. V, cap. 144. Plinius lib. XXXVI, cap. 20, et lib. XXXVII, cap. 10; Galenus lib. VIII. *Simpl. Medic.*, p. m. 121; Solinus cap. 42. Marbodeus cap. 36, χρυσιτήσιος λίθος dicitur chemicis. Glossæ chemicæ p. 144; χρυσιτήσιος λίθος, αἱματίτης.

(12) Οὗτος. Forte melius οὕτως, sed parum refert utro modo legas. Maussacus. — Legend. οὕτως.

βρεχόμενος ὕδατι αἱματώδη χροιὰν ἀφίησι· ὀφθαλμίας ἰᾶται μεθ' ὕδατος ἐγχριόμενος.

Ἀμέθυσος (13) ὑακινθώδης (14) μέν ἐστι τὴν χροιάν, ἰᾶται δὲ καὶ κεφαλαλγίας, καὶ τοὺς πίνοντας οἶνον (15) φυλάττει νήφοντας, ὅθεν αὐτῷ καὶ τοὔνομα.

Ὁ ἄνθραξ (16) ἐν Ἰνδοῖς μὲν ἔχει τὴν γένεσιν· ἔστι δὲ ἄνθραξιν ἐμφερής, καὶ ὁ μέντοι ἐστὶ τηλεφεγγὴς (17), ὁ δὲ βραχύτητι (18) μελάντερος. Εὑρίσκεται δὲ ἐν ὄρεσιν ἀντιλάμπων ταῖς ἀκτῖσι ἡλιακαῖς, καὶ ποικιλλόμενος (19) μέν· τοῦτον (20) οἱ λιθογνώμονες ἴασιν, οὐ μήν γε καὶ τὰς δυνάμεις αὐτοῦ μεμαθήκασιν, εἰ μὴ μόνον τὸν ἀνθρακίτην τὸν παρὰ Θεσπρωτοῖς γενόμενον, ἔλαττον τὸ πυρευγὲς ἔχοντα. Κεφαλαλγίας (21) ἰᾶσθαί φασι παρὰ τῷ κάμνοντι θυμιώμενον.

Ὁ αἰσχάτης (22)· ἔστι δὲ ποικίλος τὴν χροιὰν καὶ ἐτηγλαϊσμένος· καὶ ὁ μὲν παρωχρος (23), ὁ δὲ φοινικόχρους ἢ σαρκοειδής (24). Ὀφθαλμῶν ῥεύματα καὶ κεφαλαλγίας ἰᾶται, ἐπέχει δὲ καὶ ῥοῦν γυναικῶν καὶ τῷ ὑγρῷ ὕδρωπι (25) ἀντίθετός ἐστι, καὶ τοσοῦτον αὐτῷ τὸ παριὸν (26) τῆς ξηραντικῆς δυνάμεως, ὡς καὶ ὕδωρ ἀναπίνειν δύνασθαι καὶ κενὸν ἄγγος ποιεῖν.

Ὁ δὲ βήρυλλος (27). Τρεῖς δὲ τούτου τοῦ λίθου μορφαί, καὶ ὁ μὲν αὐτῶν ἐλαιοβαρύς (28) ἐστι τὴν

guineum colorem induat : sanat hic morbos oculorum, aqua illitus.

Amethystus hyacinthini coloris est, sedat dolores capitis, et vinipotores aut bibaculos abstemios reddit et sobrios, unde illi nomen.

Carbunculus in India generatur : est autem carbonibus similis, splendet unus procul, alter vero ob exiguitatem nigrior est. Porro invenitur in montibus adversus solis radios respondens et variegatus. Hunc quidem gemmarii optime norunt, sed ejus virtutes nequaquam, si anthracitem excipias, qui apud Thesprotos nascitur, et igneum splendorem habet remissiorem.Hunc morbis capitis mederi referunt,si ægroto offeratur suffitus.

Æschates diversicolor est et splendidus : unus autem pallidus est, alter rubicundus aut carneus : oculorum fluxionibus et capitis doloribus medetur, et sistit mulierum menstrua, adversaturque omnino humidæ hydropisi,tantumque virtutis siccificæ ei inest, ut et aquam ebibere possit, et vas vacuum relinquere.

Beryllus. Tres hujus sunt lapilli formæ : alius colorem habet olei obscurum,alius marinum, alius

NOTÆ

(13) Ἀμέθυσος. Plinius lib. xxxvii, cap. 9, Marbodeus cap. 4 :

India mittit eum, gemmarum maxima nutrix.
Hic facilis sculpi, contrarius ebrietati

(14) Ὑακινθώδης. Theophrastus ὑακινθῶδες diceret, quia ἐμέθυσον vult esse neutrius generis, sed ut puto ἀμέθυσος et ἀμέθυσον dici potest, hoc in neutro illud in masculino, quare nihil hic mutandum. Maussacus. — Dicitur quoque ἡ ἀμέθυσος, in feminimo genere,sic Heliodorus *Æthiop. c.* lib. v, cap. 13, ubi eleganter hanc gemmam describit.

(15) Οἶνον. Membrana male habebat οἴνου. — Maussacus.

(16) Ἄνθραξ. Plinius lib. xxxvii, cap. 7 ; Marbodeus cap. 10.

(17) Τηλεφεγγής. Inquinatissima hæc erant in manu exarato. Nos conjectura restituimus καὶ ὁ μέντοι ἐστὶ τηλεφεγγής· nam quid sit θυληφεγγὴς, ut scriptum erat in codice, nemo scit. Maussacus. — Bene Maussacus hæc restituit. Aelianus *Hist. Animal.* lib. viii, cap. 22, de hac gemma : Τὴν δ' οὖν)ίθον ἔνδον ποι κατέθετο· εἶτα νύκτωρ διυπνισθεῖσα, ὁρᾷ αὐγήν τινα καὶ αἴγλην ἀφιεῖσαν, καὶ κατελάμπετο ὁ οἶκος ὡς εἰκομισθείσης δᾳδός· τοσοῦτον ἄρα ἐκ τοῦ βώλου τὸ σέλας ἀνίει τε καὶ ἐτίκτετο.

(1) Βραχύτητι. Legendum Βραχύ τι,

(19) Ποικιλλόμενος. Forte ποικιλείμων. Membrana habet ποικιλιάμενος omnino male. Maussacus. — Locus haud dubie corruptus, cujus sanatio a codice ms. est exspectanda.

(20) Τοῦτον. De ejus viribus sic disserit Habdarrahamanus tract. iii, *de gemmis* cap. 1 : *Inter præcipuas ac præstantissimas carbunculi virtutes istæ recenseniur : Si quis carbunculo sese obsignat, vel appensum gestat, tutus securusque erit a contagio et peste. Cor mirum in modum lætificat, ejusque abigit mœrores. Venenis præsentaneum est remedium, quod inter notissimas ejus virtutes recensendum est.*

(21) Κεφαλαλγίας. Videtur ante hanc vocem excidisse τοῦτον.

(22) Αἰσχάτης. Idem qui achates dicitur. Consulantur de eo Plinius lib. xxxvii, cap. 10 : Solinus cap· 11. Marbodeus cap. 2. Orpheus p. 230, qui corruptus p. 236, vs. 66. quem locum hac occasione emaculemus.

Σπερχόμενοι ποτὶ βωμὸν, ἀολλίες ἐκπρομολόντες
Χηραμόθεν ὁρόωνται ἐφερπύζοντες αὐτμήν

Vertit interpres :

Festinantes ad aram, confertim erumpentes
Ex suis latibulis, adreptantes aspectant.

Pro ὁρόωνται legendum ἀρύονται.

(23) Πάρωχρος. Illum videtur innuere qui leucachates, vel eum qui cerachates dicitur, de quo Marbodeus loc. cit. :

Cerea cui facies, quia creber, vilis habetur.

Frustra nititur Marbodeus, etymologiam hujus vocis ex Latino sermone petere, cum sic dicatur hic lapis quod cornu colore referat.

(24) Σαρδοειδής. Putamus restituendum σαρκοειδὴς, ut paulo post legitur in ὄνυξ. Maussacus. — Σαρκοειδὴς correxit Maussacus, sed præstabit servare lectionem codicis ms., cum Plinius loc. cit. et alii *sardachatem* memorent.

(25) Ὑγρῷ ὕδρ. Viderint medicorum filii, quid sit humida hydropisis. Maussacus. — Anasarcam opponi siccæ tympanitidi recte ad oram exemplaris, quo utor, notavit vir doctus.

(26) Περιόν. Melius παριόν. Maussacus. — Monui in notis ad Demetrium Pepag., p. 10, περιὸν esse legendum, meque antea temere nimis fidem adhibentem Maussaco suspicatum esse legend. περιττόν. Vidi postea virum summum Th. Reinesium lib. ii *Var. lect.* cap. 18, pag. 301, quoque emendasse περισσόν. Sed pace tanti viri dixerim, placet adhuc lectio codicis ms.

(27) Βήρυλλος. Plinius lib. xxxvii, cap. v. Solinus Polyh. cap. 64 ; Marbodeus cap. 9.

(28) Ἐλαιοβαρύς. Forte leg. ἐλαιοβαφής.

denique splendidus est, et ejusdem naturæ, et procul resplendens. Lapis igitur hic intentiones curat, convulsiones, oculorum dolores, aurigi-
nem.

Galactites occulto scatet lacte, unde et ipsi nomen inditum est, mulieribus vero lac attrahit, et oblivionem inducit malorum, quorum memoriam etiam revocat; contrarius enim est omnino belluarum vulneribus, si circumnectatur.

Electrum. Unum quidem Indicum est, alterum Libyticum : reperiuntur autem juxta fluvium Eridanum. Quidam vero ipsum aiunt lacrymam esse cujusdam arboris. Leve est, idque adolent, ut thus et resinam lentisci : urinæ difficultatem circumnexum sedat, et febrem sanat, et stomachi fluxiones cohibet, et inunctum aut illitum oculis visus acuitatem præbet.

Jaspis lapis natura crystallum pene refert, paulo vehementius colorem intendens. Optimus purpureus est, melior ille qui magis est vocalis, parumper albus. Est et aereus quidam qui capitis fluxiones tollit, et expellit malum illud, quo cum labo-

A χροιάν· ὁ δὲ θαλάττῃ προσεοικώς· ὁ δὲ λάμπρὸς τὰς αὐγὰς καὶ ὁμοφυὴς, καὶ λάμπων πόρρωθεν· οὗτος οὖν ὁ λίθος ἐντάσεις ἰᾶται, καὶ σπασμοὺς, καὶ ὀφθαλμῶν ὀδύνας, καὶ ἴκτερον (29).

Ὁ γαλακτίτης (30) ἀπορρήτῳ βρύει γάλακτι, ἔνθεν γὰρ αὐτῷ καὶ τοὔνομα· κατασπᾷ δὲ γάλα ταῖς γυναιξί· λήθην δὲ ἐργάζεται τῶν κακῶν καὶ μνήμην τῶν κακῶν (31)· ἀντίθετος γάρ (32) ἐστι καὶ θηρίων (33) πληγαῖς περίαπτος γεγονώς.

Τὸ ἤλεκτρον· ἔστι δὲ τὸ μὲν Ἰνδικὸν, τὸ δὲ Λιβυτικόν (34)· οἰκειοῦνται (35) δὲ παρὰ τὸν Ἠριδανὸν (36) ποταμόν· ἔνιοι δὲ καὶ δάκρυον αὐτό φασι δένδρου (37) τινός· κοῦφον γὰρ ἐστι καὶ θυμιᾶται ὡς ὁ λιβανωτὸς καὶ ἡ μαστιχή· ἰᾶται δὲ δυσουρίαν περιαπτόμενος, καὶ πυρετὸν ἀπαλλάττει, καὶ στομάχου
B ῥεῦμα ἵστησι, καὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς δὲ ἐγχριώμενος ὀξυδορκίαν χαρίζεται.

Ἡ ἴασπις φύσει κρυσταλλοειδὴς, ὀλίγου (38) ἐπιτεινομένη τὴν χροιὰν, καὶ ἀρίστη μὲν ἡ πορφύρουσα (39), δευτέρα (40) ἡ φθεγματικωτέρα (41) παράλευκος· ἔστι δέ τις καὶ ἀεροειδὴς (42)· ἀναστέλλει δὲ ῥεύματα κεφαλῆς, καὶ τοὺς ἐφιάλτας (43)

NOTÆ.

Ἴκτερον. Cæl. Aurelianus lib. III. *Morb. chronic.*, cap. V : *Passio vocabulum sumpsit secundum Græcos ab animalis nomine, quod sit coloris fellei.* Nemde a galbula. Χρυσιασμὸς etiam dicitur. Synesius ms. libr. *De febribus* : Ἱλειστάκις δὲ συμβαίνει ἐν τούτῳ τῷ πυρετῷ περὶ οὗ λέγομεν, φρενῖτις καὶ βῆχος ξηρὸς καὶ λειποθυμία ἢ χρυσιασμὸς ὃ ἐστι ἴκτερος.

(20) Γαλακτίτης. Dioscorides lib. v, cap. 150; Plinius *H. N.* lib. XXXVII cap. 10; Solinus cap. 12; Orpheus p. 200; Marbodeus cap. 31. Corruptus leviter Orpheus pag. 202 :

Καὶ δέ σε καὶ βασιλῆες ἀμύμονες αἰδέσσονται.

Legend· Ναὶ δέ σε κ. τ. λ.

(31) Τῶν κακῶν. Haud dubie legendum τῶν καλῶν. Orpheus *De lapidibus*, pag. 200, vs. 7 :

Ἠδ' ἄρα μιν λήθαιον ἐφήμισαν, οὕνεκεν ἀλεὶ
Μεμνῆσθαι κακότητος ὀϊζυρῆς ἀπερύκει
Θνητοὺς ἀθανάτους τε· νόον δ' ἐριούνιον εἶναι
Θέλγει, ἐποτρύνων ἀγανὰ φρεσὶ βουλεύεσθαι.

(32) Γάρ. Malim δέ.

(33) Θηρίων. Τὰ θηρία sunt animalia venenata, vide quæ notat cl. L. Bos. ad Act. Apost. cap. XXVIII, p. 62.

(34) Λιβυτικόν. Ad oram sui exemplaris, quod nunc in bibliotheca Lugd. Batav. servatur, correxit Vossius Λιγυστικόν.

(35) Οἰκειοῦνται. Forte leg. εὑρίσκονται.

(36) Ἠριδανόν. Non video quomodo electrum Indicum et Libyticum juxta fluvium Eridanum re-
D periri possint. Maussacus.

(37) Δένδρου. Consule Philostratum. *Icon.* lib. II, in Phaetonte (lib. I, cap. 11, p. 780.) Id.

(38) Ὀλίγου. Malim ὀλίγον. Ὀλίγου forte legendum apud Themistium Orat. 4, p. ed. H. Steph. Ἤγαγε δ' οὖν αὐτοῖς τὰ ἀγώγιμα ὅσα τέ μοι πρῶτα ὑπῆρχε, καὶ ὅσα παρ' ὑμῖν ἐνθένδε ἱπορισάμην ἐν εἴκοσιν ὅλοις ἐνιαυτοῖς. Pro ὀλίγοις Petavius corrigit ὅλοις· malim ὀλίγου, *per viginti ferme annos.*

(39) Πορφύρουσα. Malim πορφυρίζουσα.

(40) Δευτέρα. Leg· δευτέρα δὲ ἡ.

(41) Φθεγματικωτέρα. Vertit Maussacus, *qui magis est vocalis.* Sed corrupta hæc vox legend. φλεγματικωτέρα. Dioscorides lib. v, cap. 168 : λίθος ἴασπις ὁ μὲν τίς ἐστι σμαραγδίζων· ὁ δὲ κρυσταλλώδης, ἐοικὼς φλέγματι. Sic solent librarii voces similes confundere. Hippocrates lib. *De insomniis*, sect. 4, p. 375, ed. Foesii : Αὐτὴ δ' ἐωϋτῆς ἡ διάνοια οὐ γίνεται· leg. αὐτὴ δι' ἐαϋτῆς ἡ διακονίη οὐ γίνεται. Oribasius *Anatom.* p. 120 : καὶ ἔστιν αἰσθητὸν τὸ στόμα τοῦ πόρου τούτου, κἂν μὴ πάνυ τι μέγα τὸ ζῶον ᾖ. Quæ verba haud dubie prave se habent. Lego καὶ ἔστιν αἰσθητικὸν τὸ στ. τ. π. τ. κ. μ. π. τ. μέγα τὸ ξῦον ᾖ. Cassius in *Quæst. medic.*, quæst. 22 : ὥς τε καὶ τούτου κακωθέντος, καὶ τῆς φωνήσεως ὑποκειμένης, εἰκότως οὐκ ἀντιλαμ-
C βάνονται τῶν φωνῶν. Verba καὶ τῆς φωνήσεως ὑποκειμένης omisit in versione Conr. Gesnerus, haud dubie quod illa corrupta judicaret; corrige itaque καὶ τῆς σφηνώσεως ὑποκειμένης. Orpheus *Argonaut.* vs. 424 :

Καὶ Κρόνον αἰνολέτην, ὥς τ' ἐς Δία τερπικέραυνον
Ἥλυθεν ἀθανάτων μακάρων βασιλῆϊος ἀρχή.

Suspisor legendum καὶ Κρόνον αἰνολέτην κ. τ. λ. Tryphiodorus *De excid. Ilii*, vs. 412 :

μάτην δὲ χρῆς ἅπαρ ἴσχεις.

Varie tentarunt hunc locum viri docti, sed erud. Merrick ex codice ms. cl. Reimari aliam affert lectionem :

μάτην δ' ὀλάουσ' ἀπερύκεις.

Pro ἀπερύκεις corrigit ἀγορεύεις, malim legere ἀπειρύγεις. Hesychius ἐρύγειν, φωνεῖν. Aristides Orat. in Minervam, p. 10, ἀναπνεῖ τε εἰς αὐτόν. Corrigit vir doctus ἀναπαύει, quam emendationem rejicit tueturque vulgatam lectionem cel. Jac. Elsnerus in schediasmate critico pag. 40. Suspicor legendum ἀναπνεῖ τε ἴσα αὐτῷ, levi, ni fallor, mutatione.

(42) Ἀεροειδής. Orpheus *De lapid.*, p. 206 :

Καὶ γλαφυρὸν κομίσας ἀερόχροον αἶκες ἴασπιν.

Sic legendum, non ut vulgo editum ἰαρόχροον.

(43) Ἐφιάλτας. Actuarius lib. I. *De dignot. morb*, cap. 35 : Ὁ δ' ἐφιάλτης οὕτω καλούμενος, πάθος ὢν κατὰ τοὺς ὕπνους συμβαῖνον, οὐ πάνυ μὴν καθ' αὐτὸ κακὸν, μεγάλα δέ τινα προσημαίνει κακά. Ἐπιληψιῶν γὰρ καὶ μελαγχολιῶν εἴδη ἔτι τε ἀποπληξίαι, καὶ ὅ τι σύνεγγυς αὐτοῦ, θαμίζοντος τοῦ ἐφιάλτου προσημαίνεται. Λέγεται δὲ ἀπὸ τοῦ δοκεῖν ἐφάλλεσθαί τινα τοῖς πάσχουσιν· ὥς τινος γὰρ αὐτοῖς ἐπικειμένου καὶ οἷον πνί-

ἀπωθεῖται, καὶ λοιμικοῖς ἀντιτάττεται πάθεσι καὶ ἐπιληπτικοῖς (44). Ἔστι δέ τις ἴασπις σμαραγδίζουσα (45)· ἡ δὲ ἐμφερὴς χιόνι, καὶ ἄλλη ἐμφερὴς ἄρνου ἐγκεφάλῳ, ἧς οὔπω οὐδεὶς ἔγνωκει τὴν δύναμιν.

Ὁ ἰδαῖος (46) δάκτυλος ἐν Ἴδῃ τῆς Κρήτης γίνεται, καὶ ἔστι τὸ σχῆμα δακτύλῳ ἀνδρὸς ἐμφερὴς τῷ ἀντίχειρι· τὴν χροιὰν σιδηρόχρους· οὗτος ὁ λίθος δικαιότατος πάντων τῶν λίθων ἐστί· τὰς μὲν γὰρ ἐκ τῶν δικαίων μίξεων γενομένας σπορὰς τελειοῖ, φθείρει δὲ τὰς ἀθεμίστους καὶ παρανόμους.

Ὁ κρύσταλλος (47) ἔοικε μὲν ὕδατι καθαρῷ, ἐγκαεὶς (48) δὲ ὑπὸ ἡλίου χροιὰν ἀμεθύσου μεταλαμβάνει, ἐπὶ δὲ τὸ βαθύτερον τραπεὶς ἰάσπιδι γίνεται ὅμοιος· οὗτος τρόμους (49) ἀπερύκει καὶ ἐκλύσεις νεύρων ἀνατριβόμενος.

Ὁ λυχνίτης (50)· ἔστι δὲ νυκτάλωπος (51), ἀρτηθεὶς ἀπὸ τοῦ τραχήλου, ῥεύματά τε ἐπέχει ὀφθαλμῶν ἐν λινῷ ῥάκει περιτιθεὶς τῷ μετώπῳ.

Ὁ μαγνίτης (52) λίθος ἐστὶ μέγας καὶ βαρὺς καὶ

rat quis, se grandi mole opprimi noctu et ab alio invadi putat : et pestiferis morbis ac epilepticis omnino adversatur. Est et jaspis quidam in smaragdi modum resplendens, alius vero nivi similis, alius denique hirci cerebrum referens, cujus nemo hactenus vires novit.

Idæus dactylus in Ida Cretæ gignitur, estque ejusdem formæ cum pollice hominis, ferreo colore. Hic autem lapis justissimus omnium lapidum est, fetus enim ex justis nuptiis procreatos perficit, corrumpit vero eos qui contra et leges et jus generantur.

Crystallus similis est aquæ puræ, accensus vero in solem amethysti colorem induit, et in obscuriorem mutatus, jaspidi fit similis. Is timores prohibet et dissolutiones nervorum collisus.

Lychnites luscitiosus est, et collo suspensus oculorum fluxiones sistit, si apponatur fronti linea locinia involutus.

Magnes lapis est magnus, et gravis et enormis :

NOTÆ.

γοντος αἰσθάνονται οἱ τῷ τοιούτῳ κάτοχοι πάθει, μηδ' ὁτιοῦν μέλος αὐτῶν κινῆσαι δυνάμενοι· φεύγειν δέ φασιν αὐτοὺς τῶν δακτύλων σωρευθέντων. *Incubonem* Latini vocant. Cælius Aurelianus lib. I *Morb. chronic.*, cap. III, p. 289 : *Quidam veteres* ἐφιάλτην *vocaverunt, alii* ἐπιβολήν, *quod utilis patientibus perhibeatur.* Loco huic male sano varie medicinam facere conati sunt viri docti, at omnium optime eum emendat celeb. Trillerus in epistola ad me data, quam elegantem ac eruditam emendationem cum lectore communicabo. En ipsius verba : *Nihil plane in Cælio emendandum, præter vocem* ἐπιβολήν, *quæ potius scribenda* ἐπωφελῆ, *aut Lat.* epophelen, *h. e. utilem. Dabo Cælii defensorem et commentatorem Hesychium :* Ἐπωφελὴς ὁ καλούμενος ἐφιάλτης. *Sed et dabo nunc reconditæ hujus et insolitæ opinionis originem ex Artemidoro lib.* II, Oneiroerit. *cap.* 42, p. 132 : Ἐὰν ὁ ἐφιάλτης τι καὶ διδῷ καὶ συνουσιάζῃ, μεγάλας ὠφελείας προαγορεύει· μάλιστα δὲ ὅταν μὴ βαρῇ. Hæc vir doctus, qua emendatione nihil verius et elegantius fingi atque excogitari potest.

(44) Ἐπιληπτικοῖς. Editio Maussaci ἐπιλειπτικοῖς, quod a librariis profectum videtur, sed male omnino se habet, ut satis docet vocis originatio. Nonus cap. 36, p. 45 : ὠνόμασται δὲ τὸ πάθος ἐπιληψία διὰ τὸ ἐπιλαμβάνεσθαι καὶ κρατεῖσθαι αὐτῶν τὰς αἰσθήσεις. Quæ verba hausit ex Alexandri Trall. lib. I, cap. 15, p. 62, apud quem male hodie ἐπιλανθάνεσθαι legitur, quod recte ad oram sui exemplaris in ἐπιλαμβάνεσθαι, mutaverat Renatus Moreau. H. Stephanus in *Diction. medic.* p. 322, edidit ἐπιλαμβάνειν. Frequenter η et ει inter se permutantur. Rhazes *de pestilentia* in procem. p. 243 : Οὗτος τοίνυν ὁ θαυμαστὸς ἀνὴρ εἰς δύο ἤδη τεμὼν τὴν νόσον. Pro ἤδη legend. εἴδη. Cæterum jaspidem etiam adversus epilepsiam commendant Alexander Trallianus lib. I, cap. 15, p. 83, et Nonus cap. 36, p. 47.

(45) Σμαραγδίζουσα. Plinius *H. N.* lib. XXXVII, cap. 9 : *Totus vero Oriens pro amuletis traditur gestare eam quæ ex iis smaragdo similis est.*

(46) Ἰδαῖος. Totidem ferme verbis hæc legas apud Plinium lib. XXXVII, cap. 10 : *Idæi dactyli in Creta, ferreo colore pollicem humanum exprimunt.*

(47) Κρύσταλλος. Plinius *N. H.* lib. XXXVII, cap. 2, Solinus cap. 24, Orpheus *De lapid.* pag. 198, Marbodeus cap. 23.

(48) Ἐγκαείς. Chrystallos varii reperiri coloris notum est, sed an a solis radiis colores mutentur, nescio. Vereor valde ne lacuna his subsit : tradunt enim auctores hanc gemmam a sole irradiatam, ignem concipere, et hanc ejus virtutem apud Psellum excidisse puto. Orpheus loc. cit. vs. 7 :

Εἰ γὰρ ἄτερ κρατεροῖο θέλεις πυρὸς ἐς φλόγας [ὄρσαι,
Κέκλομαι αὐαλέων μιν ὑπὲρ δαΐδων καταθεῖναι·
Αὐτὰρ ὅγ' ἠελίοιο καταντίος αὐγάζοντος
Αὐτίχ' ὑπὲρ δαΐδων ὀλίγην ἀκτῖνα τανύσσει.
Ἤδ' ὅτε καρφαλέης τε θίγῃ καὶ πίονος ὕλης,
Καπνὸν, ἔπειτα δὲ πῦρ ὀλίγον, μετὰ δὲ φλόγα [πολλὴν
Ὄρσει· τὴν δ' ἄρα φασὶ παλαιγονίης ἱερὸν πῦρ.

In quinto versu pro Ἤδ' ὅτε legendum Ἢ δ' ὅτε. Marbodeus loc. cit. :

Sed certum cunctis, neque stat violabile tanquam
Quod lapis hic soli subjectus concipit ignem,
Admotosque sibi solet hic accendere fungos.

Forte itaque apud Psellum legendum : Ἐγκαεὶς δὲ ὑπὸ ἡλίου ἀνάπτεται· ἐνίοτε μὲν χροιὰν, κ. τ. λ.

(49) Τρόμους. Vertit Maussacus *timores*, nisi forte typographorum error : corrige *tremores.*

(50) Λυχνίτην. Ordo alphabeticus postulat, ut statim post Κρύσταλλος, vel ante reponatur Κάπρειρος. Descivit tamen hic lapis in posteriorem locum. Nos secuti sumus cod. manu exaratum. Cæterum de lychnite in notis ad hydaspen Plutarchi disputavimus. Massacus. — Plinius lib. XXXVII, cap. 7. Quæ sequuntur verba ἔστι δὲ νυκτάλωπος, omnino sunt corrupta. Maussacus legit νυκτάλωψ et vertit *luscitiosus est.* Sed bene quod locum mutilum esse suspicetur. Excidit hic procul dubio descriptio coloris et habitus externi hujus gemmæ. Plinius loc. cit. unam speciem purpura radiare tradit, alteram cocco. Sic itaque hauc lacunam supplerem : Ἔστι δὲ πορφυρόχροος· ἔχειν νυκτάλωπας, κ. τ. λ.

(51) Νυκτάλωπος. Si ita legas, vertendum est, *spectat ad luscitiosum.* Sed si legas νυκτάλωψ, ut est indubie corrigendum, interpretari debes *luscitiosus est*, deest hic forsan aliquid. Massacus. — Glossæ Jatricæ mss. : Νυκτάλωπας, τοὺς τῇ νυκτὶ μὴ βλέποντας.

(52) Μαγνίτης. Dioscorides lib. V, cap. 148. Plinius *H. N.* lib. XXXVI. cap. 14, Galenus lib. VIII,

unus est qui ferrum attrahit, alter qui rejicit, lacte vero dissolutus visus acuitatem præbet, et melancholiam sanat.

Onyx maximus est, adeo ut Indi lectorum pedes ex eo tornent. Sublatus in terram omnem recipit colorem, aut carbunculi rutilum, aut nigrum aut carneum. Dissolutus vero phantasmata nocturna abigit et dentibus fluxione laborantibus attritus prodest.

Caprirus fronti appositus oculorum fluxiones sistit, ulceribus medetur si cum lacte bibatur, exsiccat autem et stypticus est sive astrictorius, et febribus acutis contrarius.

Sardonyx. Mediam habet hic lapis lineam albam, unicolor autem est, et oculorum sedat fluxiones, et in modum zonæ cinctus infantium in utero casus cohibet, qui vero variegatus est melancholicis prodest, si appendatur.

A ἀνόμαλος, καὶ ὁ μὲν τις ἐπισπᾶται τὸν σίδηρον, ὁ δὲ ἀναπτύει· ἀναλυόμενος δὲ γάλακτι ὀξυδορκίαν (53) ποιεῖ, καὶ μελαγχολίαν ἴᾶται (54).

Ὁ ὄνυξ (55) εὐμεγέθης ἐστὶ, ὥστε τοὺς Ἰνδοὺς πόδας κλίνης ἐντεῦθεν τορεύειν· διαρθεὶς δὲ πρὸς γῆν (56) παντοίαν ἀναφέρει χροιὰν, ἢ γὰρ ἀνθρακώδη, ἢ μέλαιναν, ἢ σαρκοειδῆ· ἀναλυθεὶς (57) δὲ ἐπέχει φαντασίας νυκτερινὰς, ὀδοῦσί τε ῥευματιζομένοις πατριβόμενος ὠφελεῖ.

Ὁ κάπρειρος (58) ἴστησι ῥεύματα ὀφθαλμῶν μετώπῳ περιαφθείς· ἑλκώσεις (59) ἴᾶται ποθεὶς μετὰ γάλακτος (60), ξηραντικὸς δέ (61) ἐστιν καὶ στυπτικὸς καὶ πυρετοῖς (62) ὀξέσιν ἀντίθετος.

Σάρδονυξ (63). Ἡ λίθος αὐτὴ (64) μέσην ἔχει γραμμὴν λευκήν· ἔστι δὲ μονόχρως (65)· ὀφθαλμῶν ἵστησι ῥεύματα, καὶ διεζωσμένη (66) τοὺς τῶν ἐμβρύων (67) ἐπέχει ὀλίσθους· ἡ δὲ ποικίλη ὠφελεῖ μελαγχολικοῖς (68) ἐξαρτωμένη.

B

NOTÆ.

De simp. med. p. m, 123, Orpheus *De lapid.* p. 208, Marbodeus cap. 43. Unde dictus hic lapis docet Lucretius lib. VI, vs. 907 :

Quem magneta vocant patrio de nomine Graii,
Magnetum quia sit patriis in finibus ortus.

Attamen a Magnete inventore eum sic vocatum vult Plinius loc. cit. Etiam Ἡράκλεια λίθος dicitur. Theophylactus Simoc. *Quæst.* IV, p. 7 : Ἡ μαγνῆτις, ἣν καὶ Ἡράκλειαν λίθον φασὶ, τοῦ σιδήρου διέστηκε, καὶ ὅμως διὰ μέσου τοῦ ἀέρος ὁρῶμεν τὴν ἐνέργειαν προβαλλομένην τὴν λίθον. Quæ sequuntur apud Theophylactum corrupta sunt, quæ hic simul emendabimus : Ἐπεὶ δ' ἂν οὐκ ἐξικνοῦνται, ἔστιν ὅτε οἱ ταύτης πρὸς τὸν ἄῤῥενα κλάδοι, σοφόν τι παλαμῶνται ταύτῃ οἱ φυτουργοὶ πρὸς τὸν ἔρωτα. Verba ἔστιν ὅτε male ibi esse collocata vidit jam Kimedoncius qui proinde corrigit ἐξικνοῦντες ἔστιν οἱ. Sed nihil mutandum, verba leviter transposita, restitue ἐξικνοῦνται οἱ ταύτης — κλάδοι, ἔστιν ὅτε σοφόν, κ. τ. λ.

C

(53) Ὀξυδορκίαν. Quis non videt legendum ὀξυδορκίαν? Mussacus.

(54) Ἴᾶται. Arthriticis præterea hunc lapidem prodesse testatur Alexander Trallianus lib. XI, p. 656 : καὶ ἡ μαγνῆτις δὲ λίθος φορουμένη τῶν ἀρθριτικῶν θεραπεύει τὰς ἀδύνας.

(55) Ὄνυξ. Plinius lib. XXXVII, cap. 6, Marbodeus cap. 9. Pro ἐντεῦθεν in Maussaci editione typographorum incuria legitur ἐντεῦθεν.

(56) Πρὸς γῆν. Suspicor legendum πρὸς αὐγήν. Sic truncant librarii modo initia modo fines vocum. Redit mihi in mentem locus Aristæneti, ubi pariter vocabuli finis neglectus illum obscurum reddit, lib. I. Epist. 15, pag. 102 : Ἥρωτος δὲ φανέντος, γέγονε, βίψασπις εὐθὺς, ὁ τέως θρασὺς, καὶ τὴν δεξιὰν ἀκοντὶ, προσανατείνας, ὡμολόγει τὴν ἥττα. Corrigunt viri docti ἑκοντὶ aut ἀκονιτὶ, sed vereor ne locus in graviori mendo cubet ; forte legendum καὶ τῇ δεξιᾷ ἀκόντιον προανατείνας. Interdum nimis liberaliter litteram addidere librarii. Plutarchus *De fluminibus* pag. 59 ed. Maussaci, de lapide clitoride : Ἔστι δὲ λίαν μελάγχρους, ὃν κόσμου χάριν οἱ ἐγχώριοι φοροῦσιν ἐν τοῖς Σωτηρίοις. Sic edidit Maussacus, corrigo, ἐν τοῖς ὠταρίοις. Favet codex ms. in quo legebatur Σωτάροις.

D

(57) Ἀναλυθείς. Suspectum mihi hoc verbum. Quomodo enim lemures dissolutus valet abigere? Neque additur in quonam liquido solvendus sit. Vereor ne quid desit, aut ne hoc verbum sit corruptum. Forte leg. ἀναρτηθείς, *suspensus*. Cæterum contrarium hanc gemmam facere tradit Marbodeus loc. cit. :

A collo suspensus onyx, digitove ligatus,
In somno lemures et tristia cuncta figurat,
Multiplicat lites, et commovet undique rixas.
Dicitur et pueris nimias augere salivas.

Sic leguntur hi versus in editione Jani Cornarii. Pictorius in secundo vs. pro *figurat* edidit *repellit.* Quartus autem sic apud eum legitur ;

Dicitur in pueris multas augere salivas.

(58) Κάπρειρος. Vel ordo docet legendum esse Σάπφειρος, quod etiam virtutes ejus satis commonstrant. De sapphiro videndi Dioscorides lib. V, cap. 157, Plinius lib. XXXVII, cap. 9; Galenus lib. VIII. *De simplic. medic.*, p. m. 123 ; Marbodeus. cap. 53. Conf. Jo. Langii *Epist. medic.* lib. II, ep. 49, p. 719.

(59) Ἑλκώσεις. Dioscorides loc. cit. Πίνεται δὲ καὶ πρὸς τὰς ἐντὸς ἑλκώσεις. Marbodeus loc. cit.

Contritus lateri superillitus ulcera sanat.
Tollit et ex oculis sordes, et fronte dolores.

Ita edidit Pictorius. Cornarii editio ad mentem Pselli habet :

Contritus lacte et superillitus ulcera sanat.

(60) Γάλακτος. Cum lacte, vino, aceto vel etiam aqua hos lapides exhibebant. Emendemus hoc occasione Orpheum *De lapid.*, p. 234, vs. 43 :

αἰὲν ἑταίρους,
Γινέμεναι νύμφαις ἐνὶ νηϊάδεσσι κέλευε.

Vertit interpres :

Semper amicos
Tuos inter nymphas Naiades versari jube.

At legendum πινέμεναι, non γινέμεναι.

(61) Δέ. Mallem γὰρ, et istud δὲ post ἑλκώσεις constituere.

(62) Πυρετοῖς. Marbodeus loc. cit. :

Scilicet ardorem refrigerat interiorem.

(63) Σαρδόνυξ. Plinius lib. XXXVII, cap. 1 et 12 ; Solinus cap. 45, Marbodeus cap. 56.

(64) Αὐτὴ. Leg. Αὕτη.

(65) Μονόχρως. At hoc verum non est, et ipse auctor mox variegatam gemmam memorat. Parum sanus et hic locus mihi videtur. Forte aliquid excidit et locus sic suppleri posset : Ἔστι δὲ ἡ μὲν ποικίλη, ἡ δὲ μονόχρως· καὶ ἡ μὲν ὀφθαλμῶν, κ. τ. λ.

(66) Διεζωσμένη. Vertit Maussacus, *et in modum zonæ cinctus.* Male. Verto, *et in cingulo gestatus.*

(67) Τὰς τῶν ἐμβ. Restitue τοὺς ὀλισθοὺς, id est lubricitates. Maussacus.

(68) Μελαγχολικοῖς. Repone μελαγχολικοῖς. Id.

Ὁ σεληνήτης (69) · καλεῖται δὲ οὗτος (70), ὅτι ὀφθαλμὸν (71) οἷόν τινα (72) συναυξόμενον τοῦτον καὶ συμμειούμενον ταῖς τῆς σελήνης αὐξήσεσι (73) καὶ συμμειώσεσι (74) δείκνυται (75).

Ἡ σμάραγδος (76) πρασοειδής ἐστι καὶ ἠρέμα χρυσίζουσα καί τοι καὶ (77) τοῦ γλαυκοῦ παρεμφαίνουσα χρώματος. Γεννᾷ δὲ ταύτην καὶ Αἰθιοπία καὶ Αἴγυπτος, καὶ Περσὶς καί τινα ὄρη τῆς Ἀττικῆς · αὕτη καταπλαττομένη μεθ' ὕδατος ἐλεφαντικοῖς (78) βοηθεῖ· πινομένη (79) δὲ μεθ' ὕδατος αἵματος ἐπίσχει ῥοάς.

Ὑάκινθος (80). Τοῦτον τίκτει μὲν Ἰνδία · ἔστι δὲ θαλαττόχρως · ἴσχαται δὲ πνευματώσεις (81) καὶ ῥήγματα, μελαγχολίαν δὲ (82) παύει σὺν ὄξει ποθείς.

A Selenetes ideo vocatur hic lapis, quia cum quemdam quasi oculum habeat, eum cum luna decrescere et augescere ostendit.

Smaragdus prasineus est et paulatim accedens ad auri colorem, licet semper glauci aliquid proferat. Progenerant autem hunc Æthiopia et Ægyptus et Persis et quidam Atticæ montes. Cum aqua impositus ut cataplasma leprosos adjuvat, et si cum aqua etiam bibatur, retinet fluxum sanguinis.

Hyacinthus. Hunc India gignit, est autem marini coloris, et tusses rupturasque ac melancholiam cessare facit, si cum aceto bibatur.

NOTÆ.

(69) Σεληνήτης. Leg. Σεληνίτης. Dioscorides lib. v, cap. 159; Plinius lib. xxxvii *H. N.*, cap. 10; Marbodeus Gallus cap. 31.

(70) Οὗτος. Leg. οὕτως. Verba δὲ οὕτως et sequens τοῦτον omisit cl. Salmasius *De homon. Hyl. Iatr.*, cap. 119, p. 220, ubi de hoc lapide agit et hunc Pselli locum citat.

(71) Ὀφθαλμῶν. Melius ὀφθαλμόν, ut restituimus. Post σμάραγδος ordo alphabeticus requirit ut statim sequatur τοπάζιον. Sed ms. codex hunc lapidem in ultimum locum rejecit, nos ordinem non mutavimus. Maussacus.

(72) Τινά. Quivis facile videt post τινά excidisse ἔχων. Recordor hic loci alicujus Xenophontis Ephesii, ubi similiter verbum omissum est lib. II, p. 23: Ἡ δὲ Ἀνθία — εἶπεν. Ταχέως δὲ τῶν ὅρκων ἀναγκαζόμεθα. Videtur deesse ἐπιλαθέσθαι, qua locutione iterum utitur lib. v, p. 86 : Ἡ μή τις ἠνάγκασέ σε ἐπιλαθέσθαι τῶν ὅρκων τε κἀμοῦ.

(73) Αὐξήσεσι. Testantur hoc auctores modo laudati. Marbodeus l. c. :

Nec Selenitem fas est omnino taceri,
Quæ velut herba virens et jaspidis æmula gemma,
Lunares motus et menstrua tempora servat,
Crescit enim luna crescente, minorque minuta
Efficitur, tanquam cœlestibus anxia damnis;
Idcirco sanctus lapis a plerisque vocatur.

(74) Σημειώσεσι. Legendum est συμμειώσεσι. Maussacus.

(75) Δείκνυται. Mutilum procul dubio hoc caput. Nihil enim de viribus hujus lapidis refert, cujus tamen plures ab auctoribus celebrantur. Marbodeus l. c. :

Dicitur esse potens ad amorem conciliandum,
Languentes etiam phtisicos juvare putatur.
Toto gestatus crescentis tempore lunæ,
Nec minus et toto per decrementa fluentis
Effectus miros et commoda plurima præstat.
Hanc autem gemmam memorant in Perside nasci.

Nonnus *Dionysiac.* lib. xxxii, p. m. 527 :

Εἶχε δὲ πέτρον ἐκεῖνον, ὃς ἀνέρας εἰς πόθον ἕλκει,
Οὔνομα φαιδρὸν ἔχοντα ποθοβλήτοιο σελήνης.

(76) Σμάραγδος. Vid. Plinius *H. N.* lib. xxxvii, cap. v, et Marbodeus cap. liv. Glossæ mss. Marciani Capellæ, quas mihi utendas dedit vir nobilissimus Arthurus Freeman: *Smaragdus gemma est viridissima super omnes herbas et frondes, inde nomen assumens quod amara est. Omne enim viride amarum. Datur cancro hæc gemma.*

(77) Καί τοι καί. Leg. καί τι καί. Familiare librariis ut οι et ι permutent. Hinc apud Demetrium Pepag. c. xxxix, ποιεῖν pro πιεῖν legabatur. Idem error occurrit apud Synesium ms. *De febribus.* Locum prout in ms. legitur hic adponam : Ἐὰν δὲ ἐδῇ ἀπὸ τῆς ἀρχῆς τῆς νόσου ὅτι χρίζ ἡ φύσις εἰς

B τὸ καὶ νόσαι τὴν ἥλην καὶ ταυτ καινεῖν. Χρὴ ποιεῖν τὸ ἀποβλιθὲν τῶν ὀξυφηνικῶν ἢ τῶν δαμασκήνων καὶ ζέζυφον. Monstra verborum, qualia plurima in isto codice, alit hic locus, eum sic refingerem : Ἐὰν δὲ ἐδῇς α. τ. α. τ. ν. ὅτι χρήζει ἡ φ. ε. τὸ κενῶσαι τὴν ὕλην, δεῖ ταύτην κινεῖν aut κενοῦν. Χρὴ πιεῖν τ. α. τ. ὀξυφοινικῶν ἢ τ. δ. κ. ζιζύφων.

(78) Ἐλεφαντικοῖς. Illorum qui elephantiasti laborant conditionem, graphice describit Aretæus Cappadox, lib. II, c. 13, quem vide. Dicitur hic morbus Græcis recentioribus κελεφίασις. Vid. du Gange *Glossarium* in Append. Nonus cap. 232 : Ἐλέφας λέγεται, ὅπερ λέγουσι οἱ ἰδιῶται κελεφίασιν.

(79) Πινομένη. Hanc gemmam præterea collo appensam, contra febrem hemitritæam valere auctor est Q. Seren. Sam. p. 31 :

Coralium vero si collo nectere velles
Ne dubites illi virides miscere smaragdos :
Talia languenti conducent vincula collo,
Lethalesque abigent (miranda potentia) morbos.

C Vires ejus omnes recenset Habdarrhamanus tractatu III, *De Gemmis*, cap. 3 : *Imprimis præsentem affert venenis et serpentum morsibus medelam, nam potus ad pondus octo granorum hordei non solum eximit a morte eum qui venenum hausit, verum etiam impedit ne ejus decidant capilli aut pellis exuatur. Oculorum abigit caliginationes, et visum acuit, si frequentius illum patiens contemplabitur. Qui appensum gestat smaragdum, aut se eo sæpius consignat, ab epilepsia immunis erit : hinc præceperant medici, ut natis regum appenderetur. Appensus item, vel potus fluxui sanguinis strenue medetur. Smaragdum si intueatur vipera, illico oculi ejus lacrymantur. Ejus scobs epota lepram curat.*

(80) Ὑάκινθος. De hac gemma consulendi Plinius *H. N.* lib. xxxvii, cap. 9, et Marbodeus Gallus cap. 15. Glossæ mss. Marciani Capellæ : *Jacintus lapis est cæruleus mirabilis, aliquando nebulosus,*

D *aliquando purus ut fluctus, et est lucis purpureæ. Qui lapis tribuitur scorpioni propter nebulosum colorem.*

(80*) Ἰνδων. Legi debet vel Ἰνδῶν γῆ, vel Ἰνδία. Membrana habet simpliciter Ἰνδῶν. Maussacus.

(81) Πνευματώσεις. Vertit Maussacus *tusses.* Male. Vertend. *inflationes.*

(82) Δέ. Malim τέ. Plures præterea memorantur ab auctoribus virtutes hujus gemmæ. Sic ferunt eum gestantem a fulgure defendere, contra cujus ictus plura excogitavit veterum solertia. Refert Nonus cap. 259, p. 294, imperatores in navibus secum habuisse pelles phocarum aut hyænæ, quæ illos a fulgure tutarentur : Ταῦτα ἀποτρέπουσι κεραυνούς · καὶ βολδοὶ πλησίον κείμενοι, ἢ φώκης δέρμα, ἢ ὑαίνης · τούτων δὲ τῶν ζώων τὰς δορὰς περιφέρουσι καὶ τὰ τῶν αὐτοκρατόρων πλοῖα.

unus est qui ferrum attrahit, alter qui rejicit, lacte vero dissolutus visus acuitatem præbet, et melancholiam sanat.

Onyx maximus est, adeo ut Indi lectorum pedes ex eo tornent. Sublatus in terram omnem recipit colorem, aut carbunculi rutilum, aut nigrum aut carneum. Dissolutus vero phantasmata nocturna abigit et dentibus fluxione laborantibus attritus prodest.

Caprirus fronti appositus oculorum fluxiones sistit, ulceribus medetur si cum lacte bibatur, exsiccat autem et stypticus est sive astrictorius, et febribus acutis contrarius.

Sardonyx. Mediam habet hic lapis lineam albam, unicolor autem est, et oculorum sedat fluxiones, et in modum zonæ cinctus infantium in utero casus cohibet, qui vero variegatus est melancholicis prodest, si appendatur.

A ἀνόμαλος, καὶ ὁ μὲν τις ἐπισπᾶται τὸν σίδηρον, ὁ δὲ ἀναπτύει· ἀναλυόμενος δὲ γάλακτι ὀξυδορκίαν (53) ποιεῖ, καὶ μελαγχολίαν ἴᾶται (54).

Ὁ ὄνυξ (55) εὐμεγέθης ἐστὶ, ὥστε τοὺς Ἰνδοὺς πόδας κλίνης ἐντεῦθεν τορεύειν· διαρθεὶς δὲ πρὸς γῆν (56) παντοίαν ἀναφέρει χροιὰν, ἢ γὰρ ἀνθρακώδη, ἢ μέλαιναν, ἢ σαρκοειδῆ· ἀναλυθεὶς (57) δὲ ἐπέχει φαντασίας νυκτερινὰς, ὀδοῦσί τε ῥευματιζομένοις πατριβόμενος ὠφελεῖ.

Ὁ κάπρειρος (58) ἵστησι ῥεύματα ὀφθαλμῶν μετώπῳ περιαφθείς· ἑλκώσεις (59) ἴᾶται ποθεὶς μετὰ γάλακτος (60), ξηραντικὸς δέ (61) ἐστιν καὶ στυπτικὸς καὶ πυρετοῖς (62) ὀξέσιν ἀντίθετος.

Σάρδόνυξ (63). Ἡ λίθος αὐτὴ (64) μέσην ἔχει γραμμὴν λευκήν· ἔστι δὲ μονόχρως (65)· ὀφθαλμῶν ἵστησι
B ῥεύματα, καὶ διεζωσμένη (66) τοὺς τῶν ἐμβρύων (67) ἐπέχει ὀλίσθους· ἡ δὲ ποικίλη ὠφελεῖ μελαγχολικοῖς (68) ἐξαρτωμένη.

NOTÆ.

De simp. med. p. m. 123, Orpheus *De lapid.* p. 208, Marbodeus cap. 43. Unde dictus hic lapis docet Lucretius lib. VI, vs. 907 :

Quem magneta vocant patrio de nomine Graii,
Magnetum quia sit patriis in finibus ortus.

Attamen a Magnete inventore eum sic vocatum vult Plinius loc. cit. Etiam Ἡράκλεια λίθος dicitur. Theophylactus Simoc. *Quæst.* IV, p. 7 : Ἡ μαγνῆτις, ἣν καὶ Ἡράκλειαν λίθον φασι, τοῦ σιδήρου διέστηκε, καὶ ὅμως διὰ μέσου τοῦ ἀέρος ὁρῶμεν τὴν ἐνέργειαν προβαλλομένην τὴν λίθον. Quæ sequuntur apud Theophylactum corrupta sunt, quæ hic simul emendabimus : Ἐπεὶ δ' ἂν οὐκ ἐξικνοῦνται, ἔστιν ὅτε οἱ ταύτης πρὸς τὸν ἄῤῥενα κλάδοι, σοφόν τι παλαμῶνται ταύτῃ οἱ φυτουργοὶ πρὸς τὸν ἔρωτα. Verba
C ἔστιν ὅτε male ibi esse collocata vidit jam Kimedoncius qui proinde corrigit ἐξικνοῦντες ἔστιν οἱ. Sed nihil mutandum, verba leviter transposita, restitue ἐξικνοῦνται οἱ ταύτης — κλάδοι, ἔστιν ὅτε σοφόν, κ. τ. λ.

(53) Ὀξυδορκίαν. Quis non videt legendum ὀξυδορκίαν? Mussacus.

(54) Ἴᾶται. Arthriticis præterea hunc lapidem prodesse testatur Alexander Trallianus lib. XI, p. 656 : καὶ ἡ μαγνῆτις δὲ λίθος φορουμένη τῶν ἀρθριτικῶν θεραπεύει τὰς ἀδύνας.

(55) Ὄνυξ. Plinius lib. XXXVII, cap. 6, Marbodeus cap. 9. Pro ἐντεῦθεν in Maussaci editione typographorum incuria legitur ἐντεῦθεν.

(56) Πρὸς γῆν. Suspicor legendum πρὸς αὐγήν. Sic truncant librarii modo initia modo fines vocum. Redit mihi in mentem locus Aristæneti, ubi pariter vocabuli finis neglectus illum obscurum reddit, lib. I. Epist. 15, pag. 102 : Ἥρωτος δὲ φανέντος, γέγονε, ῥίψασπις εὐθὺς, ὁ τέως θρασὺς, καὶ τὴν δεξιὰν ἀκοντὶ, προσανατείνας, ὡμολόγει τὴν ἥττα. Corrigunt viri docti ἐκοντὶ
D aut ἀκοντὶ, sed vereor ne locus in graviori mendo cubet; forte legendum καὶ τῇ δεξιᾷ ἀκόντιον προανατείνας. Interdum nimis liberaliter litteram addidere librarii. Plutarchus *De fluminibus* pag. 59 ed. Maussaci, de lapide clitoride : Ἔστι δὲ λίαν μελάγχρους, ὃν κόσμου χάριν οἱ ἐγχώριοι φοροῦσιν ἐν τοῖς Σωτηρίοις. Sic edidit Maussacus, corrigo, ἐν τοῖς ὠταρίοις. Favet codex ms. in quo legebatur Σωτάροις.

(57) Ἀναλυθείς. Suspectum mihi hoc verbum. Quomodo enim lemures dissolutus valet abigere? Neque additur in quonam liquido solvendus sit. Vereor ne quid desit, aut ne hoc verbum sit corruptum. Forte leg. ἀναρτηθείς, *suspensus*. Cæterum contrarium hanc gemmam facere tradit Marbodeus loc. cit. :

A collo suspensus onyx, digitove ligatus,
In somno lemures et tristia cuncta figurat,
Muliplicat lites, et commovet undique rixas.
Dicitur et pueris nimias augere salivas.

Sic leguntur hi versus in editione Jani Cornarii. Pictorius in secundo vs. pro *figurat* edidit *repellit*. Quartus autem sic apud eum legitur;

Dicitur in pueris multas augere salivas.

(58) Κάπρειρος. Vel ordo docet legendum esse Σάπφειρος, quod etiam virtutes ejus satis commonstrant. De sapphiro videndi Dioscorides lib. V, cap. 157, Plinius lib. XXXVII, cap. 9; Galenus lib. VIII. *De simplic. medic.*, p. m. 123; Marbodeus. cap. 53. Conf. Jo. Langii *Epist. medic.* lib. II, ep. 49, p. 719.

(59) Ἑλκώσεις. Dioscorides loc. cit. Πίνεται δὲ καὶ πρὸς τὰς ἐντὸς ἑλκώσεις. Marbodeus loc. cit.

Contritus lateri superillitus ulcera sanat.
Tollit et ex oculis sordes, et fronte dolores.

Ita edidit Pictorius. Cornarii editio ad mentem Pselli habet :

Contritus lacte et superillitus ulcera sanat.

(60) Γάλακτος. Cum lacte, vino, aceto vel etiam aqua hos lapides exhibebant. Emendemus hac occasione Orpheum *De lapid.*, p. 234, vs. 43 :

αἰὲν ἑταίρους,
Γινέμεναι νύμφαις ἐνὶ νηϊάδεσσι κέλευε.

Vertit interpres :

Semper amicos
Tuos inter nymphas Naiades versari jube.

At legendum πινέμεναι, non γινέμεναι.

(61) Δέ. Mallem γὰρ, et istud δὲ post ἑλκώσεις constituere.

(62) Πυρετοῖς. Marbodeus loc. cit. :

Scilicet ardorem refrigerat interiorem.

(63) Σαρδόνυξ. Plinius lib. XXXVII, cap. 1 et 12; Solinus cap. 45, Marbodeus cap. 56.

(64) Αὐτὴ. Leg. Αὕτη.

(65) Μονόχρως. At hoc verum non est, et ipse auctor mox variegatam gemmam memorat. Parum sanus et hic locus mihi videtur. Forte aliquid excidit et locus sic suppleri posset : Ἔστι δὲ ἡ μὲν ποικίλη, ἡ δὲ μονόχρως· καὶ ἡ μὲν ὀφθαλμῶν, κ. τ. λ.

(66) Διεζωσμένη. Vertit Maussacus, *et in modum zonæ cinctus*. Male. Verto, *et in cingulo gestatus*.

(67) Τὰς τῶν ἐμβ. Restitue τοὺς ὀλισθοὺς, id est lubricitates. Maussacus.

(68) Μελαγχολικοός. Repone μελαγχολικοῖς. Id.

Ὁ σεληνήτης (69) · καλεῖται δὲ οὗτος (70), ὅτι ὀφθαλμὸν (71) οἷόν τινα (72) συναυξόμενον τοῦτον καὶ συμμειούμενον ταῖς τῆς σελήνης αὐξήσεσι (73) καὶ συμμειώσεσι (74) δείκνυται (75).

Ἡ σμάραγδος (76) πρασοειδής ἐστι καὶ ἠρέμα χρυσίζουσα καί τοι καὶ (77) τοῦ γλαυκοῦ παρεμφαίνουσα χρώματος. Γεννᾷ δὲ ταύτην καὶ Αἰθιοπία καὶ Αἴγυπτος, καὶ Περσὶς καί τινα ὄρη τῆς Ἀττικῆς · αὕτη καταπλαττομένη μεθ' ὕδατος ἐλεφαντικοῖς (78) βοηθεῖ· πινομένη (79) δὲ μεθ' ὕδατος αἵματος ἐπέχει ῥοάς.

Ὑάκινθος (80). Τοῦτον τίκτει μὲν Ἰνδία · ἔστι δὲ θαλαττόχρως · ἴᾶται δὲ πνευματώσεις (81) καὶ ῥήγματα, μελαγχολίαν δὲ (82) παύει σὺν ὄξει ποθείς.

A Selenetes ideo vocatur hic lapis, quia cum quemdam quasi oculum habeat, eum cum luna decrescere et augescere ostendit.

Smaragdus prasineus est et paulatim accedens ad auri colorem, licet semper glauci aliquid proferat. Progenerant autem hunc Æthiopia et Ægyptus et Persis et quidam Atticæ montes. Cum aqua impositus ut cataplasma leprosos adjuvat, et si cum aqua etiam bibatur, retinet fluxum sanguinis.

Hyacinthus. Hunc India gignit, est autem marini coloris, et tusses rupturasque ac melancholiam cessare facit, si cum aceto bibatur.

NOTÆ.

(69) Σεληνήτης. Leg. Σεληνίτης. Dioscorides lib. v, cap. 159; Plinius lib. xxxvii *H. N.*, cap. 10; Marbodeus Gallus cap. 31.

(70) Οὗτος. Leg. οὕτως. Verba δὲ οὕτως et sequens τοῦτον omisit cl. Salmasius *De homon. Hyl. Iatr.*, cap. 119, p. 220, ubi de hoc lapide agit et hunc Pselli locum citat.

(71) Ὀφθαλμῶν. Melius ὀφθαλμὸν, ut restituimus. Post σμάραγδος ordo alphabeticus requirit ut statim sequatur τοπάζιον. Sed ms. codex hunc lapidem in ultimum locum rejecit, nos ordinem non mutavimus. Maussacus.

(72) Τινά. Quivis facile videt post τινά excidisse ἔχων. Recordor hic loci alicujus Xenophontis Ephesii, ubi similiter verbum omissum est lib. II, p. 23: Ἡ δὲ Ἀνθία — εἶπεν. Ταχέως δὲ τῶν ὅρκων ἀναγκαζόμεθα. Videtur deesse ἐπιλαθέσθαι, qua locutione iterum utitur lib. v, p. 86 : Ἡ μή τις ἠνάγκασέ σε ἐπιλαθέσθαι τῶν ὅρκων τε κἀμοῦ.

(73) Αὐξήσεσι. Testantur hoc auctores modo laudati. Marbodeus l. c. :

Nec Selenitem fas est omnino taceri,
Quæ velut herba virens et jaspidis æmula gemma,
Lunares motus et menstrua tempora servat,
Crescit enim luna crescente, minorque minuta
Efficitur, tanquam cœlestibus anxia damnis;
Idcirco sanctus lapis a plerisque vocatur.

(74) Σημειώσεσι. Legendum est συμμειώσεσι. Maussacus.

(75) Δείκνυται. Mutilum procul dubio hoc caput. Nihil enim de viribus hujus lapidis refert, cujus tamen plures ab auctoribus celebrantur. Marbodeus l. c. :

Dicitur esse potens ad amorem conciliandum,
Languentes etiam phtisicos juvare putatur.
Toto gestatus crescentis tempore lunæ,
Nec minus et toto per decrementa fluentis
Effectus miros et commoda plurima præstat.
Hanc autem gemmam memorant in Perside nasci.

Nonnus *Dionysiac.* lib. xxxii, p. m. 527 :

Εἶχε δὲ πέτρον ἐκεῖνον, ὃς ἀνέρας εἰς πόθον ἕλκει,
Οὔνομα φαιδρὸν ἔχοντα ποθοβλήτοιο σελήνης.

(76) Σμάραγδος. Vid. Plinius *H. N.* lib. xxxvii, cap. v, et Marbodeus cap. liv. Glossæ mss. Marciani Capellæ, quas mihi utendas dedit vir nobilissimus Arthurus Freeman: *Smaragdus gemma est viridissima super omnes herbas et frondes, inde nomen assumens quod amara est. Omne enim viride amarum. Datur cancro hæc gemma.*

(77) Καί τοι καί. Leg. καί τι καί. Familiare librariis ut οι et ι permutent. Hinc apud Demetrium Pepag. c. xxxix, ποιεῖν pro πιεῖν legabatur. Idem error occurrit apud Synesium ms. *De febribus.* Locum prout in ms. legitur hic adponam : Ἐὰν δὲ ἴδῃ ἀπὸ τῆς ἀρχῆς τῆς νόσου ὅτι χρίζ ἡ φύσις εἰς

B τὸ καὶ νόσαι τὴν ἥλην καὶ ταυτ καινεῖν. Χρὴ ποιεῖν τὸ ἀποβλιβὲν τῶν ὀξυφηνικῶν ἢ τῶν δαμασκήνων καὶ ζέζυφον. Monstra verborum, qualia plurima in isto codice, alit hic locus, eum sic refingerem : Ἐὰν δὲ ἴδῃς α. τ. α. τ. ν. ὅτι χρήζει ἡ φ. ε. τὸ κενῶσαι τὴν ὕλην, δεῖ ταύτην κινεῖν aut κενοῦν. Χρὴ πιεῖν τ. α. τ. ὀξυφοινικῶν ἢ τ. δ. κ. ζιζύφων.

(78) Ἐλεφαντικοῖς. Illorum qui elephantiasti laborant conditionem, graphice describit Aretæus Cappadox, lib. II, c. 13, quem vide. Dicitur hic morbus Græcis recentioribus κελεφίασις. Vid. du Gange *Glossarium* in Append. Nonus cap. 232 : Ἐλέφας λέγεται, ὅπερ λέγουσι οἱ ἰδιῶται κελεφίασιν.

(79) Πινομένη. Hanc gemmam præterea collo appensam, contra febrem hemitritæam valere auctor est Q. Seren. Sam. p. 31 :

Coralium vero si collo nectere velles
Ne dubites illi virides miscere smaragdos :
Talia languenti conducent vincula collo,
Lethalesque abigent (miranda potentia) morbos.

C Vires ejus omnes recenset Habdarrhamanus tractatu III, *De Gemmis*, cap. 3 : *Imprimis præsentem affert venenis et serpentum morsibus medelam, nam potus ad pondus octo granorum hordei non solum eximit a morte eum qui venenum hausit, verum etiam impedit ne ejus decidant capilli aut pellis exuatur. Oculorum abigit caliginationes, et visum acuit, si frequentius illum patiens contemplabitur. Qui appensum gestat smaragdum, aut se eo sæpius consignat, ab epilepsia immunis erit : hinc præceperant medici, ut natis regum appenderetur. Appensus item, vel potus fluxui sanguinis strenue medetur. Smaragdum si intueatur vipera, illico oculi ejus lacrymantur. Ejus scobs epota lepram curat.*

(80) Ὑάκινθος. De hac gemma consulendi Plinius *H. N.* lib. xxxvii, cap. 9, et Marbodeus Gallus cap. 15. Glossæ mss. Marciani Capellæ : *Jacintus lapis est cæruleus mirabilis, aliquando nebulosus,*
D *aliquando purus ut fluctus, et est lucis purpureæ. Qui lapis tribuitur scorpioni propter nebulosum colorem.*

(80*) Ἰνδων. Legi debet vel Ἰνδῶν γῆ, vel Ἰνδία. Membrana habet simpliciter Ἰνδῶν. Maussacus.

(81) Πνευματώσεις. Vertit Maussacus *tusses.* Male. Vertend. *inflationes.*

(82) Δέ. Malim τέ. Plures præterea memorantur ab auctoribus virtutes hujus gemmæ. Sic ferunt eum gestantem a fulgure defendere, contra cujus ictus plura excogitavit veterum solertia. Refert Nonus cap. 259, p. 294, imperatores in navibus secum habuisse pelles phocarum aut hyænæ, quæ illos a fulgure tutarentur : Ταῦτα ἀποτρέπουσι κεραυνούς · καὶ βολβοὶ πλησίον κείμενοι, ἢ φώκης δέρμα, ἢ ὑαίνης · τούτων δὲ τῶν ζώων τὰς δορὰς περιφέρουσι καὶ τὰ τῶν αὐτοκρατόρων πλοῖα.

Chrysolithus. Oculorum doloribus omnino adversatur.

Chryselectrum. Hoc circa collum si gestatur, febres pellit.

Chrysoprasus. Hic circa primam palmæ partem gestatus præbet visus acuitatem, et stomachi ac cordis doloribus medetur, et inflationes ac tumores dissolvit.

Chalazias. Albus hic est et solidus et parvo crystallo similis. Circumappensus vero medetur scorpiorum plagis.

Topazius lapis est pellucidus, vitro similis, nascitur autem in Arabico, ut dicunt, sinu, in insula quadam marina, et quamdiu dies est videri non potest, sol enim ejus splendorem occultat, at noctu procul relucet. Asper invenitur et inæqualis, sed instrumentis mechanicis lævigatur; hic furibundos in pristinum statum restituit si teratur et potetur, quæ omnia etiam exsequitur si alligetur.

Harum vero quæ in lapilis inveniuntur virtutum causas plures ausi sunt reddere, ut ex antiquioribus sapientibus Anaxagoras, Empedocles et Democritus, ex his autem qui paulo ante nos vixerunt Alexander Aphrodisiensis ad omnia etiam naturæ occultiora enucleanda, ut plura paucis complectar, promptissimus. Sufficiat itaque tibi cujuslibet lapidis virtus et energia, rationes vero et causas thesauris qui supra nos sunt, relinquas.

A Χρυσόλιθος (83) ἀντίθετον σχῆμα ποιεῖ πάθεσιν ὀφθαλμῶν (84).

Χρυσήλεκτρος (85)· οὗτος φορούμενος περὶ τράχηλον, σβέννυσι πυρετούς.

Χρυσόπρασος (86), οὗτος περὶ τοὺς καρποὺς (87) φορούμενος παρέχει ὀξυδορκίαν, στομάχου (88) τε ἰᾶται καρδιαλγοῦντας, καὶ λύει ἐμπνευματώσεις (89).

Χαλαζίας (90), λευκός ἐστι οὗτος καὶ στερεὸς, καὶ κρυστάλλῳ μικρῷ ἐοικώς. Περιαρτώμενος δὲ ἴᾶται σκορπίων πληγάς.

Τοπάζιον (91) λίθος ἐστὶ διαφανὴς ὑέλῳ παρεμφερής· φύεται δὲ εἰς τὸν Ἀραβικὸν λεγόμενον κόλπον ἔν τινι πελαγίᾳ νήσῳ, καὶ ἡμέρας μὲν οὐχ ὁρᾶται, κρύπτει γὰρ αὐτοῦ τὸ φέγγος ἥλιος· νυκτὸς δὲ διαλάμπει πόῤῥωθεν, καὶ τραχὺς μὲν εὑρίσκεται καὶ B ἀνόμαλος, τεχνικοῖς δὲ ὀργάνοις λεαίνεται· οὗτος μαινομένους ἀποκαθίστησι τριβεὶς καὶ ποθεὶς· δρᾷ δὲ τὰ αὐτὰ καὶ περίαπτος.

Τούτων δὲ τῶν παρὰ τοῖς λίθοις δυναμένων αἰτίας πολλοὶ ἐθάῤῥησαν ἀποδοῦναι, τῶν μὲν ἀρχαιοτέρων σοφῶν Ἀναξαγόρας (92) καὶ Ἐμπεδοκλῆς καὶ Δημόκριτος (93)· τῶν δὲ οὐ πολὺ πρὸ ἡμῶν ὁ ἐκ τῆς Ἀφροδισίας Ἀλέξανδρος, ἄνθρωπος περὶ πάντων ἁπλῶς εἰπεῖν, καὶ τῶν ἀποῤῥήτων τῆς φύσεως προχειρότατος. Σοὶ δὲ ἀποχρῶσα ἔστω ἡ ἑκάστου τῶν λίθων δύναμις καὶ ἐνέργεια· τοὺς δὲ λόγους αὐτῶν καὶ τὰς αἰτίας παρὰ τοῖς ἄνω θησαυροῖς ἔασον.

NOTÆ.

(83) Χρυσόλιθος. Plinius lib. XXXVII, cap. 9; Marbodeus cap. 11. Etiam ἱερὸς λίθος dicitur. Glossæ Chemicæ p. 130 : Ἱερὸς λίθος ἐστὶν χρυσόλιθος. C

(84) Ὀφθαλμῶν. Contra epilepsiam hunc commendat Alexander Trallianus lib. I, cap. 15, p. 85. Multas ejus dotes recenset Marbodeus loc cit. :

Esse phylacterium fixus perhibetur in auro,
Contra nocturnos fortis tutela timores.
Pertusus setis si trajiciatur ascelli,
Dæmonas exterret et eos agitare putatur,
Trajectum lævo decet hunc gestare lacerto.
Æthiopes tegimus nobis hanc mittere gemmam.

Conf. quæ ad h. l. notat. Pictorius.

(85) Χρυσήλεκτρος. Plinius lib. XXXVII, cap. 3; Marbodeus, cap. 17. — Alii in neutro χρυσήλεκτρον dicunt. MAUSSACUS.

(86) Χρυσόπρασος. Plinius lib. XXXVII, cap. 8 et 11 : Solinus Polyh. cap. 65; Marbodeus cap. 12.

(87) Περὶ τοῦ καρ. Lege περὶ τοὺς καρποὺς, circa primam palmæ partem; ita enim Celsus καρπὸν explicat. MAUSSACUS. D

convenienter, usque ad sententiam juramentum revocetur. Non facilis est quæstio de juramento in litem. Si quis forte usuras supra modum confessus est, cessat exactio ejus quod est contra legem, quod vero legitimum est solvitur. Usuræ indebitæ si ante sortem solutæ sint creditori, partem sortis faciant : si vero quis solvit post sortem, omnino repetat, sic visum legi. Usuræ debiti particulatim solutæ duplum recte non excedunt. Mortis causa alicui donans, convalescens repetit illico quod dedit, cum fructibus, fœtibus, et accessionibus. Qui non est hæres, tanquam hæres aliquid solvens, repetit solutum, o imp. Dos ne publicetur, mariti bonis publicatis. Tutor et curator solventes, nihil ex solutis repetunt. Si debitor sine usuris debitum habeat, potest creditor ex fructibus retinere, et illud faciet commode usque ad legitimas usuras. Si cum fiscus pignus distrahit, creditor silet, rem remisit. Creditor volens pignus distrahere, manifestam faciat suam voluntatem debitori. Socer et soc us sponso puellæ aliquid dantes, soluto matrimonio non repetunt. Mutua affectio nuptias perficit sine accessione dotalium instrumentorum, nisi protospa-

C tharius, vel superioris dignitatis sit. Si quis contra legem nefarias nuptias contraxerit, propriarum rerum jacturam patiatur, nisi ex prioribus legitimis nuptiis pater factus sit. Mulieris emancipatæ soluto matrimonio dos recte restituatur, sic placet enim legibus : si vero illa in potestate sit, et dos a patre profecta fuerit, communis est patris et filiæ repetitio. Datur dos mulieri etiam constante matrimonio, ut det creditoribus, agros emat, vel ut liberis ex alio matrimonio prospiciat. Divisio impensarum hæc est, quædam ut necessariæ, quædam propter lucrum, aliæ propter voluntatem insumptæ sunt : necessariæ, moles in mare projecta, inserere novas vites et arbores, et ad usum agri seminarium facere : utiles meliorem dotem

D faciunt, quales sunt novelleta et pistrinum : quæ dotem quidem non minuunt, tamen repetuntur; idem circa voluptuarias. Nemo contra uxorem furti actionem moveat, sed rerum amotarum. Maritus æstimatam dotem accipiens, res dotales non videtur accipere, sed solum capit rerum æstimationem, quam præstat soluto matrimonio. Mater filiæ, ut legibus placuit, non cogitur dotem dare. Mulier potest etiam adhuc constante matrimonio,

(17) Μώλως.

Ἃ προῖκα οὐ μειοῦσι μὲν ἀλλ' ὅμως ἀπαιτοῦνται,
Περὶ τὰ δαπανήματα τὰ τέρψιν ἐμποιοῦντα.
Μηδεὶς κατὰ τῆς γυναικὸς κλοπῆς κινείτω δίκην,
Ἀφαίρεσιν κινείτω δὲ τῶν κλαπέντων πραγμάτων.
Προῖκα λαβὼν ὁ σύζυγος διατετιμημένην,
Οὐχὶ τὰ πράγματα δοκεῖ λαμβάνειν τὰ προικῷα,
Μόνην δὲ διατίμησιν ὧν ἔλαβε πραγμάτων,
Ὧν τὴν τιμὴν εἰσπράττεται τοῦ γάμου λυομένου.
Ἡ μήτηρ ὑπὲρ θυγατρὸς, ὡς ἔδοξε τοῖς νόμοις,
Οὗ φασιν ἀναγκάζεται προῖκα ἐπιδιδόναι.
Γυνὴ τῶν γάμων δύναται ἔτι συνισταμένων,
Βλέπουσά πως τὸν σύζυγον ἄπορον πεφυκότα
Ὡς ἐνυπόθηκον κρατεῖν τὴν ἐκείνου οὐσίαν,
Οὐ μόνως ὑπὲρ τῆς προικὸς, ἀλλὰ καὶ ἐξωπροίκων,
Ὑπὲρ προγαμιαίων τε δικαίων δωρημάτων.
Οὐχὶ συναίνεσις πατρὸς, ἀλλὰ νόμιμος πρᾶξις,
Τῆς ὑπεξουσιότητος ἐλευθεροῖ τὸν παῖδα·
Εἰ δέ τις ἔχων φυσικοὺς παῖδάς τε καὶ νομίμους,
Καὶ τῆς τῶν φυσικῶν υἱῶν ἔτι ζώσης μητέρος,
Τοῖς φυσικοῖς αὐτῆς παισὶ πρὸς δὲ καὶ τῇ τεκούσῃ,
Οὐ δύναται καταλιπεῖν πλέον μιᾶς οὐγγίας,
Παίδων δ' οὐκ ὄντων φυσικῶν, ἡ συνοικοῦσα μόνως,
Ἐχέτω ἡμιούγγιον τῶν ἐκείνου πραγμάτων,
Εἰδ' οὔτε παῖδας ἔχοι τις ἐννόμους ἢ γονέας,
Διδότω πᾶν εἴ βούλεται τὸ μέτρον τῆς οὐσίας,
Τοῖς φυσικοῖς αὐτοῦ παισὶν, οὐδεὶς γὰρ ὁ κωλύων.
Εἴ δ' ἀποθνήσκων ἔχοι τις τινὰς τῶν αὐτόντων,
Διδότω τὸν νόμιμον οὗτος αὐτοῖς μερίδα,
Τὸ δὲ λοιπὸν τοῖς φυσικοῖς παισὶν ἀποκληρούτω.
Εὐνοῦχος, σπάδων δύναται υἱοθετεῖν καὶ μόνως,
Τοῦτο γὰρ ἀπηγόρευται καστράτοις καὶ θλιβίαις,

A Ὁ γάρ τοι σπάδων δύναται παιδοποιῆσαι τάχα.
Εἴ τις ποιήσας πρότερον ἐννόμως διαθήκην,
Δευτέραν ἄλλην γράψειεν, ἡ πρώτη μὴ ῥηγνύσθω
Εἰ μή γε πρῶτον κυρωθῇ νομίμως ἡ δευτέρα.
Οὐ διατίθεται ἐτῶν ἥττων δεκατεσσάρων.
Ὁ μὴ διδοὺς τοῖς μάρτυσι πάροδον μαρτυρίας,
Ὑφίσταται τὴν ἔκπτωσιν τοῦ κλήρου παραυτίκα.
Τὰ παραχαραττόμενα ἢ ἀπαλῃλειμμένα,
Εἰ μὲν κατ' εἴδησίν εἰσι τοῦ διατιθεμένου,
Ἄκυρα πάντως πέφυκεν, εἰ δ' οὔ, ἐῤῥώσθω πάντα.
Αἱρετική τις ἔνστασις εἴ τις οὕτω συγγράφει,
Ἐὰν αὐτὸς πεντήκοντα ἐτῶν ἀποβιώσω,
Ὁ Νικηφόρος ἔστω μου τοῦ βίου κληρονόμος.
Τί ἐστι φιδεκόμισσον ἐάν τις οὕτω εἴπῃ,
Ἀποκατάστησον, υἱὲ, τῷ δεῖνι τόδε πρᾶγμα,
B Τὸ δέ γε φιδεκόμισσον τὸ καθ' ὁμάδα τοῦτο,
Πᾶσαν ἀποκατάστησον τὴν ἐμὴν τούτῳ κτῆσιν.
Ἐν διαθήκῃ ἄχρηστον οὐδεὶς κληρονομίαν
Ἐν κωδικέλλοις βεβαιοῖ, δόξαν οὕτω τῷ νόμῳ.
Πρὸ δὲ διατυπώσεως κωδίκελλοι γραφέντες,
Μετὰ τὴν διατύπωσιν εἰ μὴ βεβαιωθῶσιν,
Οὐδὲν ὅλως ἰσχύουσιν ὥσπερ ἠθετημένοι.
Ἐπίτροπος ἐπιτροπῆς παυθείσης διδοῖ τόκους,
Μέχρις ἂν ἐλλογιστεύθῃ τὰ τῆς ἐπιτροπίας.
Ἐπίτροπος ὠνούμενος, προσώπῳ παρενθέτῳ,
Οὐκ ἔχει τὴν ἐξώνησιν τοῖς νόμοις ἐῤῥωμένην.
Εἰ μὲν μετὰ προκάταρξιν τῆς κατὰ διαθήκης
Μέμψεως ἡ διάλυσις προβαίη κατὰ νόμους,
Ἔχε τὴν διατύπωσιν τελείως ἐῤῥωμένην.
Ὁ παρὰ γυναικός τινος υἱοθεσίαν ἔχων,
Καθ' ὧν αὐτὴ διέθετο κινεῖν οὐκ ἐξισχύει,

Vers. 1332

si maritum inopem fieri videat, illius substantiam tanquam ex hypotheca sibi habere, non solum pro dote, sed etiam pro paraphernis et juribus donationum antenuptialium. Non patris consensus, sed actus legitimus, liberat filium a patria potestate. Si quis naturales liberos, et legitimos habeat, et naturalium liberorum mater adhuc vivat, ipsi matri et ejus naturalibus liberis, non potest relinquere ultra unam unciam : si vero non exsistant naturales liberi, sed solum concubina, illa rerum ejus dimidiam unciam habeto : si vero neque legitimos liberos, neque parentes habeat, omnem substantiam, si velit, filiis naturalibus det, nemo enim prohibet : si vero decedens aliquos ascendentium habeat, det illis legitimam partem, reliquum vero naturalibus liberis relinquat. Eunuchus et spado solum adoptare possunt, illud enim castratis et tblibiis prohibetur, nam spado potest forte liberos generare. Si quis legitime prius testamentum condiderit, et aliud secundum scripserit, prius ne rumpatur, nisi ante secundum jure robur obtineat. Minor quatuordecim annis testari non potest. Non dans testibus viaticum testimonii, illico jacturam hæreditatis sustinet. Quæ cancellata, vel deleta sunt, si quidem sciente testatore, omnino irrita sint: si vero secus C omnia valeant. Institutio conditionalis est, si quis ita scribit : si ipse annorum quinquaginta moriar, Nicephorus mihi hæres esto. Fideicommissum est, si quis ita dixit, rem tali, fili, restituito. Universale vero fidei commissum est illud, omnem meam substantiam illi restituito. Inutiliter datum testamento hæreditatem, nemo codicillis confirmat, sic placuit legi. Codicilli scripti ante testamentum, nisi postea testamento confirmentur, penitus non valent, ac si scripti non essent. Tutor finita tutela dat usuras, quo usque tutelæ rationes reddiderit. Tutor emens rem pupillarem per interpositam personam non habet emptionem legibus roboratam. Licet post litis contestationem transactio super quærela de inofficioso facta secundum leges procedat testamentum tamen perfecte D valeat. A muliere adoptatus contra ejus testamentum quærelam movere non potest. Tutor bonorum possessionem potest petere, nullo modo vero repudiare. Primus gradus non est generis ex latere, solus enim ille est eorum qui supra, et qui infra sunt : supra quidem parentes, infra liberi : amborum patris et filii primus est gradus : liberi præferuntur in successione : parentes vero potiores sunt illis qui ex latere veniunt, exceptis fratribus fratrumque filiis: illi quibus partes

Αἰτεῖν μὲν διακατοχὴν ἐπίτροπος ἰσχύει,
Ὑποῦσαν παραιτεῖσθαι δὲ οὐ δύναται κἂν ὅλως.
Ἡρῶτος βαθμὸς οὐ πέφυκε τοῦ ἐκ πλαγίοτ γένους,
Μόνος γὰρ οὗτος πέφυκε τῶν ἄνω, καὶ τῶν κάτω,
Τῶν ἄνω μὲν οἱ φύσαντες, οἱ φύντες δὲ τῶν κάτω,
Ἀμφοῖν δὲ τέκνου καὶ πατρὸς ὄντος βαθμοῦ τοῦ [πρώτου,
Οἱ παῖδες προτετίμηνται εἰς τὴν κληρονομίαν,
Οἱ δὲ γονεῖς τυγχάνουσι πρῶτοι τῶν ἐκπλαγίου,
Ἐξηρημένων ἀδελφῶν καὶ τῶν ἀδελφοπαίδων,
Οἷς μέλη περισσεύουσι παῖδες εἰσὶν εἰκότως.
Κεφαλικῷ ἡ ἔγκυος ἐγκαταδικασθεῖσα.
Ἐλεύθερον υἱὸν γεννᾷ, δόξαν οὕτω τοῖς νόμοις.
Θείου δικαίου πέφυκεν ἔνια τῶν πραγμάτων,
Ὡς ἱερὰ, καὶ μνήματα, καὶ πόρται, καὶ τειχία,
Ἄλλα δέ εἰσιν ἀνθρώπινα, ἃ δὴ καὶ τέμνων καλεῖ,
Τὰ μὲν ὡς ἰδιωτικὰ, τὰ δὲ δημόσιά πως,
Ταῦτα μὲν τῆς κοινωνήματος, τὰ πρῶτα τῶν καθ' [ἕνα.
Εἰς πόρνην δόσις ἄσεμνος ἔῤῥωται κατὰ νόμους,
Τὴν δ' ἐῤῥωμένην δωρεὰν, οὐδ' αὐτοκράτωρ παύει.
Πάντα μὲν χρησιμώτατα τὰ Λεόντος βιβλία.
Ὁλούχρηστον δὲ πέφυκε τούτων τὸ τελευταῖον,
Τῆς συγγενείας οἱ βαθμοὶ σταυρικῶς γεγραμμένοι,
Ἄνω καὶ κάτω, δέσποτα, διχόθεν δ' ἐκ πλαγίου,
Δηλώσουσί σοι τοὺς βαθμοὺς, τοὺς πρώτους, τοὺς [ἐσχάτους,
Κἂν οὕτως (17) παραγράφεις τούτοις ἄναξ, τὸν [στίχον,
Εὐσύνοπτον ποιήσει σοι τὴν γνῶσιν τῶν γραφέντων.
Μάθε καὶ τὸν ζητούμενον σήμερον πλέον νόμον.
Ὃν ὁ πρεσβύτης Ῥωμανὸς εἰσήνεγκε τῷ βίῳ,
Οὕτως καὶ γὰρ ἐκώλυσε τὰς πράσεις τοῖς χωρήταις,

A Τὰς πρὸς μεγάλα πρόσωπα τὸ πρῶτον γινομένας,
Τούτοις γὰρ ἀπετείχισε μέχρι καὶ τῶν ἐσχάτων,
Χωρητικὴν ἀγροικικὴν ὅλως κτήσασθαι κτῆσιν,
Ἢ ἀγοραῖς ἢ δωρεαῖς ἢ καὶ κληροδοσίαις.
Ἀντιστροφὴ καὶ γὰρ αὐτοῖς ἀνάργυρος ἐτάχθη.
Καὶ τοῖς πωλῆσαι μέλλουσι τῶν χωριτῶν ἐνίων
Τὴν κτῆσιν τὴν ἀκίνητον ἣν ἔσχον ἐν χωρίοις,
Δέδωκεν εἰς ἐξώνησιν τοὺς συμπαρακειμένους,
Ὧν πρῶτον μὲν οἱ κείμενοι τῶν συγγενῶν πλησίον,
Μεθ' οὓς οἱ μόνον ἀναμὶξ τούτοις συμβεβλημένοι,
Καὶ μετ' αὐτοὺς ὁμοτελεῖς συμπαρατεθειμένοι,
Μεθ' οὓς οἱ μέρει συναπτοί· οὗτοι γὰρ τελεόταίων,
Τυγχάνουσι δ' ὁμοτελεῖς ὡς ἤρεσε τοῖς νόμοις,
Ὁμοῦ πάντες οἱ τῆς αὐτῆς ὑποταγῆς τυχόντες,
Κἂν διαφόρων ἔχωσι τελέσματα τοπίων.
Ὁ δὲ πορφυρογέννητος Βασίλειος δεσπότης,
B Τοῖς δυτατοῖς ἀπέκλεισε πᾶσαν ἰσχὺν τοῦ χρόνου,
Κἂν εἴποις τεσσαράκοντα, κἂν εἴποις δὶς τοσούτους,
Ἀπεῖπε δὲ τοῖς δυνατοῖς τιμὰς ἀναλαμβάνειν,
Ὧν ἴσως ἠγοράκασι ἐκ χωριτῶν τοπίων,
Τὸν νόμον δ' ἀντανέλυσε τοῦτον ἀπὸ τοῦ πάππου,
Τὴν πᾶσαν ἔχειν δύναμιν τῶν διηγορευμένων.
Εἰ δέ τινες τῶν χωριτῶν εὐκτήρια τελοῦντες
Κλήσεις ἐπιτεθήκασι τούτοις μοναστηρίων,
Κἀντεῦθεν ἐκπροφάσιστον ὁρμὴν ἐφευρηκότες,
Τῶν ἐπισκόπων ἔνιοι ἐκράτησε τὸν τόπον,
Ἐναίρεσιν ἡ νεαρὰ τούτων πάντων ποιεῖται,
Καὶ πάλιν ἀποδίδωσι τὰς κτήσεις τοῖς χωρίταις.
Εἴ δ' ἴσως ἐπηυξήθησαν αἱ κτήσεις αἱ τοιαῦται,
Πολλοί τε ἀπεκάρησαν τῶν πεπληστιακότων,
Ἐπίδοσίς τις γέγονε τούτων τῶν εὐκτηρίων,
C Ὀκτὼ καὶ δέκα μοναχῶν τούτοις ἀποκαρέντων,
Τούτων οὐδὲν ἀνῄρητο καλῶς ὁνομοθέτης.

Vers. 1394

abundant recte filii sunt. Prægnans ultimo supplicio damnata, liberum filium parit, ita placuit legibus. Nonnullæ res divini juris sunt, ut templa, monumenta, portæ, muri. Aliæ sunt humanæ, quæ ita dividuntur: quædam privatæ, quædam publicæ. Hæ sunt universitatis, primæ vero uniuscujusque. Meretrici facta inhonesta donatio secundum leges valet. Donationem recte factam neque imperator rescindit. Certe omnes Leonis libri multum utiles sunt, ultimus vero maxime D utilis: nam in eo consanguinitatis gradus in modum crucis descripti sunt: supra, et infra. O domine, bipartito, et ex latere, demonstrabunt tibi gradus primos et ultimos, quos si quis, o rex, his versibus adscripserit, scriptorum notitiam in pulcherrimo compendio tibi dabit. Disce hodie, et audi perscrutantem legem quam senior Romanus vivens exposuit: Sic enim cohibuit venditiones a rusticis prius personis illustribus factas: illis usque ad ultimum prohibuit, prædia et agros, vel emptione, vel dotatione, vel successione acquirere, et restitutionem etiam non numerato pretio villanis statuit. Quod si vellent quidam rustici immobilem prædialem possessionem vendere, circumadjacentes ad emptionem vocavit: primum quidem positi sunt, cognati, deinde qui promiscue cum illis possessiones habet, et post illos qui eadem tributa pendentes circumpositi sunt, tandem qui pro parte vicini sunt, illi enim ultimi. Vocantur vero ὁμοτελεῖς, ut legibus placuit, qui simul ejusdem subjectionis sunt, licet pro diversis locis et fundis tributa pendant. At dominus Basilius in Porphyra natus, potentioribus omne temporis robur præclusit, sive annos quadraginta dicas, sive illos duplices: et prohibuit potentioribus recipere pretia agrorum quos a villanis emerunt: illam vero legem a proavo retexuit, edictorum omnem virtutem habituram. Si quidam rustici oratoria ædificantes, illis nomina monasteriorum imposuerunt, et deinde quidam episcopi specioso quodam impetu delati, locum in suam potestatem redigunt: illa omnia novella sustulit, et rursus possessiones rusticis reddit. Quod si auctæ sint illæ possessiones, cum multi vicini in illis tonsi sint, et donatio collata

(17) Εἰ τις.

Πρὸς τοῦτοις ἐδογμάτισεν ὑπὲρ τοῦ δημοσίου.
Ἵνα μὴ χρόνος κατ' αὐτοῦ τὸ σύνολον ἰσχύσῃ.
Ἐπεὶ δὲ νόμον εὗρατο τοὺς πρωτοσπαθαρίους,
Καὶ τοὺς ἄνω συγκλητικοὺς φονέας γινομένους,
Τὴν κόλασιν ὑφίστασθαι μόνην τῆς ἀτιμίας.
Ἕτερον αὐστηρότερον εἰσήνεγκε τῷ βίῳ,
Τοὺς ἐκ μελέτης ἅπαντας φονέας δεδειγμένους,
Κἂν εἶεν τῶν συγκλητικῶν φονεύεσθαι δίκαιον.

illis oratoriis sit, tonsis ibi octodecim monachis, nihil illorum recte sustulit legislator. Post hæc statuit de fisco, ne contra eum tempus ullum valeat. Dginde legem invenit, protospatharios et supra omnes patricios, homicidas, infamiæ solius pœnæ subjici. Aliam severiorem exposuit, omnes qui ex studio homicidæ probati fuerint, etiam si sint

Α Ἀρκεῖ σοι ταῦτα, δέσποτα, τῶν νόμων εἰρημένα·
Τὰ μὲν γὰρ ἰδικώτερον τυγχάνει γεγραμμένα.
Τὰ δὲ κανονικώτερον ἐγράφη, στεφηφόρε.
Πάντων δ' ἡψάμην τῶν μερῶν, δέσποτα, τῶν νο-
[μίμων
Καί σοι συνοπτικώτατον βιβλίον εἰργασάμην,
Ἕτοιμον εἰς κατάληψιν, καὶ πρόχειρον εἰς γνῶσιν.
Vers. 1407

ex patriciis, justum esse occidi. Hæc legum dicta o domine, tibi sufficiant, quorum quædam proprie scripta, quædam regulariter delineata sunt, o imperator, quæ ex omnibus legum partibus, o domine, colligavi, et tibi compendiosissimum librum perfeci, ad comprehensionem paratum, et ad notitiam manuale.

FRANCISCI BOSQUETI

JURISCONSULTI

AD MICHAELIS PSELLI SYNOPSIM LEGUM BREVES NOTÆ, SEU LOCORUM JURIS AD HUJUS OPERIS LUCEM INDICES.

Inscriptio hujus operis est diversa, nam in Bibliotheca Vaticana unus codex habet hanc inscriptionem, Τοῦ σοφωτάτου Ψελλοῦ εἰς τοὺς νόμους πρὸς τὸν βασιλέα κύριον Ἀλέξιον ἐπιτομή. Alter vero, Σύνοψις ἐπίτομος τῶν νομικῶν κεφαλαίων πρὸς τὸν βασιλέα Μιχαὴλ τὸν Δοῦκα. Ille incipit, Μέγα καὶ δυσθεώρητον· iste, Πολὺ καί, etc. Finis tamen, Ἕτοιμον εἰς κατάληψιν, etc.

Vers. 1, 4, 7. Anton. Augustinus in lib. De nominib. τοῦ Πανδέκτου primus hos versus edidit quibusdam immutatis, ut versu 14: Πανταδαπῶν χωρίων. Recte hic codex δοχεῖον, Harmenop. lib. I, tit. 1, c. 6: Ἃ καὶ Δίγεστα ἤτοι Πανδέκτην, ὡς πάντων δεικτικὰ τῶν νόμων ἐκάλεσεν. Quod spectat ad hujus Pandectes genus, cujus gratia hos versus protulit Augustinus, notavit ante Casaubon. ad Strabon. recte feminam a Latinis credi, quibus et χάρτης, charta, ejusdem sexus est.

Vers. 18. Justinian. in constit de confirm. Digest.: Τά τε γὰρ καλούμενα παρὰ πᾶσι πρῶτα ἐν τέσσαρσι ἀπεθέμεθα βιβλίοις. Et in Constit. *De rat. doc.*; Primam legum partem eis tradi sancimus, quæ Græco vocabulo πρῶτα nuncupatur, qua nihil est anterius, quia quod primum est aliud ante se habere non potest, Psellus autem forte hic accipit nomine priorum, universam Digestorum priorem collectionem, quæ ad quintam partem pertingit, quam intra contractuum omnium, natura explicatur: ideo versic. 19 primi quatuor Digestorum libri qui κυρίως πρῶτα sunt, priorum prima pars dicuntur. Aliquando volui legere, Περὶ διαταγμάτων a prætoris edicto quod hanc partem universam implet, et a quo Pandecten se auspicatum fuisse Justinianus testatur, dict. Conttit. *De rat. doc.*

Vers. 20 et seqq. Justinian. dict. constit.: Ἐφεξῆς τε νὰ *De judiciis* ἐν ἑτέρῳ ἐπτὰ καὶ τὰ *De rebus* οὐκ ἐν πλείοσι τῶν ὀκτώ, etc.

Vers. 26. In dict. constit. Latin., quartus autem locus qui et totius compositionis quasi quoddam invenitur umbilicum, octo libros suscepit. Græc.: Τὸ δὲ ἑφεξῆς τοῦ συγγράμματος μέρος, ὅπερ δὴ τέταρτόν τε ἅμα καὶ μέσον ἐστὶ τοῦ παντὸς ὀκτὼ βιβλίοις ἄλλοις ἐναπεθέμεθα. Et infra: Καὶ μεσαίτατον, ὡς εἴρηται, τοῦτο μέρος τῆς πάσης συντάξεως, etc.: quæ me ducunt, ut legam hoc versu καθάπερ εἴτις ὄμφαλμός.

Vers. 28. Justinian. ibid.: Συνηγάγομεν εἰς ἐννέα βιολίων ἀριθμὸν, ὧν ἡγεῖται μὲν τὰ περὶ διαθηκῶν, etc·

Vers. 30. Sexta pars varia tractat, de quib. consule dictam Justin. constitut. Duo vero singulares libri qui id volumen, quod Neoterici Infortiatum vocant, concludunt recte, de variis gradibus inscribuntur, cum omnes fere eorum tituli in edicto successorio versentur. Ideo merito Justin. dict. constit., Καὶ αὐτὰς τὰς τῶν γενῶν τάξεις, καὶ τοὺς ἐπὶ τούτοις βαθμοὺς ἐγγράψαντες τῷ βιβλίῳ, etc.

Vers. 38. Justin. dict. constit. Et post hoc duo terribiles libri positi sunt, pro delictis privatis et extraordinariis, necnon publicis criminibus, qui omnem continent severitatem pœnarumque atrocitatem.

Vers. 44. Harmenop. lib. I, tit. 1: Τὰ Δίγεστα καὶ τοὺς Κώδικας καὶ τῶν Ἰνστιτούτων ἤγουν τὴν τῶν νόμων εἰσαγωγὴν πολλά. Καὶ τὰς Νεαρὰς αὐτὰς εἰς ἓν πάντα συναγαγὼν ὁμοῦ, καὶ τὴν τοιαύτην πραγματείαν ἐν βιβλίοις συμπληρώσας ἑξήκοντα, τὴν λεγομένην ἑξηκοντάβιβλον τελείως ἐπήρτησεν, etc. vide Attaliatam in Synopseos præfat.

Vers. 50. Harmenop. dict. tit.: Τὰ Ἰνστιτοῦτα, τουτέστιν τῶν νόμων εἰσαγωγὴν, ὡς πρῶτα στοιχεῖα τοῖς τοὺς νόμους παιδευομένοις. Attaliata dicto loco: Τὴν τῶν νόμων εἰσαγωγὴν συντεμὼν, ὡς πρῶτα στοιχεῖα τοῖς νομοτριβουμένοις. Ex Justiano in Proœm. Instit. § 4: *Ut sint totius legitimæ scientiæ prima elementa;* Πάσης νομικῆς παιδεύσεως

ἑσομένας πρῶτα στοιχεῖα vertit Theophilus. Glossæ Basilic. Ἰνστιτούτων, εἰσαγωγικῶν νομίμων εἰσαγωγὴν νόμων.

Vers. 63. Indicat sine dubio Eustathium Anteessorem in lib. Περὶ χρονικῶν διαστημάτων ἀπὸ ῥοπῆς ἕως ρ' ἐτῶν, ex quo multa decerpsisse intra videbimus. Notanda sane est inscriptio ejus libri hic a Psello relata, alia ab ea quæ vulgo editur, cujus primus titulus est Περὶ ῥοπῆς.

Vers. 66. Difficile est admodum e qua juris parte hæc priora collegerit Psellus advertere: nobis maxime Græcorum collectionibus destitutis, quales Μικρὸν, Πρόχειρα, et Ἐπιτομαί juris quæ sæpius κατὰ στοιχεῖον scribuntur. Videtur tamen decurrisse aliquam epitomen Institutionum instar compositam, ut suis locis notabimus, Hic autem versus explicat definitionem legis relatam a Papiniano lib. 1, Definit. l. 1, D. *De legib.* sane Epitome τῆς ἐξαβίβλου quæ habetur in Bibliotheca Vaticana, tit. 1, Περὶ νόμου καὶ δικαιοσύνης, κέφαλ. α'. Νόμος ἐστὶ κοινὸν παράγγελμα ἀνδρῶν φρονίμων δόγμα, ex qua potuit hæc excerpere Psellus, et sequentia.

Vers. 72. Ea est mens Pselli, ut duplex statuat jus naturale, aliud quod omnibus animantibus commune sit, et quod naturale proprie vocetur, l. 1, § *Jus naturale*, D. *De justit. et jur.*, aliud quod inter solos homines valeat, in bonorum nempe et malorum conscientia, de quo D. Paul. Epistol. ad Rom. cap. 2: Ὅταν γὰρ ἔθνη τὰ μὴ νόμον ἔχοντα, φύσει τὰ τοῦ νόμου ποιῇ, οὗτοι νόμον μὴ ἔχοντες ἑαυτοῖς εἰσι νόμος, οἵτινες ἐνδείκνυνται τὸ ἔργον τοῦ νόμου γραπτὸν ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν, συμμαρτυρούσης αὐτῶν τῆς συνειδήσεως, καὶ μεταξὺ ἀλλήλων τῶν λογισμῶν κατηγορούντων, ἢ καὶ ἀπολογουμένων. Jus vero gentium esse quo gentes utantur secundum definitionem datam, d. l. 1, § *ult.*; non tamen gentes omnes; sed eæ demum quæ ad aliquam rationis normam vivunt: quod Theophil. l. 1, Instit., tit. 2: Νόμιμόν ἐστι τὸ κατὰ πάντων ἀνθρώπων, ἧγουν τῶν λελογισμένως βιοῦν ἐθελόντων ἐπεκτεινόμενον.

Vers. 79. Non aptior mihi visa est σχέσεως interpretatio, quam instinctus et appetitus; quid enim animantibus naturalius instinctu, quo veluti ratione, et, ut ait Plutarchus, quasi genio utuntur? Item autem quod ὁρμὴ Hesychio σχέσις. Ut animalia χρῶνται τῇ ὁρμῇ φυσικῶς ἀγούσῃ πρὸς τὸ φαινόμενον οἰκεῖον. Plutarch. adver. Colot.: Legere aliquando volui στέρξεως ut mutuum parentum et liberorum affectum significarem, eo enim juris naturalis exemplo utuntur Græci interpretes. Theophil. lib. 1, tit. 2 Instit.: Καὶ τῆς πρὸς τοὺς τεχθέντας στοργῆς. Harmenopul. lib. 1, tit. 1, hoc solum adducit, Οἷον τὸ τὰς μητέρας στέργειν τὰ γενόμενα ἐξ αὐτῶν.

Vers. 87. Apparet manifeste legendum esse τοπικὸν, non τε πικον. Theoph.: Τί ἐστι πολιτικὸν νόμιμον; Ὅπερ τοπικὸν καὶ χρειῶδες. Ex usu, utile xidetur dixisse Harmenop.: Πολιτικὸς νόμος ἐστὶν ᾧτινι μία πόλις μόνη κέχρηται, διὰ τὸ συμφέρειν αὐτῇ,

Vers. 88. Non secutus est Papinianum l. II definit, ubi jus civile a prætorio distinguit, illiusque partes enumerat. Jus autem civile quod ex legibus, plebiscitis, senatus consultis, decretis principum, auctoritate prudentium, venit, Jus prætorium est, quod prætores induxerunt, etc. I, *Jus autem civile* VII *De just. et jur.*; quæ tamen confundit Justinianus *De jur. nat. gent. et civ.*, et sex partes juris scripti statuit; de quo et *Basilic.* lib. II, tit. cap. 14; Εἰσήχθη δὲ ἡ ἀπὸ Δωδεκαδέλτου, ἢ τῶν τῆς Θεσπισμάτων, ἢ τῶν βασιλικῶν δογμάτων, ἢ Τῆς νόνθεντίας τῶν σοφῶν. Καὶ τὸ πραιτώριον νόμιμοα, ζῶντα φωνὴ τοῦ πολιτικοῦ ἐστι.

Vers. 91. Hic est institutionum juris, et edicti perpetui ordo, quem tamen versu sequenti invertit; quemadmodum et Attaliata, qui ipso in initio suæ Synopseos, tit. 4, Περὶ ἐνοχῶν καὶ ἀγωγῶν tractavit. Quare venit in mentem ut existimem, Psellum, et eum e quo hos versus decerpsit ille, illa juris prolegomena de justitia et jure, de lege, etc. præmisisse, tum demum ab actionibus tanquam a præcipua juris, parte cœpisse. Porro ad hos versus vid. l. 1 et II, D. *De stat. hom.* et ul. l *De jur. nat. gent.* tit. 13, Μητέρες γὰρ τῶν ἀγωγῶν αἱ ἐνοχαὶ vocat Psellus, δεσμοὺς, δικαίους. Justinianus, obligatio est juris vinculum, ἐνοχὴ, δεσμὸς δικαίου. Theoph.

Vers. 95. Vid. Instit. *De obligat.* § 2 *Caius litteris omisit* l. 1, D. *Oblig. et act* Græci; Αἱ ἀπὸ συναλλάγματος ἄγωγαί, ἢ ἐν πράγματί εἰσιν, ἢ ἐν ἐπερωτήσει, ἢ συναινέσει, lib. LII *Basil.* tit. 1, cap. 1.

Vers. 96. Nescio ex quo juris capite hauserit Psellus obligationem quæ re contrahitur parere solum actiones reales. Id enim juri nostro manifestissime adversatur. Nam ple ræque personales actiones ab obligatione reali nascuntur, condictiones quidem mutui, et indebiti § 1 *quib. mo. contrah. oblig.* l num. Itaque legemus οὐδὲ μόνας.

Vers. 100. Exemplum est obligationis quæ litteris contrahitur, in exceptione non numeratæ pecuniæ, quam intra quinquennium opponere olim licebat, sed Justinianus biennio conclusit. I. *In contractib.* XIV. C. *De non num pec.* § uit., l. *De litter. obliyat.* Quod autem versu 104 scribitur, referri debet ad id exemplum, nam, tacente debitore per biennium, ex illo silentio junctis litteris, quæ debitum continebant, litterarum obligatio nascitnr: vel certe exceptionis ope tollenda silentio vires suunit, quæ jam oratione litterarum contracta erat. L. *Non figura litterarum* XXXVIII, D. *De oblig. et act.*

Vers. 107. Falsum est exacte loquendo quod hic Psellus profitetur; neque enim una actio aliam parit cum sola obligatio unica sit actionis mater. Multæ quidem ex una eademque obligatione actiones nascuntur (licet non semper omnibus agi possit) quæ tanquam germanæ sorores obligationis filiæ concurrunt; at nusquam earem alia alteram parit. Forte Psellus de obligationibus hic accipiendus: ita ut præcipuas ex obligatione natas actiones ἐν πλάτει pro ipsis obligationibus ponat: ut, cum ex ipso actu furtivo, actiones dupli et quadrupli, et condictiones, ex lege Aquilia multæ item actiones nascantur: ex ipsa furti et Aquiliæ actione, alias prodire dicat. Quod sane recto sermone efferri non potest, cum actu sive contractu, delicto vel quasi, pro diversis causarum figuris actiones diversæ ex ipsa obligatione, non invicem ex se ipsis emanent. Ex actu enim et contractu obligamur, ex obligatione multæ contra nos et nobis ob reciprocationem contractus actiones competunt.

Vers. 117. Contractum dixi secutus Ulpianum *l. Labeo* XIX D. *De verb. sign.* l. VII, § 2; D. *De pact.* hæc vero contractus definitio, et omni pactioni communis est, quæ duorum pluriumve in idem placitum consensus definitur l. 1, § 2, D. *De pact.*

Vers. 132. Cum notissima sit actionis divisio, ut alia sit in rem quæ dicitur vindicatio, alia in personam quæ condictio. L. XXV, D. *De verb. oblig.*; et Psellus hic dicat ἐν ῥέμ δὲ ἡ καθόλου certum est legendum Οὐινδίκτιτιος. *Basilic.* LII, tit. 1, cap. 3: Τῶν ἀγωγῶν β', γένη εἰσὶν, ἢ γὰρ ἐν ῥέμ εἰσι, καὶ καλοῦνται Οὐινδικτίονες. Gloss. Basilic. in rem: Καθόλου ἤγουν ἡ διὰ πράγματος ἀγωγή. Scholion. Græc. citatum a Caralo Labbæo D. loc. Basilic. Οὐινδικτίων λέγεται ἡ ἐκδίκησις· Κονδικτίκιος δὲ ἡ ἀπαίτησις.

Vers. 143. Verum est quod generaliter dixit Psellus, duas ex stipulatu actiones, ex verborum obligatione nasci. Cum tamen super diversis rebus

stipulationes interponantur, e quibus actiones aliquando certo nomine insignitæ,aliquando nullo, sed sub generali nomine veniunt : hic recenset quasdam ex illis, ut hoc versu æstimatoriam quæ præscriptis verbis est actio. L. 1, § I, D. *De æstimat. act.* Recte Gloss· Basilic. : Πραεσκρίπτις βέρβις ἠνίκα τι διαμιμησάμενος πρᾶγμα παρασχῶ σοι ἐπὶ ᾧ πωλῆσαι εἰπών, ἢ φέρε μοι εἰς τοῦτο τόσα νομίσματα, ἢ αὐτὸ τὸ πρᾶγμα.

Vers. 146. Alia actio nata ex verbis, damni infecti· de qua elegans est Glossa Basilica, quam ita verto. Damni infecti, videlicet de imminenti et futuro damno, est prætoria stipulatio, ex obligatione verborum nata, quæ personalis est, et transit contra hæredes, et ad hæredes. Monetur autem, quando vicini domus propter subeuntem putredinem casum minatur, si noluerit vicinus ejus curam habere. neque stipulari. Quod si contingat ex illa ruina me damno affici,ad illud damnum resarciendum mittor in possessionem ruinosæ domus. Illud igitur timens vicinus universarum ædium dominus, stipulationem illam interponit. Ergo si nolit vicinus stipulari, mittor in possessionem ad reparandam domum : et si intra quatuor menses sumptus recipio a vicino, decedo de possessione, si vero non recipio, dominus fio possessionis ex altero decreto. Legendum enim hic existimo, εἰ δὲ οὐκ, δεσπότης γίνομαι τῆς ἐξ ἑτέρου νόμης.

Vers. 149. Accipe de stipulationibus olim hæredem inter et eum cui restitui debebat hæreditas, positis, de quibus. Vide Justinian, I· *De fid. hæred.* et in *Basilic.* tit. Περὶ φιδεκομισαρίων ἀνωγῶν ἀποκαταστάσεως Ἀποκαταστατική dicitur lib. XXVII. *Basilic.* tit. 7. cap. 41, et in Schol. Synops lib. XVIII, p. 186: Ἡ κινουμένη κατὰ τοῦ προαγέντος ἀποκαταστῆσαί τινι κληρονομίαν.

Vers. 151. Legatorum absolute vocat satisdationem quæ legatariis ab hærede præstatur. Gloss. *Basil.* Λεγατόρουμ ἱκανοδοσίαν· Λεγατόρουμ, ὀνόματι λεγάτου. De qua tit. ut leg. vel fideic. nom. can. vulgaris vocatur l. *filiusf.* CXIV. D, *De l.* I.

Vers. 154· Novάτιον legendum, quæ est prioris debiti in aliam obligationem, vel civilem, vel naturalem, transfusio atque translatio. Hoc est, cum ex precedenti causa ita nova constituatur, ut prior perimatur. Novatio enim a novo nomen accepit. Gloss. Basilic. : Νοβάτιον· καινισμὸς καὶ μετάθεσις τοῦ παλαιοῦ χρέους εἰς ἑτέραν ἐνοχήν, ἀφ' οὗ τὴν πρώτην ἀναιρεθῆναι, Νοβάτζιο δὲ λέγεται ἀπὸ τῆς καινῆς ἤτοι τῆς νίας ἐνοχῆς. Easdem Glossas emenda Νοβανδιάνδιμ. Lege Νοβάνδι ἄνιμο, ἀνανεοῦντος ψυχή.

Vers. 197. Si quem ordinem hac in Synopsi observare licet, putarim huic versui subnectendos esse versus 780 ad 794, quibus deinde conjungerem versus 812 usque ad 843, insertis versibus 05 ad 812, donec rediret oratio ad versum 458, a quo κατὰ στοιχεῖον agere incipit de actionibus. Atq ne eo tractatu finito, in ordinem cogerem tractatum de temporibus versu 672, eoque acto ad hunc versum 198, retrogressus varias has regulas ex universo jure decerptas, una cum Novellarum regulis in unum colligerem usque ad versum 1078, a quo una linea ultima pars ad finem perducitur. At quia Græcorum interpretum penuria has in ambages nos detrudit, indigestos hos versus ita nt scripti sunt mendis solum manifestissimis liberabimus.

Vers. 205. Explicatio legis 202. D. *De reg. jur.* Πᾶς νομικὸς κανὼν σαθρός ἐστιν· εὐχερῶς γὰρ ἀνατρέπονται corrige ἀνατρέπεται, lib. II. *Basilic.*, tit. 3, c. 194. Ita apud Harmenop. lib. VI, tit. 2, § 35.

Vers. 202. Est regulæ definitio, ex l. 1, D.*De div. reg. jur.*

Vers. 206. Hi versus excerpti sunt ex Institutionibus quarum tituli perversum carminum ordinem demonstrabunt. Vide lib. I, tit. 1 et 2.

Vers. 210 § 1, § 2. I *De jur. person.*, quo titulo ℥ ult. cum dixisset Justinian. in servorum conditione nulla est differentia ; in liberis autem multæ. Ἔστιν οὖν ἄτομον ἡ δουλεία, ἐπὶ δὲ τῶν ἐλευθέρων πολλὰς εὑρίσκομεν διαφοράς,ait Theoph.Inde sumpsit Psell. versum 212.

Vers. 214. Ex tit. *De ingenuis* I., § et e contrario, quia non debet calamitas matris ei nocere qui in ventre est. Ὁ γὰρ κυοφορούμενος οὐ βλαοήσεται ἐκ τῆς συμφορᾶς τῆς περιστάσης τὴν μητέρα. Theophil. ; alio tamen induxerat ille e quo Psellus dicens στεροῦσα τῶν πατρῴων.

Vers. 215. Ex tit. *Qui et quib. ex caus. manum. non poss.*, et § ult. vers. 216 et 217. Hodie tamen et anno 14, in testamento manumittere minor potest : Ἄδειαν εἶναι τοῖς νέοις ἐν αὐτῷ τῷ καιρῷ ᾧπερ ἔξεστιν αὐτοῖς διατίθεσθαι περὶ τῆς ἄλλης αὐτῶν περιουσίας καὶ τοὺς ἰδίους οἰκέτας τελεύταιαις βουλήσεσιν ἐλευθεροῦν. Novelia 119 cap. 2.

Vers. 218. § *Si adversus* 12, *De nupt.* I. Versu 220, § *Edicto* 14, I. *De usu cap.* Vers. 223. § *Hæ mortis causa*, I. *De donat.* Vers, 226. § *Nam dotale*, I. *quib. alien. non lic.* Vers. 228, § *Nunc admonendi* 2, eod. tit. Versu 223 et seqq. tot. tit. *Per quas person. nob. acquir.* Reliquos versus percurre, et Institutionum locis, adapta, nullo servato titulorum ordine, nisi hos etiam versus velis invertere. Quædam tamen, raro licet, permista sunt ex diversis juris locis excerpta.

Vers. 235. Sunt ἰδικαὶ κτήσεις et καθ' ὁμάδα. ℥ ult. I. *Per quas pers. nob acq.* Vers. 238 § ult. I. *De testam. ord.* Vers. 239, § 6 et seqq., I. eod. tit,, id est, eorum qui in eadem potestate sunt, nec in testamento testes esse possunt, nec alio in quovis negotio, in quo parentis vel suo aliqua utilitas versatur, l. *Qui testamento*, XX § *Quæ autem*, D. *Qui test. fac. poss.* Recte Harmenop. : Αἱ οἰκειακαὶ μαρτυρίαι ἀποδοκιμάζονται, ὅταν δηλονότι μέλλῃ τικτᾶσθαι ὁ τὴν μαρτυρίαν προφέρων. Ex quo supplendum puto cap. 24, tit, 1, lib. XXI Synops. *Basilic.*

Vers. 249, § *si filiusf.*, I. eod. t., § 3 et seq., *De milit. test.* I : § 2, *Quib. non est perm. fac. testam.* Versu 243, § 1, I. *Quib, non est perm. fac. test.* Vers. 245, § *Præterea versic. filius.* eod. tit. Vers, 246 § *Emancipatus* 3, I. *De exhæreditat. liber*. Vers. 247, I. *De hæred. instit.* imp. Vers. 248, § *Hæreditas* 5, eod.t, Vers. 249 : videtur erroneus hic versus. vers. 250, eod. § 5. *Versio.; neque enim ex parte*, I. *De hæred. institut.* Vers. 252, ex tit. de vulg. substit. ; videtur autem subnectendus versui 254 vers. 285.

Vers. 255. Redit ad lib. I. *Institut.*, tit. *De nupt.* § 1 *Inter eas*, et § *Si adversis* 12. Vers. 257, § *Aliquando*, 13 I., eod. tit. Vers. 239, § 4. Vers. item, non aliter. I. *de adoption.* A versu 221 ad 273 *ex tractat. de tutel. de suspecto* vers. 273 *accipe*, § 4. I. *De suspect. tut.*, et explica vers. 261 ex Novell. 22, cap. 40.

Vers. 274, § *Fere igitur.* 12 I. *De rer. divis.* Vers. 275 § *Est autem litus*, 3 I., *eod. tit.* Vers. 276. Theophil. § *Ripatum* 4, et § *Ex diverso*, 30 versic. Ἐκεῖνο, qui et canonem vocat. Vers. 277, ex tit. I *de servit.* Gloss. Basilic. : Ἄκτος ἡ πλατυτέρα ὁδος. Vers. 278, § *Quod autem*, 3 versic. : unde I. *de usucap.* Vers. 280, § *Posteriore* 2. I. *Quib. mod. test. infirm.* Vers. 281, *in princ.* tit. *De inoff. test.* I. *Ab hinc adversum* 365 Institutionum, et juris locis quæque adaptata : sufficiat ordinem demonstrasse in superioribus.

Vers. 365. Ad versum usque 477 ex Justiniani Novellis promiscue et ἀτάκτως diversas regulas colligit : ut vers. 366, Novell. in præfat., vers. 368, Novell. 18, cap. 4 ; vers. 369, *sine dubio* ex cap. 1. Novell. 1, quod et Glossa vulgaris notavit,

vers. 372. Novell. 22, cap. 22 ; vers. 373, Novell. 54 in præfat. et cap. 1 ; vers. 374 *passim* (*Vide* Novell. 22, cap. 41 in fin. et cap. 46, § 1) : vers. 575, Novell. 22, cap. 3 et Novell. 117, cap. 3 ; versu 337, Novell. 88, cap. 2 nisi de magistratib. defensoribus accipere malis; vers. 374. Novell. 94 et alibi ; vers. 380, Novell. 113, Ὥστε ἐν μέσῳ δίκης μὴ γίνεσθαι θείους τύπους, etc. ; versu, 377 Novell. 136, cap. 4. Τὸ μὴ προσήκειν ἀνεπερώτητον τρέχειν τόκον· vers. 379 , Novell . 12 . Περὶ ἀθεμιτογαμῶν. versu 385, forte legendum οὐ loco οἱ ex Novell. 124 ; vers. 386. Novell. 17, cap. 12 ; versu 388, ead. Novell. 17, cap. 9 ; vers. 389 et seqq., Novell. 134, cap. 10. Ad versum 407, vers . 402 ad 406, Novell. 118, cap. 21 ; vers. 413 et quod seqq.,*vid.*Novell. de testibus 90 ; vers. 418 et seqq., ex Novell. *De exhib. et introduc. reis.* 53.

Vers. 436. Et illud apparet ex editione Latino-Græca Novellarum Justinian.in cujus margine sæpe scriptum ad Novellarum capita legitur, Οὐχ εὑρέθη ἐν τῷ Βασιλικῷ· ut vers. 443 intelligit Novellas 24, 25 et seqq. *De præsidibus seu prætoribus diversarum provinciarum;* et versu 446. certum est legendum esse Περὶ ἐκκλήτων , ex Novell . 75. Περὶ τῶν ἐκκλήτων Σικελίας. Porro huic Novellarum tractatui, vellem subnectere Novellas Leonis, e quibus versus 843 ad 875 paucis exceptis, qui ex ipsis Novellis Justiniani excerpti sunt ; quodque continuationem horum versuum demonstrat.

Vers. 458. Hic actionum propria tractatio incipit, κατὰ στοιχεῖον ordinata : observato nimirum primo Latinæ vocis elemento ; interrupta tamen alienis versibus, quos, ut aliquem ordinem observemus, proprius in sedibus collocabimus.

Vers. 462. Notanda est Glossa *Basil.:* Ἀδούλτερις, lege Ἀδουλτερεὶ ὁ νόμος ὑπὸ Αὐγούστου ἐκτεθεὶς μὲν, ἀπὸ δὲ τοῦ Ἰουλίου φυλαττόμενος (forte legendum) ἀπὸ Αὐγουστ.et ὑπὸ δὲ τοῦ Ἰουλ., κινεῖ δὲ περὶ μοιχείας καὶ (στόπτου στούπρου), καὶ μὲν μοιχεία ἐστὶν, ἐπὶ τῶν γαμουμένων. Τὸ δὲ στοῦπρον ἐπὶ παρθένων καὶ χηρῶν καὶ παίδων ὀρρένων κινεῖται. Ἀδούλτερ δὲ ὠνόμασται εἰς τὸ παραχαράττειν· ἀδούλτερ γὰρ ἡ παραχάραξις (lege Adulterium, vel ὁ παραχαράττης), καὶ ὁ μοιχὸς δὲ παραχαράττει τὴν ἀλλοτρίαν κοίτην, καὶ συγχεῖ τὸ τῆς φύσεως δίκαιον διὰ τῆς τῶν παίδων νοθείας.

Vers. 470. Recte θέσεως,est enim adoptio nomen rei quæ natura non est, jure tamen effingitur. Gloss. Basilic. Ἀδόπτιον, τεχνοποίημα, ita enim ibi legendum, et ἡ υἱοθεσία· quæ cum Ἀδοπτίονα, εἶδος υἱοθεσίας dixerunt, non tam ad hanc naturæ imaginem respexere ; quam ad adoptionem in specie sumptam, ut alia est ab adrogatione. Eo vero nomine adoptio apud Græcos passim fertur, ut in eo Schol. lib. xxxv, tit. 43, *Synops. Basil.* : Ἡ θέσις μιμεῖται τὴν φύσιν· adoptio imitatur naturam.

Vers. 481. Græci Icti legitimæ, falcidiæ, et tertiæ et quartæ partis nomen, post Justiniani Novellam confuderunt : adeo ut sæpe legitimam falcidiam dicant, et eam partem tertiam bonorum. Ut hic quartam quæ ex constitutione D. Pii adrogato, ex suis bonis relinquere debet, sive emancipet eum sive exhæredet, l. viii, § *Si quis impubes* D. *De inoffic.* ; l. i, § *Si impubere,* D. *De collat.* Theophilus tamen ad § 3, I. *De adopt.* et Harmenop. tit, 8, § 88, lib, v, τὸ τέταρτον μέρος dixerunt. Eodem modo supra versu 290 Psellus falcidiam tertiam partem dixit, ut Harmenop. lib. v, tit. 9, § , et *Basilic.* lib. xli, tit. 1, cap. 71 : Τὸ τρίτον τοῦ φαλκιδίου ἐκ πάντων τῶν λεγαταρίων πρὸς ἀναλογίαν παρακατέχεται, ita legendum observat C. Labbæus.

Vers. 477. Eo respiciunt Glossæ Basilicæ. Ἀκουίλιος ἀγωγὴ κινουμένη κατὰ τοῦ ὑπερθεμένου δοῦναι τὸ καταλειφθέν.

Vers. 486. Ἀμβίτους est legendum de qua lege Gloss. Basilic. Ambitus dicitur libido effrenata dignitatis, munerum datio,circuitus, corruptio judicii. Movetur autem contra eos qui magistratum, vel honorem pecunia emerunt.Infligit vero ambitus reo pœnam centum numismatum et infamiam, ut I. *Bas.* lx, tit. 46. Digest. 48, tit. 14. Ambitus est, et movetur contra corrumpentes judicia (lege κατὰ τῶν φθειρόντων τὰς κρίσεις, non ut corrupte habetur τὰς κόρας) et pœnam non capitalem exigit : est lex Julia Publica,quæ ab omnibus jure publico moveri potest. Hacten. Gloss.

Vers. 489. Optime magis quam publicum, non quia publicum non sit, nam judicia inter publica numeratur, l. i, D *De public. jud.*, sed quia non est permissum mulieri publico judicio quemquam reum facere, l. i. D. *De accus. et inscript.*, nec militi. l. *Qui accusare* viii, eod. tit. neque servo : mulier tamen, miles et servus ad hanc, ex lege *Julia,* de *annona* accusationem admittuntur, l. *Mulierem* xiii ; D. *De accusat.* l. i, D. *De leg. Jul. de annon.*

Vers. 491. Τυραννεῖν vexare reddidi, id enim proprium est cujus criminis verbum, ut et attentare, I. *Annonam* vi : D. *De extraord. crim.* Verbum autem καταπραγματεύεται mutuatus est sine dubio Psellus a Gregorio Nazianzeno, qui eadem in re de Dardariis annonam flagellantibus loquens, ait : Τηροῦσι τοὺς καιροὺς καὶ καταπραγματεύονται τῆς ἐνδείας· in orat, funeb. Basil. Magu,

Vers. 493. Nectendi sunt hi versus superioribus de lege Aquilia: ea vero plebiscitum est, cum eam tribunus plebis rogaverit, ait Ulp. l. i, § 1, D. ad I' Aquit., Ἀναγκαῖον ἡμῖν ἐποίησε τὴν τοῦ δήμου πάλαι νομοθεσίαν ἀποδέξεσθαι ἣν διά τινος τῶν οἰκείων ἔγραψε δημάρχων τὴν τοῦ Ἀκουιλίου προσηγορίαν ἐξ ἐκείνου δεξαμένην. Justin. Novell. 18, cap. 8, ubi interpres Latinus πάλιν legit, non πάλαι. Porro quæ Psellus hic habet usque ad vers. 510 fuse habes l. de leg. Aquil. ; adverte solum vers. 500 τετράποδον legendum esse.

Vers. 510. Vi bonorum raptorum actio, quæ datur adversus improbe furantem, ait Justinian. in p. I. h. i. ἀναιδέστατον κλέπτην, Theophil. improbiorem furem, Julian. l. ii. § 9. D. h. i in eo differt ab actione furti, quod illa alias duplum, alias quadruplum exigatur : in hac vero semper pœna sit tripli. § *Quæ actio,* I. eod., quadruplum quidem exigit, sed in eo res comprehenditur, eod. § cum ea tamen concurrit, ita ut si furti videl. nec manifesti, qua duplum tantum exigitur,actum sit, pro duplo reliquo, quod action. *vi bonorum raptor.* repetitur, agi poterit l. i, D. h. t. Porro res tantum mobiles hac actione repetuntur : quare emend. Gloss. Basil. quæ habet : Βῖ βονόρουμ βαπτόρουμ. ἡ κατὰ τῶν ἁρπαζόντων πράγματα κινητὰ ἢ ἀκίνητα· lehe οὐκ ἀκίνητα ; l. i et ii, C. *vi bon. raptor.* Ita *Synops. Basilic.* lib. x, tit. 2 ; Ἡ βιαίας ἁρπαγῆς πραγμάτων ἀγωγὴ ἐπὶ τοῖς κινητοῖς, οὐκ ἐπὶ τοῖς ἀκινήτοις ἁρμόζει.

Vers. 520. Legendum est Depositi, quæ est actio bonæ fidei, et ideo et fructus et omnem causam, et partum in hanc actionem venire dicendum erit, l. i, § 23. *Hanc actionem* D. *Deposit.;* imo et usuras ex mora, et ex usu, l. ii, iii, iv C. eod. Custodiam autem,et parem ac in rebus suis diligentiam et curam præstabit depositarius ; ideo de solo dolo tenebitur, et de ea latiore culpa quæ dolo proxima est l, *Quod Neru* 32, D. eod. Gloss. Basil. Κούλπα ἡ μεγάλη ἀμέλεια, ἡ δὲ μεγάλη κοῦλπα , δόλος ἐστίν. Eædem Glossæ editæ a C. Labbæo. Depositi est actio περὶ παρακαταθήκης obligationis quæ re contrahitur (τῆς ῥέ) præstat dolum, et latam culpam, et usuras semisses centesimæ propter moram, et usum, casibus fortuitis non subjacet, nisi illud convenerit : Infamat, et est perpetua, datur hæredibus, et contra hæredes. Movetur etiam con-

tra sequestros (lege κατὰ σεκουεστραρίων, ἤγουν μεσιτῶν · eæd. Gloss. Σουκέστορι τῷ μεσίτῃ lege Σεκουέστρῳ), et contra eos qui media manu rem acceperunt, et eam certo loco exhibere promiserunt. Hact. Gloss.

Vers. 525. Si de ea re quæ dolo facta dicitur, alia actio non est, et justa causa esse videtur, prætor actionem de dolo pollicetur : l. I, § *Verba* D. *Dolo;* ideo subsidiaria dicitur actio in Gloss. Basil. Ἔστι δὲ σουβσιδιάρια, καὶ ἐντὸς δύο ἐνιαυτῶν συναπτῶν, καὶ ἄρχεται, καὶ πληροῦται· ita lege non σουβσιάρια· Olim quidem intra annum utilem movebatur, at Constantinus ad biennium redegit. I. *Optimum* VIII. C. *De dol. mal.*

Vers. 529. *Vid.* l. II, § ult., D. *De leg. Corn. de fals.*

Vers. 535. Ordinem litterarum semper observat, Græci enim Δέ πεκολάτους scripserunt, ut patet ex Gloss. Basilic. *Vid.* l. I, III, VII. *De leg. Jul. pecul.*, versu 558, litteræ E. Ἐπερωτήσεως, hanc solam regulam affert ex l. *Veteres* XIII. D. *De contrah. et com. stip.;* quam tamen ad litteram Σ reducere forte debemus, nisi Latine scriptum sit ex stipulatu.

Vers. 555. Optime Psellus querelam inofficiosi non proprie actionem, sed præparationem et introductionem dixit ad hæreditatis petitionem, cujus etiam causa in quærela in offic. bonorum possessio petitur. Id recte Gloss. Basilic. : Ἡ Ἰνοφικιόσο τεσταμέντο, ἤγουν ἡ κατ' ἀτάκτου διαθήκης μέμψις, οὐκ ἔστιν ἀγωγὴ διαθήκης, ἀλλ' αἰτία ἐστὶν ἀγωγῶν · λέγω δὴ τῆς ἐρεδιτάτης πετιτζίονος, ἤγουν περὶ κληρονομίας ἀπαιτήσεως. Ὥσπερ γὰρ ἡ γραφὴ τοῦ τεστάτορος οὐκ ἔστιν ἀγωγὴ κληρονομίας, ἀλλ' αἰτία κληρονομίας, καὶ ἀπόδειξις τοῦ δέοντος κινεῖν τὸν γραφέντα κληρονόμον. οὕτω καὶ ἡ μέμψις οὐκ ἔστιν ἀγωγὴ, ἀλλ' αἰτία ἀγωγῆς, etc., in qua inferius hæc verba corrige : Δοθεῖσα τοῖς παισὶ κατὰ τῆς πρώτης διαθήκης, lege κατὰ τῆς πατρὸς διαθ.

Vers. 561. Actiones in rem enarra ordine litterarum, ut, in Gloss. Basilic., ex quibus liquet versu 565 legendum esse προϊδιτόρια ἤγουν κωλυτικὴ κωλύουσα τὸ γινόμενον εἰς βλάβην. Per σπεκιαλίαν autem intelligit singularem rerum petitionem, et vindicationem, specialem in rem actionem, non eam quæ est de universitate ἰδικὸν non περὶ ὁμάδος, ut est in Basilic., quorum Glossæ definiunt, Σπεκιαλείαν, ἴν ῥὲμ, τὴν ἰδικὴν παρὰ δεσποτείαν ἀγωγήν. Vers. 368 legendum constat ποπουλαρίαι. De his omnibus, *vide* I. *de actionibus.*

Vers. 574. Redit ad litteram I. v. l. I, II, et ult. C. *De usu re jud.* Versu 581 *actio injuriarum annalis est*, l. 17, § 6 ; D. *De injur.* l. *Si non convicii* 5, C. eod. Id volunt Gloss. Basilic. Ἰνιουριάρουμ. ἐνιαυσιαία. Ad reliquos versus *Vide* l. I, § *Injuriam ;* l. VII § 6 ; l. XXXVII in f. D eod. Vers. 558 et seqq. *vide* Theoph. tit. I. *De interdict.*, et Gloss. Basil., ex quibus corrige versu 588, χρῆσις ἀσωμάτων. Vers. 593 legendum puto πρὸς δὲ καὶ τὰ δὲ ῥέβους. Intelligit ea interdicta quæ de rebus divinis et sacris, vel generaliter interdicta quæ de rebus competere ait Ulpian. l. I D. *De interd.*

Vers. 600. Ex littera K, Conductio A, locati. Vers. 604. Metus causa actio vi ipsa in personam est, at in rem scripta est. V. l. *Metum* 9, § *Cum autem* 8. D. *Quod met. caus.* Vers. 606, l. *Quisquis* 5, § 1, C. *ad* l. *Jul. Majest.* Vers. 611, litteram N hic scribit, a qua Græci voces Latinas aspiratas incipere voluerunt. Vers. 616, l. I et II D. *De leg. Jul. rep.;* l. II, C. ead.; l. ult. D. *De leg. Jul. pecul.* Vers. 619, lege ῥέρουμ ἀμοτάρουμ. Vid. tit. D. et C. *De act. re amot.* Vers. 627, Stellionatus exemplum ab Ulpiano allatum l. III, § 1, D. *de crimin. Stellion.* V. l. 3 et 4, C. eod. l. XVI. § 1 l. XXXVI, in f. *De pignor. act*, Vers. 628, lege Τουρπιλιάνειον. *Vide* tit. D. ad SC. Turpill. qui libro LX. *Basilic.* est Περὶ συκοφάντων. Vers. 620, tria judicia, finium regundorum, familiæ erciscundæ, communi dividundo, duplicia sunt, uterque enim et actoris, et rei partes sustinet : l. II, § 3 ; l. XLIV § 4 D. *Fam. ercisc.* l. XIII D. *De judic.* Gloss. Basil. : Φαμιλίας ἐρκισκούνδας. Φαμιλίας, ita lege, διαίρεσις, καὶ μερισμός. Ἰστέον δὲ ὅτι τὸ φαμιλ. ἐρκισ. τῶν διπλῶν δικαστήριον ὂν καὶ ἐν ῥὲμ ἐστὶ καὶ περσονάλιον. Vers. 632, l. XII § prætor. et seqq. II. D. *De relig. et sumpt. fun.* Græci hanc actionem ἐπὶ τῇ ταφῇ ἀγωγὴν vocant : lib. LIX *Basilic.*, tit. 1.

Vers. 635. Inversum ordinem versuum existimo, et ita reponendum : ut ad Σ usque decurrat Psellus, sub quo Scorum nomine, pleraque edicta, leges aliquas. Scavaria explicet. Atque eo elemento peracto, T aggrediatur vers. 626 et seqq.; deinde Φ vers. 629, 30, 31, 32, 53, 34, 694, 787 ad vers. 801.

Vers. 635. Lege Ἀδριάειον· intelligit autem senatus-consultum factum sub Adriano quod refertur in l. *Item veniunt* XX, § *Præter hæc*, D. *De hæred. petit. Vide* l. XXV, § 11, D. *eod.* Vers. 637, legendum forte in his duob. versibus, Ἀδριάνειον, plura enim Adriani temporibus senatus-consulta facta sunt l. *Si non lex* LXXXIII, § 1. D. *De hæred. instit.;* l. *Sive contra* III, D. *De agnosc. lib.*, et ejus edictum sublatum est, C. *de edict.* D. *Adrian. toll.* vers. 639. Attiniam legem accipe quam Attiliam vocat Justinian. § *Furtivæ*, l. *De usucap. Vide* IV, § *Quod autem*, D. *De usurp. et usucap.* Vers. 641, lege Γάϊος· loquitur de lege agraria Caii Cæsaris de qua l. ult. D. *De term. mot.*, quæ quinquaginta tantum aureos pœnæ nomine numerat. et *Basilic.* lib. LVIII, tit. 9 : Καθ ἕκαστον ὁροθέσιον δίδωσι. v. N. N. Attaliat. in Synops. : Πεντήκοντα νομίσματα τῷ δημοσίῳ. Vers. 643, olim lege Voconia ultra quadrantem bonorum mulieri testamento relinquere non licebat. *Vide* Dion. Cass. lib. XLVI ; Gell. lib. XVI, cap. v. Vers. 644, lege Δασουμιάνειον Dasumianum, de quo l. *Neque* XXXVI, in p. l. *Non tantum* LI. § *Octo.* D. *De fideic. lib.*, ex quib. negative accipe ἀνέκπτωτον vers. 649, vel negationem insere, ex d. l. *Neque*, versic. *Quid ergo.* Nam senatusconsulto Dasumiano libertas non eripitur his qui fraude careant. Vers. 652, diversa edicta et senatus consulta a Ictis memorantur ; unum cum Liboniano, aliud cum Silaniano conjungunt, alterum est de assignandis libertis, quartum de muliere ingenua quæ servo se junxerat, quod a Justiniano sublatum est l. *unic. C. de senatusconsulto Claud. toll.* Vers. 653, Carbonianum est edictum prætorium, non senatusconsultum, ex quo datur bonorum possessio impuberi cui status controversia movetur, quæ et Carboniana bonorum possessio. *Vide* tit. D et C. *De Carbon. ed.*

Vers. 666. Temporum tractatum aggreditur, secundum id quod initio operis proposuerat ; quem ex Eustathio sine dubio hausit, ut patebit cuique hos versus cum illo conferenti. *Vide* illum cap. Περὶ ῥοπῆς 4, et l. III minorem. De minorib. vers. 669, est pars legis *Inter illam* 217, D. *De verbo. sign.* Vers. 670, ex l. *More* VIII, L. *De feriis.* Est enim id intervallum νυχθήμερον. Eustat. etiam recte habet : Ἡμέρα ἀπὸ τῆς ἕκτης ὥρας τῆς νυκτὸς ἄρχεται, καὶ τελευτᾷ εἰς ἕκτην ὥραν τῆς ἐπιούσης νυκτός. Hic tamen Psellus ἑβδόμης, forte numeri errore. Vers. 673, Authent. hodie, C. *De appellat.*, Novell. 23. Vers. 674, l. I, § *Permittit.* D. *De agnosc. lib.* Vers. 676, l. *Scimus* XXII, § *Si autem* C. *De jur. delib.* Gloss. : Ἰνδέντον Καταγραφήν. Vers. 678, l. I, § 8, 9, 12, 13, D. *De successor. ed.* l. III *Unde cognat.;* l. IV *in f. Quis ord. in bon. poss. servet.;* l. *Si bonorum* II, C. *Qui admitt. ad bon. poss. poss.* Vers. 680, l. II, C. *de usur. rei jud.* Vers. 683, l. *Sciendum*, § *ult.*, D. *De ædilit. ed.* Vers. 686.

Quando venditor non cavet de his quæ edicto ædilium continentur, quanti emptoris intersit, intra sex menses agitur. l. *Si debitor.* XXVIII, D. *De ædilit. ed.* quod si res vitiosa sit, annu utilis est, l. *Sciendum* XIX § *ult.*; l. *Ædiles* XXXVIII, *in p.*, D. *eod.*; l. II, C. *De ædilit. action.* Vers. 690, l. *Sancimus* XLVI, C. *de episc. et cleric.*, quam non esse in *Basilicis* Eustathius testatur. Vers. 692, l. ult., C. *De non nu. pec.*; l. III C. *De dot. caut. non nu.* Vers. 695, l. I et l. ult., D. *de requir. reis*, Vers. 698, l. I, D. *De incend. ruin.* Vers. 703, l. XI, D. *De his qui not. iufam.* Olim decem menses, hodie duodecim, sunt luctus tempora legitima. Vers. 704, l. ultim. C *De dol.* vers. 705, l. *In contractibus* XIV, C. *De non num. pec.* Forte legendum vers. seq. δύο ἔτη σύναπτα. Vers. 707, Novell. 126 de alienat. emphyteus et locat. cap. 8; expellitur enim si ἐπὶ δίετίαν μὴ καταβάλῃ τὸν παρ' αὐτοῦ ὁμολογηθέντα ἐμφυτευτικὸν ἢ μισθωτικὸν κανόνα. Vers. 710, Novell. 100 de temp. non sol. pec. sup. dot. Vers. 716, l. *Properandum* XIII. § 1, C. *De judic.*, ex qua supple : exceptis iis quæ ad jus fiscale pertinent, vel quæ ad publicas respiciunt functiones, et ad legata et fideicommissa de quib. *Vide* Cujac. ad Novell. 1. Vers. 718, successit anno utili, quadriennium continuum, l. *Supervacuam ultim.*, C. *De tempor. in integ. restit.* Vers. 720, l. *Contra majores* XVI, C. *De inoffic. testam.* Vers. 721, l. *milites* XI, § *Adulterii* 4; l. *Quinquennium* XXXI, D. *Ad* l. *Jul. de adulter.* Vers. 722, l. *peculatus* VII, D. *Ad l. Jul. peculat.* Vers. 724, ita lege in Gloss. Basil. : Ἴνφανς ὁ ἐπταετής, καὶ ἴνφανς ὁ ἥττων τῶν ἑπτὰ χρόνων. Vers. 725, Nov. 123 de sanct. episc. cap. 13, quæ tamen οὔτε δὲ ἀναγνώστην ἐλάττονα τῶν ὀκτὼ καὶ δέκα ἐνιαυτῶν. At Eustath., e quo Psellus, octo annis minorem habet. Certe constat. ex synod. Nicæn. II, cap. 14, minores annis 18 lectores fuisse ordinatos. De his nos alibi. Vers. 726, Novell. 119 ut sponsal. larg., cap. 7, et C. *De præf. long. temp.* 10 vel 20 ann. Vers. 730, l. *Quæsitum* IX, D. *De sponsalib.* Vers. 736, l. I, D. *De postuland.* Vers. 737, § *Minorem*, l. *De adopt.* Vers. 739, l. *Omnes* II, C. *De his qui ven. æt. impet.* Vers. 742, male interpres Eustathii vertit litigare : judicare debuit dicere, l. *Cum lege* XLI, D. *De recept.* Vers. 744, Vide Eustathium Περὶ χρόνων κ' nu. 7, ubi exceptionem affert adulterii : e quo noster, ut et reliqua, quæ consule. Hæc indicasse sufficiat.

Vers. 775. Alia est actionum divisio, superiori actionum tractationi jungenda : huic est inferendus versus 805 et 806 nam compensatio bonæ fidei censetur, ex constitutione Justiniani l. ult. C. *De compens.* Psellus autem secutus est ordinem Justin. III § *In bon. fidei*, l. *De actionib*

Vers. 783. Hic abundat negatio, nisi legas οὐεστιματόρια, ea bonæ fidei est, l. *unic.*, D. *De æstimat. act. Vid.* tit. l. *De action.* ut has divisiones percipias.

Vers. 786. Accipe hunc versum de actione ex stipulatu, quæ rei uxoriæ actioni successit, et bonæ fidei facta est a Justiniano § *fuerat antea* 29, l. *De action.* l. *unic.*, *De rei uxo. act.*.

Vers. 787. Horum ordinem versuum supra notavimus : Per Falcidiam autem intellige legitimam liberis debitam ex Justiniani Novella, ut supra monui.

Vers. 801. Alia est actionum divisio, quod scil. aliæ simplum, aliæ duplum, triplum exigant, de quibus in seqq., et ab evictione, et duplæ stipulatione incipit, in qua Græci verbum, defendere, retinuerunt, ad rem defendendum debitorem convenire dixit, Hermogon. l. *Si plus* LXXIV, D. *de evict.* Ita Harmenop. lib. I tit. 9 § 21 : Ἀγωγὴν ἀναγκάζουσαν τὸν πράτην δεφενδεύειν.

Vers. 815. Ni me fallit conjectura, senatusconsulto facto Neratio Prisco et Annio Vero Coss. l. *Is qui servum* VI. D. *Ad leg. Cornel. de sicar.*, cautum est eos qui ex miserrima naufragiorum fortuna rapuissent, lucrative fuissent dolo malo, in quantum edicto prætoris actio daretur, tantum et fisco dare debere, l. *Quo naufragium* III, § *ult.* D. *De Incend. ru. nauf.* At prætor judicium in quadruplum dat, l. I, *in p.* D. *eod.* Eo modo Scholiastes *Basilicon.* interpretatur hæc verba, πρὸς τῇ ἤδῃ ὡρισμένῃ ποινῇ, quæ habentur lib. LX *Synops*, tit. 17, et apud Harmenop. lib. VI, tit. 7, § 6. Τουτέστιν, ait Scholiast., ἵνα καὶ τῷ δημοσίῳ τόσον παρέχῃ, ὅσον τῷ ἐνάγοντι. *Vide* Novell. 64, Leonis

Vers. 819. Forte hi versus sumpti ex tit. I. *De satisdat.* et tit. *De perp. et temp.*, qui titulum *De actionib.* sequuntur.

Vers. 836. l. *unic.* C. *Ex del. def.*, l. 1 D. *De priv. del.*, § *Pœnales*, I. *De perpet. et temp.*

Vers. 838. Hi versus ad 877 sequi debent tractatum Novellarum Justiniani, sunt enim excerpti ex Novellis Leonis. Ad hunc, *vid.* Novell. Justin. 127, C. 13, et Leonis Nov. 22, vers. 845; Novell. 34 et 35 Leonis. Porro hi versus scholii vice tit. 83 *Synops.* Attal. scripti sunt; ubique tamen vers. 846 legitur βαρβαρικῶς · malui de ensibus barbaricis accipere. Vers. 847, est solum ἄνευ, ut Novell. 35; quod vers. 849 recte notavit Leunclav. ex Novell. 34 Leonis excerptum, qua de tutore pupillæ suæ raptore agitur. Legendum autem adverte ποστημόριον vers. 844, in quo nomine emenda Glossas Basilicas quæ habent ποστιμονίου, νομίμου, πούστιον μέρος, τὸ νόμιμον μέρος.

Vers. 852. Quemadmodum locus qui ante atrium nostrarum ædium est, vestibuli loco cedit, eo modo in prædiis maritimis, id maris in quod illa prospiciunt, eis vice vestibuli servit; quare Græci πρόθυρον vocant. Eo in spatio et intervallo, quod non in directum solum, sed in transversum, οὐ μόνον κατ' εὐθεῖαν, ἀλλὰ καὶ ἐκ πλαγίας protenditur, olim retia ad palos tendebant, in quibus pisces morarentur, et includerent, ἐποχὰς et θράνας sive τράνας dicebant, pro quibus ἐτησίους φόρους prædii dominus pendebat; cum ergo sæpe modica prædii latitudo, ad cujus mensuram jus domini in mare porrigebatur, amplis et ad piscandum commodis ἐποχαῖς non sufficeret, statutum est, ut a vicini prædii domino ejus προθύρου partem, ad legitimam θράναν vicinus acciperet, et lucrum ex piscatione ei communicaret, et ne in immensum hæ remoræ et epochæ extenderentur, consuetudine jam erat introductum ut 365 ulnas non excederent, quod Leo imp. confirmavit. Consule ejus Novellas 50, 57, 102, 103, 104; Harmenop. lib. II, tit. 1, n. 63. Attaliat. in *Synops.* fine, tit. Περὶ ἐποχῶν, et Cujac. lib. XIV, observ. 1.

Vers. 859. Leonis Novell. 92. Vers. 866. Novell. Leonis. 106. Vers. 869, Novell. Leon. 109.

Vers. 872. Alia est actionum divisio superioribus adnectenda; *vid.* l. I et seqq. D. *De his qui not. infam.*, et l. *De pæn. temp. litig.* Vers. 879 ad possessionem adipiscendam duo concurrere debent, animus et corpus, eorum alterum non sufficit : quemadmodum nec ad possessionem amittendam, satis est ex corpore excessisse, animo quippe eam retinemus. *Vid.* l. *Qui universas* XXXIX; l. *Possidere*, § *Saltu, et all.*; D. *De acq. poss.* Vers. 882, l. *Si quis in tantam* VII et seqq., C. *Unde vi.* Hæc ad interdicta de quibus supra refer.

Vers. 889. Nisi in tractatum actionum hi versus ad finem hujus partis redigantur, sub propriis titulis mutui, testium, testamenti, ordinem nullum video. Certe in προχείρῳ Harmenopuli, illi tituli leguntur, quos, aut illis similes percurrisse videtur Psellus : forte ex Μικρῷ, e quo Harmen. lib. III, tit. 5 Περὶ δανείου. Hic autem versus 60, l. *Creditores* X *et seqq.* D *De verb. et sig.*

Vers. 915. Ex l. III. *De primipilo*; lib. XII C. Scholiast. *Basilic.*; lib. VIII *Synops.*, tit. 5 : Πριμιπιλόν

ἐστιν ἡ στρατιωτικὴ ἀννόνα· ὡς ὅταν τις πριμίπιλον χρεωστῇ καὶ προῖκα, τὸ πριμίπιλον προτιμᾶται. Primipilum est militaris annona, quare si quis primipilum debeat, et dotem, primipilum præfertur. Et recte Theodorus Hermopolites, lib. IX, tit. 9 : Πριμίπιλόν ἐστι τὸ τοῖς πρώτοις ἀκοντισταῖς στρατιώταις διδόμενον σιτηρέσιον ἵνα διανειμῃ τοῦτο αὐτοῖς. Primipilum est annona, Primipilaribus data, ut militibus distribuant. Primipilares enim ad pascendos milites solemniter ad limites destinabantur, l. VI, C. *Th. De cohortal. princip. Vide* l. *Latis*, C. *In quib. caus. pig. tac. cont.* : l. *Non verum*. C. *De donat ; int. vir.*, etc.

Vers. 917. In *Micro*, vel eo libro, e quo hoc florilegium fecit Psellus, tractata reperit Primipili privilegia ea inter quod refertur, l. I. C. *De condict.*, ex leg. cujus occasione et forte ibi condictio ex lege definita est : unde hunc versum Psellus excerpsit, alias certe hoc loco erronem.

Vers. 920. Sequentes versus excerpti ex Μικρῷ, vel alio libro cui inscriptio ut in *Basilic.*, Περὶ μαρτύρων εὐυπολήπτων καὶ ἀτίμων μαρτύρων· ex quo et Harmenop. collegit tit. 6, lib. I : quem consule, et jura ibi a Gothof. adnotata.

Vers. 925. Harmen. dict. tit. 6 14, n. : Αἱ γυναῖκες μαρτυροῦσιν, ἔνθα ἡ τῶν ἀνδρῶν βία ἀπείργεται· quod vertit Mercerus : Mulieres ibi testimonium ferre possunt ubi virorum prohibetur violentia. Ubi certe a scriptore Harmenopuli delusus est ; in eo namque legendum est θία non βία. Gothofred. emendavit βίος. Debes autem accipere et Harmenop. et hic Psellum, testem esse posse mulierem in illis rebus probandis, ad quas viri non admittuntur. De his sensere *Basilica* lib. XXI *Synops.* tit. Περὶ μαρτύρων κεφαλ. ιϛ· Γυνὴ ἐν διαθήκῃ οὐ μαρτυρεῖ· ἐν ἄλλοις δὲ μαρτυρίαν νέμει, ἐν οἷς ἄνδρες οὐ προσκαλοῦνται· quod ipsis verbis refert Harmenop. dict. tit. 6, n. 52. quo loco optime ejus Scholiastes : Ἐπὶ μέντοιγε τοκετοῦ, αἱ τὸν εἰρημένον σεμνότητος τρόπον φυλάττουσαι, δύνανται μαρτυρεῖν. Super partu vero illæ quæ dictam morum integritatem servaverint, possunt dicere testimonium. Exempla adhibe l. I, § 10, et al. D. *De inspic.* vent. et in sacris a quibus viri arcentur, et in balneis, ut eleganter observavit Attaliata in *Synopsi*. tit. *De testibus* : Πλὴν βαλανείου, καὶ λογείας ἔνθα ἄνδρες εἰσελθεῖν οὐ δύνανται.

Vers. 927. L. VII, D. *de testib.* ; nec enim quæstiones servorum contra dominos, vel judicia, vel interrogationes, vel testimonia valent, contra alios testium penuria robur obtinent. Ead. l. VII, D. *De probat.* l. LVIII, § *ult.* D. *De ædilit. edict.*, l. I, § 16 et 9 ; l. IX, § *fin.* ; D. *De quæst.*, l. *Servus* VIII ; C. *De testib.* Indistincte tamen Justinianus servis testimonii facultatem videtur ademisse. Novell. *de testib.* 90, cap. 6, quam confirmavit Leo, Novell. 49.

Vers. 929. Hi versus usque ad 939 relati sunt in Synopsi Attaliatæ, partim sub nomine scholii Pselli, partim Attaliatæ. *Vid.* Harmenop. dict. tit. 6, n. 15. 16. l. *presbyteri* VIII ; l. *Nec honore* VII ; C. *De episc. et cler.* ; Novell. *De sanctiss. episc.* 123, cap. 7. Porro vers. 936. forte ὑποσχολάζουσι, legendum, et vers. 938, ἀληθῆ, ut apud Attaliat., vel ἀληθές. Vers. 939. Harmenop. ibid. II. 31 : Ἐπὶ τριάκοντα χρυσίου λίτρας, καὶ δύο ἀρκοῦσι πρὸς μαρτυρίαν, καὶ μέχρι δὲ πεντήκοντα τρεῖς ἀρκοῦσι. *Vid.* l. ubi numerus D. *De testib.* ; l. *testium* XVI. C. eod.

Vers. 954. Nota in hac ἀναργυρίας exceptione, aliud longe esse asseverare debitum solutum esse, quæ sane exceptio ad 30 annos durat, imo vix definiri potest, cum incertum sit, quo tempore creditor acturus sit, ac nisi ad ejus petitionem opponatur : aliud debitorem dicere, sibi pecuniam quam scriptura confessus est, numeratam non esse : hæc enim querela (ita Græcis μέμψις) olim quinquennio, hodie biennio terminatur : l. *In contractib.*, C. *De non num. pec.* ; aliud creditorem dicere, pecuniam quam acceptam et solutam scripsit, sibi a debitore non esse numeratam ; hanc enim exceptionem intra triginta solum dies a conscripta securitate creditor potest opponere, d. l. *In contractib.*, § *Super cæteris*. Atque ita recte Græci notant, lib. XXIII *Basilic.*, hoc tit. : Ἡ μὲν γὰρ διετία τότε δίδοται, ὅτε ἔχει χειρόγραφόν τις ὡς μέλλων δανείσασθαι, καὶ λέγει ὕστερον μηδὲν εἰληφέναι· Tunc dari biennium, cum quis chirographum a debitore accepit tanquam ei crediturus, qui deinde dicit, se nihil accepisse. Ἡ δὲ τριακονθημερία, ὅτε ὁ χρεωστούμενος ποιήσει ἀπόδειξιν, ὡς εἰληφὼς ἢ ὅλον, ἢ μέρος. Tunc vero triginta dies, cum creditor securitatem fecerit, quasi totum debitum, vel ejus partem receperit. Diversa item ratio est in dote : si quidem in dotalibus instrumentis, ut fieri mos est, numerata et soluta dos dicatur, marito vel successoribus decennium aut aliud tempus statutum competit ad excipiendum. Novell. 100 ; si vero dotalib. instrumentis confectis, securitas extra ea instrumenta de dote soluta scripta sit, nulla exceptio opponi potest, d. l. *In contractib.* Græci adhuc, cum κατὰ εἶδος προῖκος ῥητῶς ἐμφέρεται τῇ ἀποδείξει, species dotis nominatim securitate enarratur, præclusa est omnis exceptio ; at cum καθ' ὁμάδα δηλοῦται ἐν ταύτῃ in genere in ea dos soluta declaratur, competit jam supra definitum tempus. Ita Harmenop. lib. II, tit. 2, § 7, quod vice scholii habetur lib. XXXIII. *Synops. Basilic.*

Vers. 975. Modo inter eos aliquod negotium non agatur, ut si alter testamento sit hæres scriptus, l. *Qui testamento.* XX § *Quæcunque ;* D. *De testam.* § *In testib., Sed et si filiusf.* I. eod. Vers. 977, ex Novell. Leonis 41, cum jur. civili et Justinianeo septem testes adhibeantur. Vers. 979, intellige de eo qui cautionem a testibus subsignatam a debitore suo accepit, qui sane intra 30 annos agere potest. Vers. 984, necesse autem habet vel jurare, vel referre : nescio an hoc vers. 983, ἤλατο, debeam reponere. *Vid.* l. *Jusjurandum* XXXIV, § *Ait prætor., De jurejur.* ; l. *Delata* IX, *C. eodem.*

Vers. 986. Sine dubio loquitur Psellus de eo qui, ubi jusjurandum detulit, eo tamen nondum præstito, pœnitudine ductus, quippe qui novas probationes reperit, adversarium jurare non vult. Illi enim antequam lis sententia definita sit, relicto juramento, ad alias probationes transire permittit., l. *Jusjurandum* II, C. *De reb. cred. et jurejur.* Μεταπηδᾶν πρὸς ἑτέρας ἀποδείξεις, aiunt *Basilica*. Ita ut velit jurejurando non exacto, extra juramentum licere ab una defensione ad aliam desilire : quod lite jurejurando terminata non licet.

Vers. 987. Hic est ordo Harmenop., ut post tractatum de testibus, de jurejurando, et instrumentis, lib. I, a tit. 6 ad 8, de pactis verba faciat tit. 9, quem sequitur Psellus, qui hanc divisionem conventionum recte exposuit ex mente Ictorum l. V, VI, VII, D. *De pact.* Vers. 996, manifestum est hic οὐκ abundare. Vers. 1005, repondendum est ὁμώνυμον ἀγωγήν, vel ἐναγωγήν, ex l. *Jurisgentium* VII, § 1, D. *De pact.*

1019. Recte Psellus rem enarrare demonstratione actionem præscriptis verbis dixit : nam ubi contractus nomen non occurrit, ex quo agi possit, et inter partes aliquid actum et conventum est nominatim, contra quod aliquid fit ab altera partium, datur actio præscriptis verbis, si nimirum pacta et verba ad rem faciendam, vel dandam intercesserunt : quare optime Græci : Προσκρίπτις βέρβις ἡ τῶν συμπεφωνημένων ῥημάτων ἀγωγή· quod sine rei narratione et demonstratione non sit ; maxime si nihil conventum sed aliquid actum quod mea intersit dicam, tunc enim facta rei narratione (cum ex verbis quæ nulla præ-

scripta sunt a partibus, actio præscr. verb. dari non possit actio in factum dabitur : utraque incerta est, ut docte Psellus, propter incertam actoris intentionem, quæ condemnatione ejus quod interest definitur, id autem quod interest incertum est, *vid.* l. *Juris gentium* VII, D *De pact.* l. I, II, III, et tot. tit. D. *De præscr. verb.* Utraque quoque certo nomine caret : præsc. tamen verbis proprius ad contractum accedit, licet utraque detur quasi contractum sit.

Vers. 1022. De pactis ex continenti, et ex intervallo, quæ informent actionem, quæ contractibus insint, quæ exceptionem pariant, quare et quomodo nuda sint, consule l. VII, D. *De pact.* ; Cujac. eo tit., et doctissimum responsum de nudis pactis, quod tom. II *Juris Græco-Rom.*

Vers. 1032. *Vide* tit. I. et D. *De rer. divis.* Videntur autem hi versus extra ordinem esse, at 1038 subnectendus tractatui de mutuo et creditorib., quem intellige cum distractum est pignus jure, puta a priore creditore, vel cum usucaptum a tertio bonæ fidei possessore : tunc enim cessat in rem hypothecariam, at personali contra debitorem agi potest. *Vid.* l. I, C. *Si advers. cred. præscr. oppon.* ; l. *Cum notissimi* VII, *C. De prescr.* 30 vel 40 ann. Forte et vers. 1042, 43, 1053, in ordinem cogendi sub tractatu de actionib. in littera Σ et Γ.

Vers. 1043. Ex l. I, D. *De suis et leg.* Vers. 1047, et ante, et post testamentum, et sine testamento codicilli scribi possunt. l. *Ante tabulas*, D. *De jur. codicill.*, quibus nec dari nec adimi directo hæreditas potest nec conditio hæreditati apponi ; fideicommissaria tamen potest, l. II, l. VI, l. X, *De jur. codic.* ; l. XXVII. D. *De cond. instit.* ; l. LXXV, ad senatusconsultum Trebell. Quare versu 1050 lege, εἰ μὴ κληρονομία, vel quid simile. Vers. 1053, l. *Stipulationum* V, D. *De verb. oblig.*

Vers. 1057. Putarim hic deesse copulam ; vult enim Psellus testamentum authenticum paternum et pupillare, unum et idem esse testamentum, licet duæ et diversæ sint hæreditates patris et filii, l. *Minorib.* II, § *Prius* 4, D. *De vulg. et pup.* Vers. 1059, irriti testamenti exemplum affert, et quo casu qui duo testamenta fecit intestatus decedat : primum enim secundo perfecto rumpitur, hoc vero repudiante hæreditatem hærede fit irritum : isque est secundus modus ἀκυρουμένης διαθήκης ex quatuor ab Harmenop. relatis : quare vers. 1063 lege ταύτην μὴ ὑπερχόμενος. Vers. 1065, *vide* diversos irriti testamenti modos apud Harmenop. lib. V, tit. 5, Περὶ ἀνατροπῆς διαθήκης, ubi τρία πάθη ταῖς διαθήκαις παρενοχλεῖν ait ῥῆξιν, ἀκυρωσίαν, ἀτέλειαν, omisit μέμψιν de qua tit. seq. 6, de his, D. *De injust. rupt. irr.* Vers. 1072, puto potius ad querelam inofficiosi, quæ obtenta legitima (τρίσμερος, τρίτον, μερίδιον Græci vocant) excluditur, hos versus pertinere, quam ad versuum numerum (ut interpretatus sum), licet verum sit ultimam hujus operis partem solum superesse, ita ut jam duæ partes exactæ sunt : dubium facit vox λόγου· at Gloss. *Basil.* vocant φαλκίδιον, τὸν τίμνοντα λόγον.

Vers. 1073. Hæc ultima hujus *Synopseos* pars excerpta est a Psello e libris 60 *Basilicon*, quorum *Synopsis* eam nobis curiose investigantibus opem attulit, ut in horum versuum ordine nihil quid quam désiderari existimem. Itaque orditur a tit. 2, lib. II hic versus ex l. *Hominis* CLII, D. *De verb. sign.* Græci ibi : Τῇ τοῦ ἀνθρώπου προσηγορίᾳ καὶ ἀνὴρ. καὶ γυνὴ δηλοῦντας. Vers. 1075. l *Verbum* VIII, § 1 D. *De verb. sign.* ; *Basilic.* : Τῆς ἀγωγῆς τὸ ὄνομα οὐ δηλοῖ τὴν παραγραφήν, attamen qui excipit, licet reus, et in jus vocetur, actor videtur, l. I. D. *De except.*, idque vult versus 1067. Vers. 1082, l. *Partum* XXVI. D. *De v. sig.* ; *Basilica* : Ὁ τοκετὸς τῆς κλοπιμαίας, οὐκ ἔστι μέρος αὐτῆς. Vers. 1084, l. *Usura* CXXI, D. *De verb. sig.* ; *Basilica* : Ὁ τόκος τῶν ἀργυρίων οὐκ ἔστι καρπός. Vers. 1085, junge his versibus l. *Alienationis* XXVIII, § *ult.* ; l. XXIX ; l. *Sæpe* LIII ; l. *Triplici* CXLII, D. *De verb. sig.*, et lege, Ὁ μὴ συμπλοκὴν ἔχων, μὴ τομὴν λόγος. Vers. 1094, explica ex l. *Palam* XXXIII, D. *De verb. sig.* Vers. 1111, l. *Litis nomen* XXXVI, D. *De verb. sig.* Vers. 1113, l. *Armorum* XLI, D. *De verb. sig.* Vers. 1114, l. *Liberationis* XLVII, D. *De verb. signific.* Vers. 1108, l. *Cedere* CCXIII, § *Lata.* ; l. *Lata* CCXXIII, l. *Magna* CCXXVI, D. *De v. sig.* Vers. 1109, l. *Qui venenum* CCXXXVI, § *Glaudis.* D. *De verb. sig.* Vers. 1111, l. *Filii* LXXXIII, l. Ἡ τῶν τέκνων CIV, *Liberorum* CCXX, l. *Appellatione* LI, l. *Justa* CCI, D. *eod.* t. ; hic autem lege πάππος. Vers. 1113, l. *Absentem* CXCIX, § *Abesse*, D. *eod.* Vers. 1117, l. *Pecuniæ verbum* CLXXVIII, l. *Pecuniæ nomine* CCXXII, D. *eod.* Vers. 1121, l. *Latæ* CCXXIII, § *Amicos*, D. *eod.* Vers. 1124, l. *Vinculorum* CCXXXIV, D. *eod.* ; lege hoc versu ἔστι καὶ τῶν ἰδίων. Vers. 1126, l. *Plus est* XXII, l. *Restituere* XXXV, l. *Hæc verba* LXXIII, l. *Restituere* LXXV, D. *De verb. sig.*

Vers. 1129. Lib. II *Basil.* titul. 3, est de regulis juris, quo supra decurso a Psello, sequitur tit. 4, Περὶ ἀγνοίας νόμου ἢ φάκτου, ex quo certum est κανονικῶς τὴν μὲν τοῦ φάκτου ἄγνοιαν οὐδένα βλάπτειν, τὴν δὲ τοῦ νόμου πάντας βλάπτειν, cap. 8, eo. tit.

Vers. 1131. Tit. quintus lib. II *Basil.* Περὶ βασιλικῶν ἀντιγραφῶν, l. pen. *C. De precib. imp. off.*

Vers. 1133. Omissis tractatibus rerum ecclesiasticarum, et officiorum qui ad librum septimum concluduntur ex eod. lib., tit. de judic. et jurisd., colligit hunc versum l. *Placuit*, *C. De judic.* Vers. 1134, l. *Properandum* XIII, *C. eod.* Vers. 135, ex tit. eod. lib. Περὶ τῶν προσφευγόντων εἰς προστασίαν τινῶν δυνατῶν. *Vide C. Ne lic. potent. patroc. litig. præst.* Vers. 1137, eod. lib. VII, tit. Περὶ προθεσμίων, etc., l. II et II, *C. De usur. rei jud.*

Vers. 1139. L. VIII *Basil.*, tit. Περὶ ψήφων δικαστικῶν. *Vid.* l. *Falsam* III, l. ult., *C. Si ex fals. instrum. vel testim.*

Vers. 1141. Ex lib. X *Basil.*, qui de restitutionib., tit. Περὶ φόβου. Vers. 1143, Περὶ δόλου, l. I. D. *De dol.* Vers. 1145, tit. Περὶ ἀφηλίκων, cap. 8.

Vers. 1146. lib. XI *Basil.*, ex tit. *De transactionib.*, cap. 1 et cap. 45, unde l. I, D. *De transact.* l. *Præses* XII, C. eod. Vers. 1148, eod. tit. them. 17, restitue. Vers. 1149, eod. tit. cap. 26, l. *Transfigere* XVIII, C. *De transact.* Vers. 1153, eod. tit., cap. 45, l. *Transact.* XXXVIII, C. eod.

Vers. 1155. Lib. XII *Basilic.* tit. Περὶ κοινωνίας, cap. 1, ubi lege ἢ ἀπὸ καιροῦ, ἢ ὑπὸ αἵρεσιν. l. I. D. *Pro soc.* Vers. 1156, eod. lib., tit. Περὶ κοινῶν πραγμάτων· ideoque majores etiam adversus eam restituuntur lib. III, C. *Commun. utriusque jud.*

Vers. 1161. Lib. XV *Basilic.* tit. Περὶ ἐκδικουμένων, etc., l. *Idem Pompon.* V, § *Idem scribit*, D. *De rei vindic.* Vers. 1163, eod. tit., l. *Julianus* XXXVII, D. eod. tit. Vers. 1167, eod. tit. ex l. *Si fundi possessor* LIII, D. eod.

Vers. 1169. Lib. XVI *Basilic.*, tit. Περὶ χρήσεως καρπῶν, cap. 7 et 27 ; l. *Si pendentes* XXVII, § 3 : l. VII, § 2, D. *De usufr. et quemad.* Vers. 1170, eod. lib. XV, tit. 8, Περὶ χρήσεως καὶ οἰκήσεως, cap. 15 ; l. *Eum ad quem* VII, C *De usufr. et habitat.*

Vers. 1175. Lib. 18 *Basil.* tit. 3, Περὶ ὑπεξουσίων, ex l. I, § *In filiof.* D. *Ad senatus consultum Macedon.* : Οἱοσδήποτε ἀξιωματικὸς ὑπεξούσιος κεκώλυται δανίζεσθαι· πλὴν τοῦ ἔχοντος ἰδιοκτητον πεκούλιον, δανείζεται γὰρ μέχρι τοῦ πόσου τοῦ ἰδιοκτήτου πεκουλίου. Vocant Græci eum ἀξιωματικὸν qui potestatem aliquam vel magistratum ex-

ercet : et quid dignitatis nomine filio qui in dignitate est, qui forte decurionatum, l. II, D. *Ad municip.* ; vel ἀγωνοθεσίαν suscepit, l. *Si filia* XX § *Neratius*, D *Fam. ercisc.*, a patre datum est, non conferri dicit ex l, I, § *Se an. id.* 16, D. *De collation.* Harmen. lib. V, tit. 8, n. 29, his verbis : Οὐ συνεισφέρουσι τοῖς ἀδελφοῖς οἱ ἀξιωματικοί. Ita Matthæus Monachus, στοιχ. A. tit. Περὶ αἱρετ.. Hæreticos dicit, μήτε ἀξιωματικοὺς γίνεσθαι, μήτε διδάσκειν, etc.

Vers. 1178. Lib. XIX *Basilic.*, tit. Περὶ ἀγοράσεως καὶ πράσεως, l. *Cum ipse tutor* V, *C. De contrah. empt.* ; l. *Si in emptione* XXXIV, D. eod. vers. 1179, cod. tit., l. III, C. *Quæ res væn. non poss.* Vers. 1182, tit. 8, cap. 1, l. I. D. *De act. empt. et vend.* Vers. 1184, eod. tit. cap. 11, quod accipe de stipulatione duplæ, de qua intelligenda l. *Ex empto* XI, § *Idem Neratius* et seq., D. *De action. empt.* Vers. 1189, eod. tit., cap. 65, l. *Expulsos* ult. C. *De act. empt.* Vers. 1191, eod. tit., cap. 66, l. I, C. *De reb. al. non al.* Vers. 1197, Forte hic versus erat sub tit. *De re permutat. præsc. verb. vel. de leg. commissor.*, qui hoc eodem libro *Basil.* exstant.

Vers. 1201. Eod. lib. XIX. tit. Περὶ ἀναλύσεως πράσεως 10, cap, 41 et 54 ; l. *Quæro* LVIII, § *ult.*, D. *De ædil. ed.* et lib. XXII *Basil.*, tit., cap. 4, quod ita lege, Ὁ ἀγοραστὴς δεικνύει τὸν δοῦλον πρὸ τῆς πράσεως πεφυκέναι, l. *Emptorem* IV. D. *De probat.* ex punctis illis, ἐὰν μὴ δείκνυται, quæ ex cap. sequenti irrepserant. Vers. 1203, eod. tit. 1, Περὶ ἀποδείξεων, l. *Census* X, D. eod., quæ Attaliata in *Synopsi.* tit. 16, *De testib.* Vers. 1204, eod lib. XXII, tit. Περὶ βεβαιώσεως · *Vid.* Novell. 73, *De fid. instrum.* Vers. 1208, eod. lib., tit. Περὶ ὅρκου, cap. 1, l. I, D. *De jurejur.* Vers. 1209, ibid., cap. 1, l. III, in p., D. eod. Vers. 1210, ex l. *Sed si possessori* XI, § *Proinde*, D. eod. Vers. 1212, eod. lib. et tit., c. 26 ; l. *Eum qui* XXX, D. *De jurejur.* Vers. 1217, eod. tit., cap. 34, l. *Jusjurandum* XXXIV, § *Ait prætor*, D. *De jurej.* Vers. 1219, eod. tit. cap. 50. l. *Si quis jujusrandum* XI, *C. De reb. cred. et jurejur.* Vers. 1219, lege, ἐνδίκου ὅρκου, juramenti quod in litem præstatur ; ita scholium a C. Labbæo relatum, quod est Attaliatæ in *Synopsi*, tit. 18 *De jurejur.*, et in *Basilic.*, licet alio in scholio scriptum sit, Καὶ ὁ ἐν Αἰτεμ, ita lego, ἤτοι ὁ ἐν δίκῃ · et in *Basilic.* hoc tit., cap. 4, τὸν ἐν δίκῃ ὅρκον, ut et cap. 10. De eo autem qui in hoc litis æstimandæ causa juramento pegeravit, non facile quæri solet, ait Paul. l. ult., D. *De in lit. jur.*, quemadmodum de perjurio ejus qui decidendæ litis causa juravit, quæritur ; l. *Si duo* XIII, §*ult.*, D. *De jurejur.* ; l. *ult.* ; D. *De crim. stellion.* ; idque voluit Psellus, hoc loco, ex cap. XI dict. tit. *Basilic.*

Vers. 1225. Lib. XXIII *Basilic* , tit. Περὶ τόκων, cap. 27, l. *Placuit* XXIX, D. *De usur.*, ex qua lege hic εἴτε τόκον, Vers. 1227, eod. tit., cap. 61, l. *Si non sortem* XXVI, D. *De cond. indeb.* ; l. *Indebitas* XVIII, *C. De usur.* ; hic lege, πρὸ τοῦ. Vers. 1231., usuræ κατὰ μικρὸν καὶ κατὰ χρόνον, per tempora et minutim solutæ, non poterant jure antiquo in duplum computari, licet eodem jure usuræ duplum non excederent. L. *Usuræ* X, *C. De usur.* ; at ex Constitutione Justiniani, κατὰ μικρὸν καὶ κατὰ χρόνον, ἢ κατὰ μέρος solutæ usuræ, τὸ διπλῶ συμψηφίζονται, vel, quod idem, τὸ διπγοῦν τοῦ χρέους οὐχ ὑπερβαίνουσιν, lib. XXIII *Basil.* eod. tit., cap. 72 et 73 ; quam Justiniani constitutionem in penul. et ult. C. *De usur.* divisit Leunclavius : cum sit Novell. Justin. 121, et Novell. 138, quam alibi Græce non habemus.

Vers. 1233. Lib, XXIV *Basil.*, tit. 1, cap. 12, l. *Cum quis* 12. D. *De condict. caus. dat.* quam auctor *Synops. Basil.* transtulit ad tractatum de donationib. lib. XLVII, tit. 3. Vers. 1236, eod. lib. tit. 1, cap. 21., relato in *Synops.* lib. LII, tit. 3, l. *Si a patre* V, l. *Fideicommissum* VII, C. *De condict. ind.* Vers. 1238, hoc lib. XXIV, tit. 4, cap. 2 ; habetur *Synops.*, lib. VII, p. 77 ; de eo agi hoc libro patet ex tit. 24 *Synops.* Attaliat. *Vide* l. II. C. *Ne uxor. pro mar.* l. IX ; C. *De bon. prosc.* ; Novell. 134, cap. ult. Vers. 1239, eod. lib. XXIV, tit. 6 ; cap. 4 ; retulit auctor *Synopseos* lib. XXXVII, tit. 8. *Vide* l. *Si procurator* 6, § ult., D. *De cond. indeb.*

Vers. 1241. Lib. XXV *Basil.*, tit. 3, l. *Cum debitor* VIII, D. *In quib. caus. pign. tac contrah.*, ubi Hotomanum negative legentem arguit Pselli ἄτοχον χρέος. Vers. 1244, eod. lib., lege δημοσίου, l. *Si hypotecas* VIII, C. *De remiss. pign.* Vers. 1246, ibid., l. *Creditor* IV, C. *De distract. pign.*

Vers. 1248. Lib. XXVIII, *Basil.*, tit. 4, cap. 8 et 12, l. *Cum te sponsæ* IX : l. *Si mater vestra* XII, C. *Donat. ant. nupt.* Vers. 1250, eod. lib. XXVIII, cap. 54 ; ex Novell. Justin. 117, cap. 2, qui τοὺς μεγάλους ἀξι κεκ, μέχρις Ἰλλουστρίου dixit, loco Protospathariorum, ut Harmenop. lib. IV, tit. 6, n. 16. Recte utrumque, nam ex Gloss. *Basil.* Ἰλλούστριοι, πρωτοσπαθάριοι, Ἰλλουστρίων, ἀξιωματικῶν, ἢ συγκλητικῶν. Vers. 1253, eod. lib. XXVIII, tit. 6, cap. 1 ; ex Novell. Περὶ ἀβεμιτογαμιῶν 12, cap. 1 ; Γάμον ἀθέμιτον καὶ ἐναντίον τῇ φύσει ὃν ὁ νόμος ἔγκεστόν τε. καὶ νεφάριον, καὶ ἀμνάτον ; *Basil.*, ubi, Ἀθέμιτόν τε, καὶ παράνομον καὶ κατάκριτον.

Vers. 1256. Lib. XXIX *Basil.*, tit. 1, forte cap. 118, quod in *Synopsi* desideratur, ex l. *unic.*, § *Videamus*, C. *De rei uxor act.* ; Harmen. lib. IV, tit. 8, num. 52 : hic forte lege αὐτεξουσίᾳ γαμετῇ, et vers. 1258, εἰ δ' ἔστιν ὑπεξουσία. Vers. 1260, eod. lib., tit. 1, cap. 63, l. *Mutu* 73, § *Manente*, D. *De jur. dot.*, et lib. XXVIII. *Basil.*, tit. 8, cap. 20, l. *Quamvis* XX, D. *Solut. mat. Vid.* Harmenop. dict. lib. tit. 9 in princip. Vers. 1263, eod. lib. XXIV, tit. 10 ; *Vid.* l. 1, 2, 3, 4, 5, 6 et seqq., D. *De impens. in res dot. fact.* Mendosus, quidem videtur versus 1272, nisi ad superiorem retuleris. Vers. 1275, habetur tit. Περὶ ἀγωγῆς ἀφαιρέσεως πραγμάτων, lib. XXVIII, tit. 11 *Synops.*, sine dubio extra suam sedem, cum lib. XXIX versetur Psellus. Vers. 1275, eodem lib. XLIX, tit. 1, cap. 91 ; *Vid.* l. *Quoties* v. l. *Cum dotem* X, C. *De jur. dot.*, l. *Plerumque* XVIII, C. eod. *Vid.* Harmen. eo cap. 61 lib. IV, tit. 8, num. 5, Vers. 1276, neque mater pro filia dotem dare cogitur, nisi ex magna causa, et probabili, vel lege specialiter expressa ; neque pater de bonis uxoris suæ invitæ, ullam dandi habet facultatem, l. *Mater*, XIV, C. *De jur. dot.*, Οὐ μόνον οὐκ ἀναγκάζεται ἡ μήτηρ προικίσαι τὴν θυγατέρα αὐτὴν, ἀλλ' οὐδὲ ἀνὴρ ἐκ τῶν πραγμάτων αὐτῆς μὴ θελούσης · quod secus in patre qui lege Julia filiam dotare cogitur. L. capite 9, D. *De tit. nupt.* Vers. 1279, eod. lib. *Basil.* XIX, tit. 1, cap. 113 : Γυνὴ καὶ συνισταμένων ἔτι τῶν γάμων ἐὰν ἄπορον ὁρᾷ τὸν ἄνδρα, δύναται ὑπὲρ προικὸς, καὶ προγαμιαίας δωρεᾶς, καὶ ἔξω προίκων διακρατῆσαι τὴν αὐτοῦ οὐσίαν, ὡς ὑπὸ ὑποθήκης · ita legit. Harmenop. dict. tit. 8, n. 38, l. *Ubi adhuc* XXIX, C. *De jur. dot.* Parapherna dixi ἐξώπροικα secutus Gloss. *Basil.*, Παράφερνα ἐξώπροικὰ, οὕτω φασὶ καθ' Ἕλληνας. Sic enim ibi legendum et dict. loco *Basilic.*

Vers. 1286. Non liberorum numerus, non militia, non dignitas, non solus ipse patris consensus, filiam sui juris facit : certis modis patria potestas constituitur, natura, et adoptione : certis item modis solvitur, natura, iterum vel casu et emancipatione. Non nudo consensu, patria liberi potestate, sed actu solemni, vel casu liberantur : nec causæ quibus motus pater emancipavit filium, sed actus solemnitas quæritur. Aiunt Impp. l. *Non nudo* III, C. *De emancip.*, actu solemni, scilicet emancipatione, quæ νόμιμος οὖσα ἡ πρᾶξις · Theoph, § 4, l.

De exhæred. lib. πρᾶξις ἁπλῶς, § 6 *Quib. mo. jus patr. potst sol. actus, et legis actio Ictis.* Cæterum hic versus collectus est ex lib. XXXI *Basil.* tit. Περὶ γονέων καὶ τῆς εἰς αὐτοὺς ὑποταγῆς. Vers. 1283, eod. lib. XXXI, tit. 2, cap. 4, ex Novell. 89, cap. 12, § Ἵνα μή. 2.

Vers. 1300. Lib· XXXIII *Basil.* tit. 1 Περὶ υἱοθετούντων, cap. 52; quod habet apud Theophilum § 9 Τῶν γὰρ εὐνουχῶν. l. *De adopt.*, et Rarmonop. lib. II, tit. 9 Περὶ υἱοθεσίας. *Vide* l. *Spadonum* CXXVIII, D. *De verb. sig.*, ad quorum nominum differentiam observa locum Pauli Medici. lib. sexto, quo εὐνουχισμὸν faciendi varios modos affert. Quidam, inquit, fiebant excisione testium, quidam veretri etiam cum testibus, qui mingebant fistula ænea ut nunc quoque quibus ob morbum ea pars est secta. Quidam fiebant testiculorum attritione, ea vero erat : puello in balneo demisso paulatim testiculos atterere, usque dum velut dissipati evanescerent, atque contorquere, ut vena quæ illis alimentum defert, velut modo interciperetur, atque ita illi tabescerent. Itaque erant eunuchi testibus excisis, solis, aut etiam cum veretro : et contritis, qui propterea vocabantur tblibiæ, etc.

Vers. 1303. L. *Tunc autem* II, D. *De injust. rupt.* lib. XXXV *Basilic.*, ubi de testamentis agitur, et tit. 2 Περὶ ἀτελοῦς διαθήκης, ut patet ex tit. 32 *Synops.* Attal.; auctor tamen *Synops. Basil.* Lib. XXXIX, hunc titulum scripsit, nisi forte divisus est in ipsis *Basilicis*, ibi cap. 2 : Ἡ ἀτελὴς δευτέρα τὴν πρώτην οὐ ῥήσσει · et tit. 20 lib. XXXV, cap. 2 : Εἰ μὴ τελείαν τις ποιήσει βούλησιν, οὐκ ἀκυροῖ τὴν πρώτην, eleganti ratione petita ex Novell. 107, cap. 2 : Ὥγε ἐξῆν διαῤῥῆξαι τὸ γινόμενον, καὶ ἑτέραν ποιήσασθαι βούλησιν, δηλοῦσαν τὴν τελευταίαν αὐτοῦ γνώμην, ἣ προσήκει κρατεῖν · illi enim licuit quod factum rumpere, et aliam condere voluntatem, quæ ipsius supremam (interpres Latin. habet perfectam) sententiam demonstraret, quam valere convenit.

Vers. 1306, eod. lib. XXXV, tit. I, cap. 7. l. *A qua ætate* V, D. *Qui test. fac poss*

Vers. 1307. Non fallor si hos versus refero ad tit. *Si quis aliquem testari prob.*, cujus l. II Paulus ait : Si quis dolo malo fecerit, ut testes non veniant, et per hoc deficiatur facultas testamenti faciendi, denegandæ sunt actiones ei qui dolo fecerit. Græci referunt lib. XXXV *Basilic.* tit. 3, cap. 2 : Ὁ κατὰ δόλον κωλύσας τοὺς μάρτυρας εἰσελθεῖν, ἐκπίπτει τοῦ κλήρου, ejus prohibitiones hoc elegans exemplum affert Psellus, si peregere evacatis testibus sumptus et viatica quis deneget, is enim accedere prohibet, cum propriis sumptibus accedere testes non debeant, et, ut ait Caius l. *Sed si quis* VII. D. *Quemad. test. ap.*, sit iniquum, damnosum esse cuique officium suum : quare testibus ab eo qui producit et evocat dari debere impendia rescripsit Adrian, l. *Testium* § *Gubinio*, D. *De testib. et impp.* sumptus competentes dari l. *Quoniam* II, C, eod., et sumptus iisdem ad faciendi itineris expeditionem præbere debebit, cum id ipsa justitia persuadeat, ab eo hoc recognosci, qui evocandi personas sua interesse crediderit ; l. *Eos*, 6, § 2, C. *De appellat.* Vers, 1310, eod. l. XXXV, tit. 7, cap. 1. *Vid.* tit. D. *De his quæ intestam. del.* et lege versu 1311 : Εἰ δ' οὐκ, ἐῤῥώσθω εἰ δ' ἄλλως, ἔῤῥωται. Vers. 1312 *et seqq.*, ibid. tit. 12 Περὶ αἱρετικῶν ἐνστάσεων.

Vers. 1319. Lib. XXXVI *Basil.*, tit. 1 Περὶ κοδικέλλου.

Vers. 1324 Lib. XXXVII, *Basilic.* tit. 7, cap. 8, ubi τοὺς λόγους ἀποδῶσι · l. *Tutor* VII, § *ult.*; D. *De adm. tut. : Lucius* XLVI, § 3, eod. t., ; l. I, § *ult· ;* D. *De usur.* Vers. 1326, ex eod. lib. vel ex XXXVIII, quo etiam de tutorib. agitur. Si enim tutor per interpositam personam rem pupilli emerit, in ea causa est, ut emptio nullius momenti sit, l. *Pupillus* V, § 3. D. *De auct. et cons. tut. ut si uxor*, l. *Cum ipse tutor.* V, C. *De contrah. empt.*

Vers. 1328, lib. *Basil.* XXXIX, tit. 1 Περὶ τῆς κατὰ διαθ. μέμψ. Lege hoc versu εἰ μὲν μετὰ προς τῆς κατὰ διαθ., nam quamvis instituta in officiosi accusatione, res transactione decisa sit, tamen testamentum in suo jure manet, l. *Si suspecta* XXV, § 2, D. *De inoff.*, quia privatis pactionibus, non dubium est non lædi jus cæterorum, quare nec transactione testamentum rescissum videri potest. Vers. 1331, intellige μέμψιν κατὰ διαθ., de eo accipe qui se adoptatum credidit a femina, et eam suam matrem adoptivam falso esse existimarit, l. XXIX, § *Quoniam*, D. *De inoff.*, et ita explica cap. 20, them. 4, tit. 1, h. lib. XXXIX, cum alioquin adoptatus ex imp· rescripto ad exemplum adrogati quartam habere debeat.

Vers. 1334. Ex lib. XL *Basil.*, in quo agitur περὶ διακατοχῆς. *Vid.* l. *Servus* VII, § *Impubes ;* l. *Si pupillo* XI, D. *De bon. poss.* Tutor autem bonorum possessionem pupillo competentem repudiare non potest, tutori petere permissum est, non etiam repudiare, l. *Tutor* VIII, D, eod.

Vers. 1341. Hæc ascendentium, descendentium, et collateralium successio excerpta est ex Novell. 118, cap. 1 et 1; et descripta est a Leone lib. XLV *Basilic.*, tit. 3 Περὶ βαθμῶν, ubi tamen male contra parentes, vel cum ipsis, admittuntur una cum fratribus, fratrum filii, cum Novella 127 id demum introductum sit. Psellum autem vers. 1342 ita accipe, ut velit, liberis solis nullo admisso neque etiam ascendentibus, vel thiis, omnes hæreditatis partes sine divisione abundare et superesse.

Vers. 1343. Ex rescripto Adriani, atque ideo servatur donec partum ediderit, l. *Imperator* XVIII, D. *De stat. hom.*, quæ lex sine dubio scripta fuit l. XLVI. *Basil.* tit. Περὶ ἀνθρώπων ἐλευθέρων. Vers. 1345, ex eod lib. XLVI, *Basil.*, tit. 3, cap. 1. *Vid.* tit. *De rer. divis I et* D.

Vers. 1358. Affectionis gratia, neque honestæ, neque inhonestæ donationes sunt prohibitæ : honestæ erga bene merentes amicos, vel necessarios ; inhonestæ circa meretrices, l. *Affectionis* V, D. *De donat quæ habetur ;* lib. XLVII *Basil.*, tit. 1 : *Militi tamen focariæ donare non licet* l. *Si ancillam* II, C. *De donat. inter vir. et uxor. ;* at hæredem institui posse arguit vetus inscriptio sepulcri Aurelii Vitalis militis (Valeria Faustina focaria et hæres ejus), pag. 1107, inscript. Grut. Focarias ad exemplum militum dixerunt sacræ militiæ cingulo cinctorum συνεισαχθείσας, de huib. Concil. prim. general.

Vers. 1352. Ultra librum XLVII non versat Psellus *Basilica*, quæ ad LX librum a Leone perducta sunt, forte quia quæ reliquis libris scripta sunt, jam hoc opere enarraverat. Illis additum εἰκονισμὸν graduum hic testatur, is ipse forsitan quem in suis institutionibus depingi voluit Justinianus, quem nobis auctor *Synopseos* invidit.

Vers. 1356. Forte hic legendum νέον νόμον, nam et illi Novellæ iambus νέον νόμον τίθηοι Ῥωμανὸς ἄναξ præfixus est, est auiem prior Novella de prædiis a potentioribus quovis titulo occupatis, de quo item Basilii in Porphyra nati, ambas ex editione Leunclavii lib. II. *Jur. Græco-Roman.* consule, et observationes ad earum aliam Caroli Labbæi viri eruditissimi. Nobis enim (quibus sola interpretatio in animo erat) otium id, quo inviti sine libris in patria extorres fruimur, has breves adnotationes elicuit, ne in desidiam ipsum immutaretur : quas, qualescunque sint, studiosa legum juventus, tibi enim scripsi, utiles tibi precor, et æternæ sapientiæ a quo omne donum, consecro. *Narbone Marcio. Kalend. Decemb., anno salutis* 1630.

Θεῷ δόξα καὶ χάρις.

Jam hoc opus ad umbiculum typographus perduxerat, cum beneficio R. P. Jacobi Sirmundi duo

Pselli poemata accepi, quæ sine dubio Michaeli imp. inscripta huic *Synopsi* adjuncta erant. Ubi enim vir sapientissimus leges imperatorum brevi compendio edocuit, fidei nostræ et canonum notitiam perstringens eadem brevitate eodemque stylo, eorum epitomen his versibus composuit, quorum ipsa initia aliud procul dubio legum opus eos subsequi demonstrant. Non itaque abs re me facturum putavi, si ut prelo urgente mihi licuit, vix exscriptos hos versus *Synopsi* subnecterem.

(*Pselli Opuscula de quibus hic Bosquetus*, De dogmate *et* Oblatio Nomocanonis *exstant supra col.* 811 *et* 919.)

CORNELII SIEBEN

JURISCONSULTI

SPECIMEN OBSERVATIONUM CRITICARUM IN PSELLI SYNOPSIM LEGUM.

Plurima superesse in Novellis cæterisque jurisconsultorum Græcorum reliquiis, quæ vel non intellecta ad hunc usque diem, vel corrupta leguntur, qui litteras amant. Jurisconsulti confitentur omnes. Imprimis vero Psellum in Synopsi legum, multis iisque fœdissimis deformatum vitiis deprehendi. Habuit hic libellus Bosquetum Narbonensem jurisconsultum, interpretem minime felicem. Multa, quæ remedio egebant, fugerunt ejus industriam. Non desunt quoque, quæ pro desperatis intacta reliquisse videtur. Plura præterea corrupit et ita sua versione pervertit, ut nihil minus quam cum juris nostri regulis convenire existimem. Exempla, ex pluribus quæ ad manum sunt, pauca edere decrevi, et si non displicere intelligam, auctior forte et emendatior Psellus prodibit in lucem. Quod ad capita Juris Romani attinet, de quibus hic agitur, paucis omnia indicare potius, quam pluribus illustrare volui. Repetenda ita fuissent quæ ab aliis toties scripta et repetita inveniuntur, modumque egressus in scribendo forem, quem statuerunt celeberrimi *Miscellaneorum observationum* editores.

Vers. 61. Κἂν εἴ τις ἀκριβώσαι τοιοῦτο δὴ τὸ βιβλίον,
Οὗτος ὁ νομικώτατος νομομαθὴς τυγχάνει.

Hæc inter cæteras *Institutionum* libelli laudes refert Psellus, et merito. Ut tamen metri et verborum ratio sibi constet rescribe,

Κἂν εἴ τις ἀκριβώσαιτο τοῦτο δὴ τὸ βιβλίον.

Similis fere error infra vers. 970.

Ὕστερον ἀπαρνήσαι τὸ μὴ χρηστῶς ἐκθεῖναι.

Restitue,

Ὕστερον ἀπαρνήσαιτο μὴ χρεωστῶς ἐκθεῖναι, ubi quod Attici solent, et Latini imitantur, eleganter verbo negandi superaddita negandi particula : ex Græcis exempla afferentem videas eruditissimum Alberti in *Observat. ad Novum Testamentum*, ex Latinis ut et jurisconsultis nostris plura adduxit vir illustris et maximus nostrorum temporum jurisconsultus Bynkershoekius lib. v *Obsc.*, c. 3, quibus adde unicum, ne in re nota diutius morer, ex § 10 *Instit. de suspectis tutoribus*, ubi et Theoph. ἀπαρνεῖται μὴ, etc.

Vers. 195. Αἱ μὲν εἰσι, ὡς λέγουσι, τούτων ἀρβι-
[τραρίαι
Ὑπό τε τῆς δικαστικῆς ἤρτυνται μεσιτείας.
Ταῖς δὲ τῆς ὑπολήψεως τοῦ κρίνοντος εἰ μέλλει.

Vertit Bosquetus *sunt et illæ, quas arbitrarias vocant, quæ judiciali arbitrio instruuntur eo judicis arbitrio si velit.* Sed corrupta videntur, atque id juris regulæ et ratio constructionis suadent. Quod ipsi natura actionis vult, ut arbitraria sit, illud voluntati judicis minime committendum, et licet concederetur id, non constat ita tamen, quo ταῖς δὲ sit referendum ; omnis error ex depravato εἰ μέλλει descendit, pro quo lego οὐ μέλει, εἰ, οἱ, et οὐ sæpius in hoc libello inter se commutata, atque ita sensus erit, quasdam actiones esse arbitrarias, quasdam vero nihil commune habere cum judicis arbitrio. Adde v. 574. Cæterum recte hinc Cl. Schulting : ad Glossas Nomicas ibi defendit in ἀρβιτραρία vocem ἠρτυμένη, quod ipsa constructio etiam evincere videtur.

Vers. 220. Εἴ τις ἐκ φίσκου λάβοι τι δωροῦντος βα-
[σιλέως,
Ἡ συναλλάττων πρὸς αὐτοὺ, εὐθὺς τούτου δεσπόζει,
Ἐκεῖνος δὲ ἐνάγεται μέχρι τετραετίας.

Occurrunt eadem in Attaliatæ *Synopsi* p. 45, unde hic pro πρὸς αὐτοῦ restitue πρὸς αὐτόν· hinc autem ibi lege τούτου δεσπόζει, Bosqueti versio hic obscura : ἐκεῖνος, fiscus est qui intra quadriennium a vero Domino poterit conveniri Adi. § ult. *Instit. de Usucapionibus.*

Vers. 240. Εἰ τις διάθοιτο τυχὸν τῶν ἐκστρατευο-
[μένων
Ἡ διαθήκη ἔρρωται εἰς ὁλόκληρον χρόνον.

Vertit Bosquetus, *Si quis testatus fuerit de castrensibus, testamentum in omne tempus valet*, male, voluit enim significare Psellus, militare testamentum valere per annum integrum etiam post missionem, et ita infra χρόνος sæpius pro anno occurret. *Vers.* 259. Τέταρτον μέρος χρεωστεῖ τῷ υἱοθετηθέντι Υἱοθετήσας τίς τινα τῶν ἑαυτοῦ πραγμάτων.

Ergo secundum Psellum quarta divi Pii hic est quarta omnium bonorum, quam tamen infra vers. 480 facit tertiam, adeoque cum legitima videtur confundere. Unde quis forte hoc in loco quoque τὸ τρίτον rescribendum putaret. Vix tamen quid mutare auderem cum nec alii Græci hac in re sibi constent. Theoph. l. I, tit. 11, § 3, facit quartæ mentionem ; idem scribit Harmenop. l. v, tit. 8, § 87, ubi pro σωτηρώδη, quod et in Parisiensi editione conspicitur, sed sensum non habet, lege σωτηρώδη. *Basilica* l. VIII, § 15, D. *De querela inofficiosi testamenti*, τὸ τρίτον habent (ubi pro υἱοποθετήσηται υἱοθετήσηται restitue), et Schol. tamen ad illum locum p. 45, quartum locum sibi vindicare affirmat : cujus verba cum laborare videantur, ascribam, Ἐπειδὴ ἔχει τὸ δ' ἐκ τῆς Ἰλίου, διατάξεως (καὶ ὡς παρὰ ἀνάξιλου τοῦτο ἀφαιρούμενος ἐπὶ τὸν φίσκον μετέρχεται) λέγει ὁ Οὐλπιανὸς, Ἱροσῆκόν ἐστιν ἢ τὴν ἀρχὴν αὐνὸν μὴ προσίεσθαι, τὴν δὲ ἐνοφικίοσο κινοῦντα, ἢ κἂν κινήσῃ ἡττηθῇ συγχωρεῖν τοῦτο τὸ δ' ἔχειν, etc. Vertit hæc Fabrottus, *sed quia quartam habet ex constitutione divi Pii, Ulpianus ait conveniens esse, vel non, admitti ab initio eum ad querelam inofficiosi testamenti, vel si admissus non obtinuerit, non auferri ei quartam ut indigno*, etc. Sensui hæc respondent fere, fateor,

sed verbis minime. Parenthesi inclusa forte crearunt molestias Fabrotto, quare deleto signo, et ἀφαιρούμενος in ἀφαιρούμενον mutato interrogative illa verba capi velim, ita ut Latine significent. Siquidem quartam habet ex constitutione divi Pii, num et quasi ab indigno ablata illa ad fiscum pervenit? atque ita quæstionis solutionem sequentia continebunt : τὴν ἀρχὴν quoque, ut sæpissime alibi, hic reddi commode posset, omnino. *Basilica* quoque in l. II, § 1, D. *Familiæ erciscundæ*, τὸ τρίτον hac in re habent, quamvis scholiastes ibi quartæ rursus faciat mentionem ; cæterum verba l. II, § 1 memorata, κληρονόμος ὁ ἀγαθὸς νομεὺς, sensum non habent, lege κληρονόμος ἢ ἀγαθῶν νομεὺς, ut quoque Glossæ Nomicæ bonorum possessorem definiverunt per ἀγαθῶν διακάτοχον in Βονόρουμ ποσσεσσόρις, ubi forte, pro διακάτοχον, διακατόχου legendum.

Vers. 261. Ἀτελὴς συγγινώσκεται μήτηρ, μὴ ἀπαι- [τοῦσα
Τοῦ ἀνδρὸς τελευτήσαντος, ἐπίτροπον τοῖς τέκνοις

Vertit Bosquetus : *Infamis fit mater quæ mortuo viro liberis tutorem non petat.* Sed pessime. Nec verba enim nec jura hanc interpretationem ferunt; tu verte vero : Minor veniam meretur mater non petens, viro mortuo, tutorem suis liberis. *Vid.* l. II, C. *Si adversus delictum suum*, ἀτελὴς sæpius apud jurisconsultos est minor, cui τέλειος, qui suæ ætatis dicitur, opponi solet.

Vers. 309. Τὸ διαπλασιαζόμενον ἔκ τινος ἠρνηκότος Καταβληθὲν ἐνδέβιτον ἀπαίτησιν οὐκ ἔχει.

Vertit Bosquetus, *Duplum solutum ab eo qui inficiatus est, indebiti condictione non repetitur.* Sed nihil minus quam id voluit significare Psellus. Tu lege διπλασιαζόμενον, et verte : Quod duplari solet ab inficiante, indebitum solutum repeti non potest condictione : ejusque rei ratio hæc traditura viris eximiis, quia quis simplum solvendo, de duplo transegisse videtur. *Vid.* § ult. Inst. *De obligat.* Quæ quasi ex contractu, et l. IV, C. *De condictione indebiti.*

Vers. 313. Κατὰ τοῦ κλέπτου φούρτιβον, κἂν μὴ [νέμηται δώσας
Τῷ ἐκπεσόντι πράγματος πουβλιάνη ἁρμόζει.

Vertit Bosquetus, *Publiciana competit ei, qui rem amisit, cum non possideat rem furtivam adversus furem*, quæ quomodo cohærant non intelligo, tu pro δώσας lege δώσεις · ας et εις enim sæpius sunt in hoc libello inter se commutata, et verte : Condictionem furtivam adversus furem, etiamsi non possideat, dabis. Ei qui rem amisit Publiciana datur. Per φούρτιβον hic intelligo φούρτιβον κονδικτίτιον. *Vid.* § ult. Intit. *De obligationibus quæ ex delicto*, et res ex regulis juris certa videtur. Πουβλιάνη autem est quæ alibi a Psello Πουβλικιάνα et recte dicitur v. 566, quam bene explicant Glossæ Nomicæ in Πουβλικιάνη. Ubi μίμησιν ἔχει δεσποτείας καὶ οὐ ψιλῆς νομῆς. Ἔστι δὲ ἡ ἀνακαλουμένη τὴν νομὴν τῷ μήπω διὰ κυριότητα δεσπόσαντι καλῇ πίστει νομή. Priora recte se habent et sunt ex l. VI, § 7, D. *De Publiciana in rem actione ;* posteriora obscuriora sunt, pro διὰ κυριότητα alibi fere semper διὰ χρήσεως reperitur, νομὴ autem in fine ferri non potest, atque id vidit quoque summus ille Schulting ad hunc locum, qui corrigit νομῇ, ipse conjeceram νομεῖ, atque id confirmatur quoque ab Harmenopulo l. II, tit. 1, n. 70, qui hinc restituendus ; verba ejus, Πουβληκιανή ἐστιν ἡ ἀνακαλουμένη τὴν νομὴν τῷ μήπω διὰ κυριότητα καλῇ πίστει νομεῖ, sensum non habent justum, unde nec mirum versionem esse nullius momenti ; quid enim, quæso, significant hæc, *Publiciana est quæ possessionem ei revocat qui propter dominium nondum est bonæ fidei possessor?* Omnis error natus est ex omisso verbo δεσπόσαντι ante καλῇ, quo addito clara sunt quæ dicuntur.

Vers. 330. Τῷ δὲ δελφάσις ἔνοχος ὃς ἀλοίη πλα- [στεύων.

Vertit Bosquetus, *Legi de falsis obligatur qui variat falsum* scribens, male ; rescribe ἀλοίη et redde, convictus deprehensus. Bosquetus forte hic de verbo ἀλλοιόω cogitavit. Pro δελφάσις, hic δέ φάλσις scribendum esse cuivis patet.

Vers. 333. Οἱ γενικοὶ τῶν εἰδικῶν ἐγκρατέστεροι [νόμων.

Pro corruptis hæc habuisse Bosquetum ex versione patet. Vertit enim, *leges generales sunt potiores in judiciis*, quod tamen nec Psellus dixit, nec recte dicere potuit. Tu lege.

Οὐ γενικοὶ τῶν εἰδικῶν ἐγκρατέστεροι νόμων,

et vera sunt omnia, leges enim generales specialibus non derogant, licet sint posteriores ; *vid.* l. LXXX, D. *De reg. juris*, ibique Comment., imprimis autem magnum Bynkershoekium l. VII *Obs.*, c. 15.

Vers. 338. Πάντα τὰ ἰδιωτικὰ δημόσιον οὐ βλάπτει.

Restitue levissima mutatione, pro πάντα, πάκτα ut respiciatur ad l. XXXVIII, D. *De pactis.*

Vers. 354. Ὁπόσα δὲ μὴ ἔχουσιν ἰσχὺν κατὰ τῶν [νόμων
Χωρὶς ἀποτελέσματος δοθέντα κατὰ πλάνην,
Οὐκ ἔχει ῥεπετίτιον οὐδ' εἴσπραξιν ὀπίσω.

Vertit Bosquetus, *Ex his omnibus causis, quæ jure non valuerunt aut non habuerunt effectum secuta per errorem solutione condictioni locus erit.* Verba hæc esse fateor, sunt verba enim l. LIV, D. *De condictione indebiti.* Sed nihil minus significant quam id quod Græca præ se ferunt. Unde igitur hæc versio ipsi nata, non video : nec vitium enim adesse significavit, nec remedium quæsivit ; ipse si quid video, vitium in verbis κατὰ τῶν νόμων, latere existimarem ; quare lege κατὰ τὸν νόμον, et sensus erit, *Quæcunque vim habent secundum legem, sed sine effectu* (scilicet ut peti non possunt), *per errorem soluta, non possunt repeti condictione indebiti.* Nec ita a jure aberro, cum notissimum naturalem obligationem impedire condictionem indebiti, et, si velis, *vide* l. LXIV, D. *De condictione indebiti*, l. XCIV, § 3, D. *De solution.*

Vers. 357. Χείρονα ποιεῖν αἵρεσιν γυνὴ προικὸς [ἰδίας
Σαφῶς οὐκ ἔχει δύναμιν ἐν συνεστῶτος γάμῳ.

Verissima sunt hæc, et cuivis constat, mulierem constante matrimonio dotis causam non posse reddere deteriorem. *Vid.* Interp. ad tit. D. *De pactis dotalibus*, sed quid hic ἐν συνεστῶτος γάμῳ? forte ἐκ συνεστῶτος γάμου, vel quod malim ἐν συνεστῶτι γάμῳ, ut quoque est apud Schol. ad l. XXI, § 2, D. *De pactis.* Ubi eadem fere ad verbum.

Vers. 362. Ἐκδίκησιν ἐγκλήματα λαμβάνει τὴν δι- [καίαν.
Ἐν τόποις οἷς ἡμάρτηται, ἔνθα κρείττων ἡ γνῶσις.

Vertit Bosquetus : *Crimina justam vindictam habent, quo loco quis deliquit de crimine cognoscitur.* Ego vertere malim deleto puncto in fine prioris versus, *Crimina juste vindicantur in locis quibus perpetrata sunt, ubi cognitio de illis facilior :* quæ tamen non sola est ratio hujus juris constituti. *Vid.* l. XXVIII, § 15, D. *De pœnis ;* l. III, D. *De re militari*, et Nov. 134, C. 5.

Vers. 383. Τὴν τῶν κακῶν εἰσαγωγὴν οὐ σφίγγειμα [κρὸς χρόνος.

Vertit Bosquetus *Improborum accusatio longo tempore concluditur.* Sed si hæc vera, falsa Psellus loquitur, et sibi ipsi contrarius dum infra, vers. 745, dicit :

Περαίτωσις ἐγκλήματος ὅρος εἴκοσι χρόνων.

ubi forte περαίωσις. Quis nescit crimina omnia temporis lapsu, ad summum autem spatio viginti annorum tolli, et frustra crimen majestatis parricidii et similia excipi a regula hac generali? Quare potius hic respici putarem ad Novellam 134, C. 1, ubi dicit imperator: Τὰ γὰρ κακῶς ἐπινοούμενα οὐδὲ μακρᾷ συνηθείᾳ βεοαιοῦσθαι βουλόμεθα, et recte, non enim vincit rationem consuetudo aut posteriorem legem, l. II, C. *Quæ sit longa consuetndo*, Et si quis hic σφίγγειν pro *arcere* sumi velit aut *impedire*, forte hic καλῶν pro κακῶν legendum, quæ sæpius confunduntur, et sensus fere idem erit. Conjecturæ favet, quod versus hic inter canones referatur e Novellis desumptos.

Vers. 385. Οἱ πλημμελοῦντες κόλασι, διδότωσαν δι-
[καίως.
Φυλαττόμενον νομικῶς νομίμοις διαδόχοις
Ὧν ἔχουσιν οἱ πταίσαντες νομίμων πραγμάτων.

Vertit Bosquetus: *Qui deliquerunt dent juste reis ambitus. Legitimis successoribus servanda jura et res quæ habent delinquentes;* sed absurda sunt, ut ipse vidit quoque; quare etiam in versu 385 voluit legi οὐ πλημμελοῦντες, ex Nov. 124; φυλαττόμενον vero in versu sequenti, intactum reliquit, quod tamen nullo modo hic ferri potest. Vera scriptura horum versuum, ut constet sensus, hæc esse videtur:

Οἱ πλημμελοῦντες κόλασιν διδότωσαν δικαίως
Φυλαττομένων νομικῶς νομίμοις διαδόχοις,
Ὧν ἔχουσι οἱ πταίσαντες, νομίμων καὶ πραγμάτων.

Qui delinquunt dent juste pœnam, servatis legitime legitimis successoribus, quæ habent delinquentes, juribus et rebus. Quæ omnia si referre velis in specie ad pœnas illicitarum nuptiarum, de quibus versu præcedenti actum, inspice Nov. 12, c. 1, ubi cur Hombergius velit pro νενομισμένα γαμεῖν, quod Scrimgerus non modo, sed et *Basilica* ut et Σύνοψις *Basilicorum* habet, legere γάμον ποιεῖν νενομισμένον non video, cum et c. 3 seq. ἀθέμιτα γαγεῖν occurrat, omnibusque constet frequentissime ejusmodi adverbialiter usurpari. Si vero in genere hæc de quibusvis delinquentibus capienda putes, lege Novellam 134, c. ult., et videbis quinam publicatione bonorum sublata a Justiniano ad successionem ab intestato admittantur, Atque huc quoque respicitur versu seq. 405, ubi pro πᾶνι, παισιν legendum esse facile cuivis liquet. Imo omnia sequentia a vers. 394 usque ad vers. 407 ad caput decimum ejusdem Novellæ pertinent, in quo recte legi γυναῖκα ταῖς προσηκούσαις ποιναῖς ὑποβαλλομένην, docuerunt Faber l. III, *Semestrium*, c. 22, et Fabrottus exercitatione 12 *ex Basilicis*, Photii *Nomocanone*, aliisque, licet vetus interpres πληγαῖς, ut ex versione patet, legisse videtur.

Vers. 428. Γυνή τις ἴσως ἄπορος ἐπὶ ἀνδρὶ εὐπόρῳ
Θνοῦσα δίχα γαμικῶν τελείως συμβολαίων
Ὡς δὲ κἂν ἄπορος ἀνὴρ ἐπὶ εὐπόρῳ θάνοι
Εἰς μόνον μέρος τέταρτον τῶν ἑαυτοῦ ντημάτων,
Ἀπὸ τοῦ ζῶντος ὁ θανὼν καλῶς κληρονομείτω.

Vertit Bosquetus; *Si viri locupletis pauper uxor non perfectis dotalibus instrumentis decedat, vel dives mulier viro pauperi superstes sit, in solam quartam demortui bonorum partem succedat superstes.* Videntur, fateor, hanc sententiam præ se ferre Græca, sed nisi corrupta dicas, stultissima sunt. Num dives enim et superstes conjux in pauperis et prius decentis bonorum quartam succedet? ipse existimo εὔπορος et ἄπορος inter se confusa esse, adeoque legendum in vers. 428.

Γυνή τις ἴσως εὔπορος ἐπὶ ἀνδρὶ ἀπόρῳ
Θανοῦσα δίχα γαμικῶν τελείως συμβολαίων,
Ὡς δὲ κἂν εὔπορος ἀνὴρ ἐπὶ ἀπόρῳ θάνοι, etc:

ita ut sensus sit: Si uxor dives viro paupere relicto decedat, vel vir dives decedat egena uxore superstite, nullis confectis dotalibus instrumentis, superstes in defuncti quartam bonorum partem succedat. Ita cohærent omnia, nec juri modo sed linguæ quoque indoli respondent, qua mori quis dicitur ἐπὶ ἀνδρὶ, παισὶ quos superstites relinquit: videatur ut cæteros scriptores cum *Basilicis* omittam, Theophil. I,III, tit. 1, § 16; atque ita quoque intelligendus Eunapius in Himerio, ubi interpres ἐπὶ θυγατρὶ δὲ τελευτᾷ male vertit *discessit e vita post filiam*, cum vertendum fuisset, *mortuus relicta filia*, adeoque licet ἐπὶ cum dativo constructum sæpius *post* significet. Vix tamen in nostro loquendi modo, id usu obtinuisse dicendum Cæterum apud alios quoque ἄπορος et εὔπορος inter se confusa videntur, similemque puto deprehendi errorem in Theophilo lib. IV, tit. 1. § 16, in fine: verba enim, ταῦτα δὲ λέγομεν εἴτε εἰς μέρος εἴτε εἰς ὁλόκληρον εὔπορος ὁ γραφεὺς ἢ ὁ ῥάπτης ὑπάρχοι, non cohærent cum præcedentibus, quibus dixerat, fulloni competere actionem furti, si solvendo foret, alias domini tantum interesse rem furto ablatam non esse, adeoque huic quoque soli illam ob causam delicti hujus persecutionem concedendam, atque ita subjicit recte, idem dicimus εἴτε εἰς μέρος εἴτε εἰς ὁλόκληρον ἄπορος sit sartor aut fullo. Restitue igitur pro εὔπορος ἄπορος, quod confirmatur præterea ex eod.Theoph. § 16 sequenti. Εἰ δὲ ἄπορος ἦν ὁ χρησάμενος εἰς ὁλόκληρον ἢ ἐν μέρει ὁ νόμος ἐπ' ἐμὲ τὴν φούρτι μετέφερεν. Et hæc omnia sunt juris certissimi. Simile vitium in *Basilicis* exstat tom. IV, pag. 446, ubi, pro τὸν δὲ ἄνδρα ἄπορον ὄντα καὶ μὴ ἐπιδιδόντα τὴν διὰ γάμου δωρεὰν, etc., lego, τὸν δὲ ἄνδρα εὔπορον ὄντα, etc., ut ita hæc conveniant cum Novella 53, c. 6, qua mulieri non modo, sed et viro hoc tribuitur beneficium, suadente id quoque l. XI, Cod. *De repudiis*, ad cujus exemplum imperator in mem. Novella dicit se constituere, quæ velit in mortis casu observari. Confirmat id Psellus noster quoque et Harmenop. l. V, tit. 8, § 94. Nec recte Cujacius, Rittershusius, aliique qui eos sequuntur, mutatum hoc statuunt per Novellam 117, c. 5, verbis, τὸν ἄνδρα γὰρ ἐπὶ τῶν τοιούτων θεμάτων τὸ τέταρτον μέρος κατὰ τὸν πρότερον ἡμῶν νόμον ἐκ τῆς οὐσίας λαμβάνειν τῆς γυναικὸς πᾶσι τρόποις κωλύομεν. Si conferantur enim et conjungantur cum præcedentibus τὴν μέντοι ἀλόγως ἐκοληθεῖσαν ἐν αὐτῷ τῷ καιρῷ τῆς ἐκβολῆς τὸ μέρος κελεύομεν λαβεῖν τὸ περιεχόμενον τῷδε τῷ νόμῳ, facile liquet verba τὸν ἄνδρα, etc. rationem continere cur dixerit tantum imperator mulierem in casu divortii cum ea facti injuste, statim τῆς ἐκβολῆς tempore quartam accipere; silet enim de viro hic, quia arcendum omnino putat a quartæ petitione, nec enim recte petit ex causa divortii, cui causam dedit, nec tempore mortis uxoris quia matrimonium jam solutum. Quæ Psellus intra vers. 838 et sequentibus, ut et vers. 865 et 866, de quarta habet capienda a conjuge superstite si non ad secundas transeat nuptias; illustra ex Novella Leonis 22 et 106. Justiniani Novella 127, c. 3, huc non pertinet, non enim de parte omnium bonorum agit, sed donationis antenuptialis, matri concedenda μὴ εἰς δεύτερον γάμον ἐρχομένῃ· lacuna vero quæ in hoc capite exstat in verbis ἔχειν δὲ αὐτὴν καὶ . . . . . δεσποτείας λόγον ἑνὸς καὶ αὐτῇ παιδὸς πρόσωπον ἔχειν δόκει, ex *Basilicis* optime expletur tom. IV, p. 442: Ἔχειν δὲ αὐτὴν καὶ δεσποτείας τοσοῦτον, ὅσον ἡ πρὸς αὐτοὺς παῖδας ἀναλογία ποιεῖ, ἵνα κατὰ τὸν τῆς δεσποτείας λόγος ἑνὸς καὶ αὐτὴ παιδὸς πρόσωπον, ἔχειν δοκῇ. Quem miror locum non notasse eruditissimum Rombergium. Similia invenisse veterem interpretem cuivis inspicienti patebit,

Vers. 462. Ἀδουλτερίης ὄνομα κεῖται περὶ μοιχείας

Καὶ θαύμασον τὴν σύνθεσιν τοῦ ὀνοματοθέτου,
Ὁ Ἰταλὸς τὴν νόθευσιν καλεῖ πως ἀδουλτέραν,
Ἔνθεν γοῦν καθωνόμασται, τὸ στρῶπτον τῆς μοι-
[χείας,
Ἡ γὰρ μοιχεία νόθευσις καὶ παραχάραξίς τις.

Quid velit hic auctor, satis constat, et unicum, quod mihi hic difficultatem creat, est illud, τὸ στρῶπτον τῆς μοιχείας. στρῶπτον, sive potius στρούπτον, idem quod stuprum atque sæpius in genere quamvis πορνείαν significat, ita ut adulterium comprehendat etiam, quomodo et in lege Julia pro adulterio stuprum aliquando usurpatur. Quid igitur hic stuprum adulterii? quare, nisi eodem forte modo, quo crimen adulterii, et similia, id defendere velis, vide num non rescribendum hoc loco sit.

Ἔνθεν γοῦν κατωνόμασται τὸ στρῶπτον, τῆς μοι
[χοίτης
Ἡ γὰρ μοιχεία νόθευσις καὶ παραχάραξίς τις.

Μοί ita sæpius apud nostrum abundare videtur vers. 354 et 963, et optime conveniunt ista quæ in Glossis Nomicis in voce Ἀδουλτέρις in fine habentur: quarum principium memorato loco est obscurissimum. Verba sunt: Ἀδουλτέρις ὁ νόμος ὑπὸ Αὐγούστου ἐκτεθεὶς μὲν, ἀπὸ δὲ τοῦ Ἰουλίου νόμου φυλαττόμενος· κινεῖ δὲ περὶ μοιχείας καὶ στρόπτου. Καὶ ἡ μὲν μοιχεία ἐστὶν ἐπὶ τῶν γαμουμένων· τὸ δὲ στρόπτον ἐπὶ παρθένων, καὶ χηρῶν, καὶ παίδων ἀρρένων κινεῖται. Quæ Bosquetus ad hunc locum tentavit recte refellit maximus Schultingius, qui conjicit legendum esse Ἀδουλτέρις ὁ νόμος ὑπὸ Αὐγούστου ἐκτεθεὶς μὲν, ὑπὸ δὲ τοῦ Ἰουλίου ὄνομα φυλαττόμενος. Favent ingeniosissimæ conjecturæ plura; sed si recipere velis, lege in sequentibus quoque pro κινεῖ, κινεῖται, aut vix cum præcedentibus cohærebunt: quo enim referes illud, κινεῖ δὲ? νόμος non κινεῖν sed κινεῖσθαι dicitur, ut infra vers. 93, 543, 613, 623, et apud alios frequentissime occurrit. Mihi incidit aliquando, restituto κινεῖται, quæ præcedunt non esse tentanda, sed respexisse autorem ad l. I et l. II, D. *Ad legem Juliani de adulteriis*, quarum verba, *Hæc lex lata est a divo Augusto, ex lege Julia servatur*, etc., ut sensus sit Glossarum: Lex de adulteriis lata est quidem a divo Augusto, sed ex lege Julia servata; intenditur vero de adulterio et stupro: adeoque error hic Auctoris, non vero alterius scribentis vitio tribuendus videtur; cui Auctori quoque ascribenda sunt quæ habentur in Ἀκουτλιος ἀγωγὴ κινουμένη κατὰ τοῦ ὑπερθεμένου δοῦναι τὸ καταλειφέν. Vid. Psellus vers. 477, cum in Aquiliam legem, ut vir egregius optime animadvertit, alias minime conveniant. Differentia quæ inter στούπρον et μοιχείαν hic traditur etiam in Glossis docetur in voce φθορὰ, atque res nota est. Tu vide num recte hic legatur τὸ δὲ στρόπτον ἐπὶ παρθένων, etc., κινεῖται· forte enim γίνεται erit restituendum.

Vers. 512. Ἐντὸς μὲν χρόνου ἔσωθεν τετραπλεῦν ἀπαι-
[τοῦσα.

Verissima sunt hæc de actione vi bonorum raptorum, sed quid ἐντὸς χρόνου ἔσωθεν? num pro ἐντὸς πάντως rescribendum, ut infra vers. 690, aut potius ἐνὸς, ut vers. 585? quod malim. Idem docetur infra vers. 703 de tempore hujus actionis, et, ut constat, vere: cum omnes plerumque prætoriæ pœnales anno finiantur. Nec obstant vers. 767 et sequentes:

Οὔτε περὶ ἁρπαγῆς κινήτων ἦν οἱ Λατῖνοι
Οὕτω κατωνομάκασι βῖ βονόρουμ βαπτόρουμ
Ἐτῶν πλέον τριάκοντα εἰς ἀγωγὴν ἰσχύει.

Petita sunt hæc ex l. un. § 1, C. *De annali exceptione*, et quivis facile videt non esse intelligenda de actione nostra pœnali, sed de ipsa rei raptæ persecutione quæ etiam ultra annum dabitur. In vers. 767 lege, Οὔτε ἡ περὶ ἁρπαγῆς κινητῶν, ἣν Λατῖνοι.

Vers. 525. Ἡ περὶ δόλου δέ ἐστι ποίνη καὶ ποιναλία.
Δίδοται καῦσα κόγνιτα, ἔστι περσοναλία,
Ἐν τοῖς δυσὶ δ' ἐνιαυτοῖς ἄρχεται καὶ πληροῦται.
Ἄλλης δ' ὑπούσης ἀγωγῆς οὐ κινεῖς τὴν δὲ δόλῳ.

Quod ad jus attinet, quæ dicuntur hic verissima sunt, et eadem infra vers. 704 et 1143; verba autem vers. 525 mihi suspecta, et rescribendum forte

Ἡ περὶ δόλου δέ ἐστιν αὐτὴ καὶ ποιναλία

Vid. supra vers. 501, ubi eadem fere loquendi ratio. In sequentibus vers., pro ἄρχηται, ἄρχεται repone. Junge cum his Glossas Nomicas in voce δὲ δόλῳ μάλω, ubi recte ratio traditur et æquitas actionis de dolo ex l. I, D. *De dolo malo*, sed verba, Ἵνα μήτε οὗτοι κερδαίνωσιν ἐκ τῆς οἰκείας κακίας, μήτε οἱ ἀπαιτούμενοι βλάπτωνται ἐκ τῆς οἰκείας ἁπλότητος· οὕτως δὲ τὸν δόλον ὁρίσατο Λαβεών, ἔστι δὲ πρῶτος δόλος κακοποίησις λαθραία ἐν προσποιήσει τῶν βελτιόνων τὸ πλησίον προσφερομένη· δεύτερος δόλος ἐστὶ πᾶσα κακουργία, καὶ ἀπάτη, καὶ μηχανὴ πρὸς περιγραφὴν, ἑτέρου γινομένη. Celeber. Schulting. βλάπτωνται et τῷ πλησίον legendum monet. Ego plura quoque hic laborare existimo. Pro ἀπαιτούμενοι et ἀπατώμενοι, agitur enim de læsis danda actione non exceptione; præterea non intelligo hic quid sit πρῶτος δόλος, quis δεύτερος, quare ex memorata l. I, § 2, si liberiori conjecturæ locus detur, legerem, Οὕτως δὲ τὸν δόλον ὁρίσατο Σέρβιος καὶ Λαβεών· ἔστι δὲ πρώτῳ, sc. Σερβίῳ, δόλος, etc.; δευτέρῳ, sc. Labeoni, δόλος ἐστί, atque ita omnia cohærent, et optime cum l. I, § 2, D. *De dolo malo conveniunt*, quam præter Huberum, Sculthingium aliosque plures, optime explicuit vir in jurisprudentia nostra celeberrimus Nood *De forma emendandi dolimali cap.* 2.

Vers. 548. Τυχον γὰρ ἔμελλε τις πλεῖν πλοῦν ἐπι-
[κινδυνώδη,
Καὶ δεδωκέτω χρήματα τῷ φόβῳ τοῦ θανάτου·
Ἐνταῦθα γὰρ ἀπαλλαγὰς ὁ δεδωκὼς τοῦ φόβου
Δεσπότης πάλιν πέφυκε τῶν γε δεδωρημένων
Ὁ δὴ λαβὼν τὴν δωρεὰν φυσικὴν νομὴν ἔχει.

Hæc vertit Bosquetus: *Si quis enim periculosam navigationem ingressurus metu mortis det pecunias, et dimittat res datas, qui metu donat dominus earum remanet, qui vero donum cepit naturalem illarum rerum possessionem consequitur*, sed pessime. Omnis oritur error ex corruptis versibus 549 et 550, quos ita restitue:

Καὶ δεδωκε τὰ χρήματα τῷ φόβῳ τοῦ θανάτου,
Ἐνταῦθα γὰρ ἀπαλλαγεὶς ὁ δεδωκὼς τοῦ φόβου.

atque ita sensus erit: Forte aliquis voluit ingredi periculosam navigationem, dedit vero alicui res mortis timore; si liberatus ab illo timore qui dedit, dominus rursus fit rerum donatarum, et ille qui accepit res donatas, naturalem illarum rerum possessionem habet. Hausta hæc videntur ex l. XXIX. D. *De donationibus mortis causa*, ubi Ulpianus, cessante periculo, ratione cujus quid datum, rei vindicationem concedendam esse existimat; *Basilica* in l. XXIX, mem. laborant: pro ἐγιανῇ quod sensum non habet lege ὑγιάνη quod vero infra vers. 1233 et seq. scribit Psellus,

Ὁ μόρτις καῦσα δωρεὰν πρός τινα πεπραγμένος
Ῥωσθεὶς ἀναλαμβάνεται τὸ δοθὲν παραυτίκα,
Μετὰ καρπῶν, καὶ τοκετῶν, καὶ τῶν ἐπηυξημένων.

Refer ad l. XII D. *De condictione causa data non secuta*, quo donatori condictio permittitur ad rem donatam cum fructibus, partu aliisque incrementis petendam. Videtur hac in re Sabinianorum et Proculianorum fuisse dissensus et utriusque scholæ sententiam deinde putat Cujacius conjunctam fuisse ad l. XXIII, D. *De mortis causa donat*; sed latius id forte alio tempore pertractabo

nunc aliud agitur. Glossæ Nomicæ in ἡ δονατζιόνιοος cl. Schultingio recte corruptæ videntur, et optime vir magnus conjecit verba μήτε καταστρέφεσθαι τὸ δωρούμενον loco suo plane dimota esse; ut tamen cohærere possint, forte et plura alia omissa dicenda sunt, et vide num totus locus sit ita legendus: Αἱ μὲν ἐντερβίβους ἤγουν ἐν ζωῇ ὥστε ἀπεντεῦθεν ἤδη ἔχειν τὸν λαβόντα μήτι καταστρέφεσθαι τὸ δωρούμενον, aut, si minori molimine uti velis lege: Ἤγουν ἐν ζωῇ, ἀπεντεῦθεν ἤδη, μήτε καταστρέφεσθαι τὸ δωρούμενον.

Vers. 555. Ἡ δὲ ἐνοφικίοσο ἡ διαθήκης μέμφις
Εἰσαγωγὴ πρὸς ἀγωγὴν, οὐκ ἀγωγὴ τυγχάνει.

Pro μέμφις lege μέμψις, et quod ad rem attinet, nota Psellum hic cum illis facere, qui querelam inofficiosi testamenti distinguunt ab ipsa petitione hæreditatis, idem fere scribunt Glossæ Nomicæ in ἡ ἐνοφικίοσο, ubi in verbis οὐκ ἐστιν διαθήκης, ἀλλ' αἰτία ἐστίν ἀγωγῶν, dele διαθήκης incuria librarii repetitum propter præcedentem ejusmodi vocem, aut, si id nolis, rescribe ἀγωγὴ κατὰ διαθήκης κατὰ enim hic omissum intelligere minus placet. Sequentia, καὶ ἀπόδειξις τοῦ δέοντος κινεῖν τὸν γραφέντα κληρονόμον, etiam non intelligo, nisi δεόντως rescribere velis, quod habet quoque Scholiast. *Basil.* tom. V, pag. 222, ubi eadem fere ad verbum cum Psello aliisque Græcis faciunt etiam plures jurisconsulti nostrorum temporum, quorum tamen sententia videtur minus verosimilis, ut optime Vinnius, Averanius, aliique ostenderunt. Concedimus Græcis scripturam testatoris esse causam hæreditatis, non hæreditatis petitionem; sed quid inde? Ergo, ut recte infertur ex dictis, testamentum inofficiosum est causa querelæ non ipsa querela, atque id omnes confitemur, ipsamque tamen querelam, esse petitionem hæreditatis ex causa inofficiosi testamenti summo jure existimamus; sed hæc alterius sunt loci.

Vers. 671. Ἑβδόμης ὥρας δ' ἄρχεται νυκτὸς καὶ μέχρι ἕκτης
Νυκτὸς τῆς ἄλλης ἀκριβῶς τὴν περαιωσιν ἔχει.

Vertit Bosquetus: *A septima noctis hora dies incipit, et usque ad sextam alterius noctis exacte transit*, adeoque putat hic Psellum in numero errare. Ego potius scripturæ vitium hic adesse putarem, atque id suadet etiam ipsa verborum constructio: quid enim ἄρχεται ἑβδόμης ὥρας? Vide igitur num legendum:

Ἕκτης ἡμέρα δ' ἄρχεται νυκτὸς, καὶ μέχρι ἕκτης,
etc.

Adde l. VIII, D. *De feriis*; l. V, D. *Qui testamenta facere possunt*; Eustath. de temporum intervallis p. 209.

Vers. 734. Ταῖς μὲν θηλείαις δώδεκα εἰς ἐφηβίαν χρόνους·
Οἱ δὲ τεσσαρεσκαίδεκα τοῖς ἄρρεσι κριττέοι.

Aut χρόνοι videtur in versu 734 legendum, aut, pro δώδεκα δέδωκα, assignarat enim jam. 15 annos puellis vers. 730.

Vers. 792, Εἰ δ' ὅθαν ἐγέννησε παῖδας ἐν βίῳ δύο,
Οὐδ' ἑνὸς ἐμνημόνευσε ποιήσας διαθήκην,
Ἕκαστος ἕκτον λήψεται πραγμάτων τῶν πατρικῶν.

De Falcidia agens hæc scribit Psellus, sed in versione, a Bosqueto neglecta, cujus rei causam non video; versus 792 est corruptus; quid enim illa εἰδ' ὅθαν? tu rescribe ex Attaliat, *Synopsi* p. 33, εἰδ' ὁ θανὼν, etc. Attaliat. autem hinc redde duos versus 794 et 796 in vers. 797:

Δωδέκατον δ' εἰς τέσσαρες τυγχάνουσιν οἱ παῖδες,
Restitue δωδέκατον δ' εἰ τέσσαρες. Glossæ quoque Nomicæ, in voce Φαλκίδιος, laborant. Verba sunt: Φαλκίδιος λέγεται παρά τῶν νόμων (num νομικῶν) ὅταν ἐκ κοινοῦ τινος πράγματος εἰς ὃ μετέχουσι πολλοὶ μέρος τι τούτων, ἕκαστος τῶν μετοχόντων εἰς αὐτὸ δίδοται· ὃ συνήθειαν οἱ κοινοῖ ἔχουσι μερίδα καλεῖ. Cl. Schultingius hic ἑκάστῳ legi vult, atque ita quoque exstat apud Harmenop. p. 399, ubi omnia fere ad verbum; in sequentibus autem reponendum existimat, ὃ συνήθειαν οἱ κοινωνοὶ ἔχουσι μερίδα φαλκιδίαν καλεῖν; sed forte minus bene. Ὃν pro ὃ etiam Schol. Harmenop. hinc restituo, nec ad μέρος sed ad φαλκίδιος, puto referendum. Sequentium autem verborum videtur hic sensus esse, quod φαλκίδιον vocant Jurisconsulti, illud κοινῶς μερίδα appellari. An accurata sit hæc Falcidiæ descriptio nunc non quærimus. Cæterum apud Harmenop. quoque παρὰ τῷ νόμῳ tegitur, et, pro δίδοται, διδῶται.

Vers. 869. Ἐξαετοῦς οὐ γίνεται μνηστεία κατὰ νόμους,

Recte id scribitur a Psello; non enim minor debet esse sponsa quam septem annis, l. XIV, D. *De sponsalibus*. Eadem habet Attaliat. in *Synopsi* pag. 23, quem hinc restitue.

Vers. 874. Ἡ περὶ παρακαταθήκης τε καὶ ἁρπαγῆς βιαίας,

Corrige, ut versus sit 15 syllabarum,
Ἡ περὶ παραθήκης τε καὶ ἁρπαγῆς βιαίας,
ut supra versu 520, ubi malim quoque legi ἡδὲ δεποσίτης, et in vers. 522 pro τόκος et συγχήσεως τόκους et συγχρήσεως. Cæterum frequentissime alias depositum παρακαταθήκη dicitur, ut in l. XXXVII, § 5, D. *De leg.*, ubi quædam editiones male divisis vocibus παρὰ καταθήκην, fefellit forte quosdam, omissum εἰς ut ita sæpius apud Græcos εἰς παραθήκην, vel ἐν παραθήκῃ, vel παραθήκης λόγῳ λαμβάνειν.

Vers. 913. Εἶσὶ δ' ἕτερα δάνεια τῶν μεταγενεστέρων
Τὴν δύναμιν κινήσαντα τῆς προικὸς παραδόξως
Ὁποῖον τὸ διδόμενον ἀκοντισταῖς τοῖς πρώτοις
Καὶ τὸ προφάσει δανεισθὲν στρατείας κινουμένης.

Sequitur hic Psellus illorum sententiam, qui in concursu creditorum primum præ omnibus locum concedunt fisco ex causa primipilari, l. III, D. *De primipilo*: secundum ei qui in militiam emendam credidit; tertium denique uxori ratione rerum dotalium, Nov. 97, c. 4; nec desunt hodie qui idem cum Psello sentiunt; utrum bene an male hic non examinabo, id modo nunc monitum velim in vers. 914, pro κινήσαντα forte rescribendum esse νικήσαντα, ut ita νικᾶν sæpius a nostris usurpatur et a Psello vers. 919 seq. Præterea in versu 916 nescio qui velit στρατείας κινουμένης, tu vide num ὠνουμένης sit legendum. Quid δάνειον et quomodo aliquando differat a voce χρέος, aliquando autem eodem comprehendatur, *vid.* Glossæ Nomicæ in χρέος, ubi verba καὶ τὸ ἀπὸ λεγάτου καὶ ἀπὸ διαθήκης mihi corrupta videntur, quod enim ex causa legati illud ex testamento deberi certissimum: habet tamen et Harmenopul. pag. 236, ἀπὸ διαθήκης, sed nihilominus utroque loco legi malim, pro ἀπὸ διαθήκης ἀπὸ καταδίκης ex Attaliat. *Synopsi* p. 18. Cæterum huc refer l. X et XI, D. *De V. signification.* Ex quarum posteriore Schulting., ad vocem δανειστής pro χρεώμενος, recte χρεωστούμενος legit, ut quoque apud Psellum legitur vers. 890:

Πᾶς γὰρ ὁ χρεωστουμενος ἐξ οἱασοῦν αἰτίας
Ἐκ νόμου δανειστής ἐστι τοῦ κεχρωστημένου.

Vers. 922. Καὶ ὅσοι κατεκρίθησαν ἐν τοῖς δικαστηρίοις,
Ὡς συκοφάνται μὲν μοιχοὶ ἢ κλοπὴν εἰργασμένον.

Referuntur hi a Psello inter testes qui a testimonio omnino arcentur, adeoque cum illis sentire videtur qui infamibus in genere testandi denegant facultatem, quod tamen falsissimum esse putant Duarenus, Donellus, aliique magni nominis jurisconsulti, arg. l. III, § 5, l. XIII. D. *De testibus*. De

adulterii damnato agit l. XIV, D. *De testibus*, ad quam *Basil.* Scholiastes p. 553, notat intelligendam esse de damnato, cujus verba, cum corrupta putem, ascribam et emendabo : Οὐκ ἀμφιβαλλόμενος ἀλλ' ὁ πρὸς τῆς ὑπογραφῆς καὶ μαρτυρίας κατηγορηθεὶς καὶ καταδικασθείς · quæ vertit Fabrottus, *Non de quo dubitetur, sed qui accusatore subscribente in crimen et testibus datis accusatus et damnatus :* sed nihil minus voluit dicere Scholiastes. Fefellit Fabrottum corruptum πρός· quod muta in πρό, atque ita sensus verborum erit. Non de quo dubitetur, sed qui antequam subscripserit nomen testamento et testis officio functis, fuerit accusatus et damnatus. Certissimam hanc emendationem dices si cogites in l. XIV memorata quæsitum fuisse an adulterii damnatus possit esse testis in testamento. Πρός et πρό sæpissime inter se commutata esse omnes norunt.

Vers. 924. Οὐκ ἔστι μάρτυς ἄνηβος οὐδὲ τῶν γυ-
[ναικῶν τις
Εἰ δ' ἐ στι τὸ γενόμενον μὴ δυνάμενον θέαν
Ἀνδρικὸν καταδέξασθαι γυναῖκες μαρτυροῦσιν·

Secundum jus civile hæc falsa sunt, extra testamentum enim et codicillos forte, mulieres dibendi testimonii jus habere patet ex l. XVIII, D. *De testibus*. Leonis autem Novella 48 mulieres remotas esse a testimonii dictione constat, ad quam igitur hic respicitur ; adduxit illam quoque Schol. *Basil.* ad tit. *De testibus* p. 545 et 557, in quo posteriore loco corrupta verba, Ἐπὶ δὲ τοκετῶν καὶ εἴ τι ἕτερόν ἐστιν ὃ μόντην θηλέω ὄψις ὁρᾷ corrige et lege ὃ μόνη θηλείων ὄψις ὁρᾷ. Eadem docet Attaliat. in *Synopsi* p. 15, καὶ παῖδες κατὰ γονέων μαρτυρεῖν κωλύονται καὶ γονεῖς κατὰ παίδων, καὶ γυναῖκες πλὴν βαλανείου καὶ λογείας ἔνθα ἄνδρες εἰσελθεῖν οὐ δύνανται. In verbis πλὴν βαλανείου καὶ λογείας, videtur latere vitium. Leunclavius legit πλὴν βαλανείου καὶ ἐν τόποις, male ; tu lege πλὴν βαλανείου καὶ λοχείας ; apud Harmenop. hinc, pro βία, recte θέᾳ legendum esse monstrat Bosquet. ad hunc locum.

Vers. 927. Καὶ δοῦλος ἔτι μαρτυρεῖ ἐν σπάνῃ τῶν
[μαρτύρων.

Res vera est, ut constat ex l. VII, D. *De testibus :* sed quid hic ἐν σπάνῃ ? tu lege ἐν σπάνει, facillima mutatione ; η enim et ει sæpissime confunduntur

Vers. 936. Τοῦ δ' ἄλλους ἀναγκάσειας μαρτυρεῖν
[ἀκουσίως,
Καὶ μᾶλλον εἰ τυγχάνων τις τῶν καταδεεστέρων
Πρὸς ἄνδρα δίκην ἔλαχε τῶν ἐπὶ δυναστείαις,
Κἀντεῦθεν ὑποκλάζουσι τῷ φόβῳ τοῦ δυνάστου
Καὶ τοῦ πένητος οἱ μάρτυρες, τότε γὰρ καὶ πρὸς
[βίαν
Εἰς μαρτυρίαν ἥκοντα καὶ τ' ἀληθὲς τιθέναι.

In versu 933 lege τοὺς δ' ἄλλους, et in vers. 937 lege τοῦ πένητος, deleto καί. Sed quid in vers. 936 ὑποκλάζουσι notat ? Habet idem Attaliat. *Synopsis* p. 15. Bosquetus corrigit ὑποσχολάζουσι· quod tamen minus placet. Legendum forte ὑποσκάζουσι, atque ita fidem vacillantem l. I, pr. D. *De testibus*, Schol. ad illum locum vertit σκάζουσαν πίστιν· loeum integrum ascribam cum corruptus videtur, τῶν μαρτύρων ἡ χρῆσις συνεχής τε καὶ ἀναγκαῖα τὴν ἐξ Ἑλλήνων μάλιστα, χρὴ δὲ προσλαμβάνεσθαι καὶ ἀπαιτεῖν μάρτυρας ὧν οὐκ ἔστι σκάζουσαν τὴν εὑρεῖν ἤτοι τὴν μαρτυρίαν. Nescio quid hic illa ἐξ Ἑλλήνων μάλιστα, adeoque vide num rescribendum ἐξ ἀῤῥένων μάλιστα. Mulieres enim testes esse prohibebantur. Nov. 48 Leonis supra memorata. Cæterum quæ Psellus hic docet. habet quoque Schol. *Basil.* ad tit *De testibus* pag. 574, ubi, quod hic ὑποσκάζειν esse puto, significatur per ἀναποδίζειν.

Vers. 942. Ἐπὶ δὲ καταθέσεως πέντε μάρτυρας δέ-
[χου.
Τὰς δέ γ' ἐκ τοῦ παρήκοντος ἀφίτει μαρτυρίας.

Vertit hæc Bosquetus : *Super deposito quinque testes exhibeto testimonia vero convenienter rejiciuntur.* pessime Κατάθεσις in Novellis aliisque Græcis est confessio, cautio, depositio, atque hic quoque significat confessionem debitoris, qui si sine scriptura confiteatur debitum, confessio nullius momenti habetur, nisi quinque testibus specialiter rogatis ut confessioni interesse velint, confirmari possit, adeoque sensus erit verborum vers. 942. Super confessione debitoris adhibe quinque testes, sequentem autem verte, In transitu, aut, a transeunte sumpta testimonia rejice, atque ita omnia conveniunt verbis et sententiæ Nov. 90, c. 2 et 3 apud quem, pro ἀκούσει, ἀκούσοι et ὀφείλειν τῷδε ex Nov. memorata legendum esse vix opus est ut moneatur. Cæterum ex Novellæ ejusdem c.2 explicandi quoque versus sequentes.

Vers. 948. Εἰ μήγε πέντε μάρτυρες εἶποιεῖν παρα-
[χθέντες.
Ὡς γέγονεν ἀπόδειξις τοῦ κεχρεωστημένου.
Ἢ τούτων κατ' ἐνώπιον ὁ δανειστὴς ἐξείποι
Ἀπολαβεῖν τὸ ἴδιον χρέος ἐκ τοῦ χρεώστου.

Bosquetus vertit : *Nisi quinque testes producti dixerint securitatem debitori fuisse conscriptam et ipsis præsentibus dixisse creditorem se a debitore proprium debitum accipere* : male ; nec sufficiunt quinque testes a debitore producti, sed longe plura præter numerum requiruntur ut inspicienti Novellam patebit : verto igitur, Nisi quinque testes dicant se accersitos fuisse cum apocha fieret, aut Nisi coram illis creditor dixerit accepisse se debitum a debitore. Idem fere dicit Harmen. l. I, tit. 6, n, 3 : Οἱ μαρτυροῦντες ἐπὶ χρεῶν ἐγγράφων εἰπάτωσαν ὡς τῇ καταβολῇ παρῆσαν ἢ ἐπ' αὐτοῖς νομίμως κατέθετο ἐπὶ· τούτῳ μόνῳ προσκληθέντες δηλονότι, ἐὰν ὦσι πέντε τὸν ἀριθμόν. Vertuntur hæc, Qui de perscriptis debitis testimonium ferunt dicant se solutioni interfuisse, aut legitime alioqui ipsis debitis esse satisfactum, etc. : quæ posteriora minus Græco textui convenire videntur. Tu verte, Dicant se solutioni interfuisse, aut coram illis creditorem legitime confessum fuisse sibi solutionem esse factam, et si κατέθετο passive sumi nolis, κατετίθετο forte legendum.

Vers. 996, Οὐκ οὖν τὴν κομβεντίονα εἰς τρία ταῦτα
[τέμνε
Μουβλίκαν λεγίτιμάν τε καὶ τὴν λουρισγεντίαν

Bosquetus in vers. 997 delet οὐκ. et dicit manifeste abundare, sed male, adesse debet, et cum οὖν jungendum. Postulat id meri ratio et quis nescit οὐκοῦν igitur significare. Atque ita recte ex præcedentibus hic colligit Psellus, conventionis, cum in privatam dividatur et publicam, privata autem sit legitima vel juris gentium tres species optime constitui publicam legitimam et juris gentium.

Vers. 1250. Τὸν γάμον ἡ διάθεσις τελεῖ ἡ ἀμοιβαία,
Προσθήκης γὰρ οὐ δέεται προικώων συμβολαίων,
Εἰ μὴ πρωτοσπαθάριος, ἢ πλέον τις τυγχάνει.

Miror hunc locum a Bosqueto inemendatum relictum : tu corrige et lege : Προσθήκης γὰρ οὐ δέεται προικώφων συμβολαίων, atque hinc corrige Attaliat. in *Synopsi* p. 23, ubi pro τῶν γάμων ἡ ἀθέτησις τελεῖ ἀμοιβαία, restitue τὸν γάμον ἡ διάθεσις, etc. Dunt autem hausta hæc ex Novella 22, c. 3, et 117, c. 4. Verba Nov, 22, c. 3, referuntur in *Basilicis* tom, IV, p. 255 ubi quod additum est ex Nov. 117, c. 4. Eadem fere retulit Psellus supra vers. 375 et 376.

Γάμος δ' ἐκ διαθέσεως συνίσταται καὶ μόνης,
Κἂν μὴ προβῶσι γαμικὰ συμβόλαια πρὸς ταύτης,
rescribe, πρὸ ταύτης

Vers. 1266. Τῶν ἀναγκαίων πεφυκεν ὁ μόλος τῆς
[θαλάσσης,

Ποιῆσαί τε νεόφυτα ἄμπελόν τε καὶ δένδρα,
Ἐπί τε χρησιμότητι ἀγροῦ σπερματοθήκας.

Vid. l. I et III, *De impensis* in res dotales factis unde forte hic, pro ἄμπελον legendum ἀμπέλων.

Vers. 1269. Διακέρδα τὰ πράττοντα βελτίονα τὸν [προῖκα,
Ὁποῖον τὸν νεόφυτον ἢ τὸ ἀρτοκοπεῖον,
Ἃ προῖκα οὐ μειοῦσι μὲν, ἀλλ' ὅμως ἀπαιτοῦνται,
Ἤρι τὰ δαπανήματα τὰ τέρψιν ἐμποιοῦντα.

Vertit Bosquetus : *Utiles meliorem dotem faciunt, quales sunt Novellata et pistrinum, quæ dotem quidem non minuunt, tamen repetuntur : idem circa voluptuarias.* Sed posteriora sunt falsissima, constat enim maritum non repetere impensas voluptuarias. sed tollere tantum quod factum est, quatenus id fieri possit sine rei detrimento l. IX et XI pr, D. *De impensis in res dotales factis.* quare et Bosquetus suspicatus laborare vers. 1272, nihil tamen attulit quo restituatur ; tu rescribe ex l. VII, D. tit mem. Περιττὰ pro περὶ τά, in versu autem 1269, pro διακέρδα, διὰ κέρδη, ex l. v, § 2, D. eod., ut διὰ κέρδος, l. I, D. eod., quæ alibi ἐπωφελῆ dicuntur.

Vers. 1273. Μηδεὶς κατὰ τῆς γυναικὸς κλοπῆς κι- [νείτω δίκην,
Ἀφαίρεσιν, κινείτω δὲ τῶν κλαπέντων πραγμάτων.

Vertit Bosquetus : *Nemo contra uxorem furti actionem moveat, sed rerum amotarum ;* ego posteriora veterum potius. Sed condictionem moveat rerum furto ablatarum : actio enim rerum amotarum non semper locum habet, sed tunc demum cum divortii causa res subrepta fuerit et divortium secutum l. XXV, D. *De actione rerum amotarum :* quod docet quoque Schol. *Bas.* ad h. t. p. 438 in fine et in initio sequentis p. 439, ubi in verbis, Δύναται κατὰ τὴν ῥέρουμ ἀμοτάρουμ ἔχων κατ' αὐτῆς ὁ ἀνὴρ καὶ κονδικτίκιον facile vides κατά in καὶ esse mutandum, quæ sæpius inter se sunt confusa : et in sequentibus ἄρχεται μὲν ἡ ῥέρουμ ἀμοτάρουμ, τὸν δὲ κονδικτίκιον δύναται κινεῖν κατ' αὐτῆς ὁ ἀνὴρ ἄρχεται, quoque vitiosum ; rescribe εἴργεται, vel. quod malim, ἀργεῖ ; cæterum in Psello nescio num bene se habeant ἀφαίρεσιν κινείτω· mallem ἀπαίτησιν κινείτω, atque eodem modo in Glossis Numicis in κονδικτίτζιος ῥέρουμ ἀμοτάρουμ, pro ἤγουν ἀφαίρεσις legerem ἀπαίτησις ; ἀφαίρεσις est ablatio ; ἀπαίτησις, repetitio ablati, ut ita sæpius κονδιατίτζεος per ἀπαίτησιν πράγματος explicatur in iisdem Glossis, et ἀπαίτησιν κινεῖν condicere in l. XXIV, D. h. t., ubi vide num, pro τοῦ τιμήματος, sit τοῦ πράγματος legendum, cum conditio rei amotæ hoc in casu vel vindicatio ut in Pandectis legitur, a viro institui possit. Ipsa porro actio rerum amotarum plerumque dicitur ἡ περὶ ἀφαιρέσεως vel ὑφαιρέσεως πραγμάτων ἀγωγή, de eadem egit Psellus supra vers. 619 et seqq. :

Ὁ ῥέρουμ ἀμοτάρουμ δὲ κοκδικτίκιος λόγος·
Ἁρμόζει δὲ καὶ γυναιξὶ κατὰ τῶν συνοικούντων,
Ἀνδρί τε κατὰ γυναικὸς κλέψαντος ἢ κλεψάσης,

ubi forte pro κλέψαντος, κλεψάντων, cum ad συνοικούντων referendum, legi debet.

Vers. 1342. Οἷς μέλη περισσεύουσι παῖδες εἰσὶν [εἰκότως.

Vertit Bosquetus : *Illi quibus partes abundant recte filii sunt.* Quod nec Græcis verbis convenit, nec quid significet intelligo : non capio etiam quæ in notis scribit : *Psellum autem* vers. 1342 *ita accipe ut velit, liberis solis nullo admisso neque etiam ascendentibus vel his omnes hæreditatis partes sine divisione abundare et superesse.* Tu verte ex l. XIV, D. *De statu hominum,* quibus membra abundant recte liberi sunt, atque, ut vides, res est notissima.

Hæc pro instituti ratione sufficere visum fuit. Cæterum si quid habeant eruditi, aut in bibliotheca quadam superesse resciverint, quod facere possit ad ornandam Pselli editionem, ut id mecum communicare velint majorem in modum rogo. Atque hæc causa quoque cur nomen, quod alio tempore latere malui, specimini huic præponere non dubitabam.

ADDENDÆ VARIÆ LECTIONES.

(Ex codice P. Sirmondi.)

—

Vers. 18. Schol. : Τῶν γὰρ Διγέστων μέρη τὰ πρώτιστα, πρώτην τῶν πρώτων τὴν προσηγορίαν εἰσδέχεσθαι, ἅτε σύνθεσίς τις πεφυκυῖα τετράδιβλος περὶ συναλλαγμάτων, δι' ὧν τί συνίσταται ἡμέτερον τὸ πᾶν διαλέγεται.

Vers. 26. Καθάπερ εἴ τις ὁμφαλὸς τῶν ὅλων συνταγμάτων, Schol. : Ὥσπερ ἐρρωμένη μέση στιγμὴ τῶν παρ' αὐτῇ μὲν ἐλισσομένων κύκλων εἰς σταθηρότητα μεσότητος παραγίνεσθαι, τῶν δὲ ἑτέρων κύκλων τῶν ἔξωθεν περιτιθεμένων, οἷόν τι κέντρον καὶ πηδάλιον ἐπινενόηται, ἐν ᾧ οἱ ἔξωθεν κύκλοι τὴν συστροφὴν καὶ κυβέρνησιν κέκτηνται, οὕτω καὶ τῶν Διγέστων μέρος τὸ τέταρτον, καθάπερ τις ὁμφαλὸς πέφυκε, καὶ τῶν προλεχθέντων καὶ λεχθησομένων αὐτων μάλιστα. Ὡς γὰρ τῷ ὁμφαλῷ τὰ ἐντόσθια πάντα κεκράτηνται, καὶ οὐκ ἐῶνται ἀνακμοχλεύεσθαι, οὕτω καὶ τὸ τέταρτον μέρος τῶν Διγέστων πέφυκε, καθάπερ τις ὁμφαλὸς τῶν νομικῶν διατάξεων. Καὶ γὰρ αἱ ἕτεραι καὶ παντοδαπαὶ συντάξεις, εἰ τάχα ἐπὶ τὸ εἰπεῖν τι παραγίνονται, ἀλλ' οὖν ἀποστῆναι τούτων οὐ δύνανται, etc.

Vers. 40. Μετὰ δὲ τὴν ὀκτώτομον. Schol. : Φησὶ, Μετὰ τὴν ὀκτωτόμον, τοῦτ' ἔστι, μετὰ τὴν ἐπιτομὴν ταύτην τὴν ὄγδοον τῶν τοῦ Πανδέκτου μερῶν ἥτις ὄγδοος οὖσα ἀπὸ τοῦ πρώτου μέρους τῶν Διγέστων μέχρις αὐτῆς οὕτως ἐπιγινώσκεται.

Vers. 43. Μίρος ἕτερον αἱ Νεαραί. Vers. 44. Συνοπτικώτατον. Vers. 45. Ἐξηκοντάτιτλον πάντας τοὺς νόμους ἔχει. Vers. 50. Οἷον πυλὶς τῶν νόμωτ. Vers. 53. Τὴν ἀρχαιογονίαν. Vers. 61. Κἂν εἴ τις ἀκριβώσαιτο τοῦτο δή. Vers. 63. Τὰς τροπὰς καὶ τούς, ut et vers. 65. Vers. 67. Κοινὴ συνθήκη. Vers. 68. Κώλυσιν. Vers. 75. Τὸ γὰρ λοιπὸν τὸ φυσικὸν τὸ ἐθνικὸν τυγχάνει. Vers. 76. Τὸ μὲν γὰρ τούτων φυσικὸν τρίτον τοῦ νόμου μέρος. Vers. 80. Οὐ τοῦδε καὶ τοιοῦδε. Vers. 82. Φύσεις συνάλλ. Vers. 88. Ὁ πάλιν. Vers. 90. Τοῦ βασιλέως δόγματα. Vers. 95. Ἡ ῥὲ, βέρβις, καὶ λίτερις, τέταρτον ἡ κονσέσο. Desunt deinde versus 96, 97, usque ad 105.

Vers. 107. Ἑκάστη ἡ δὲ τῶν ἐνοχῶν ἀγωγάς. Vers. 109. Πρός τινα. Vers. 112. Ἥτις βιαίων. Vers. 117. Ὡς ἥρεσε τοῖς πλείστοις. Vers. 121, Ἑκάστας. Vers. 122 Ἀσυγχύτως. Vers. 129. Ἐρεδιτάτης ἦν φασι πατίτζιο Λατίνοι. Vers. 132. Τῆς ῥὲ ὁ Κονδικτίκιος, ἡ ἰν ῥὲμ ἡ καθόλου. Vers. 133. Ἤτοι ἐπαγγελίαι. Vers.

135. Τρίχειν. Vers. 136. Πρὸς τούτοις, et, οὗτοι δύο· Vers. 138. Ἢ δήλων ἢ ἀδήλων. Vers. 141. Ὁ κἀρτοῖ ἤτοι φανερῶς, ἐνκέρτοι κεκρυμμένως. 146. Schol. : Ηάλιν φημὶ σὺν τούτοις· Ἔστι καὶ ἀγωγὴ ἡ λεγομένη πραγματορία, ἥτις εὐλόγως καὶ προσηκόντως ἐπερῶτᾷ τὸν μέλλοντα ὑπεισελθεῖν τὴν κληρονομίαν,πόσον μέρος ἀπαιτεῖ τῆς κληρονομίας, πραγματορία δὲ λέγεται Ἑλληνικῶς καθαρτικὴ, καθαίρει γὰρ καὶ φωτίζει τοὺς λόγους τοῦ ἐνάγοντος. 153. Ἔχει. 163. Ἤτις περί. 163. Ἄλλως.

Vers. 166. Μὴ γινώσκοντος. 168. Ἔοικε συναλλάγματι. deest vers. 173. Vers. 175. Τὸ δὲ κώλεγατ. Vers. 177. Τῷ ὡσανεί. Vers. 178. Πάλιν πλημμελημάνων. Vers. 181. Αἱ μὲν εἰσι πραγματικαὶ, αἱ δὲ κατὰ προσώπων. 185. Τινές τε ἄλλαι ἀγωγαὶ καί τινες τῶν ἐνφάκτουμ. Et reliqui inversi sunt. 197. Οὐ μέλλει. 204. Σφαλείς. Versum 212 sequitur hic versus : Δικαιοσύνη ἐστὶ διαιρεσις τοῦ δικαίου ὡς λέλεκται· quem non esse Pselli numerus demonstrat, forte scholiastæ.

Vers. 215. Οὐ σθένει τις. Vers. 221. Ηρὸς αὐτόν. 225. Οὐδὲ πιπράσκειν δύναται χωρὶς τῶν ἐπιτρόπων. 228. Καὶ υἱός, etc., omissis 231, 232. Deest 235 ? Vers. 236. Διαδοχὴς οὐκ ἔχουσι δίκαιον ὁλόκληρον. Vers. 245. Ἔκστασις προβάσα διαθήκην. Vers. 246. Οὐδέ τις ἐμαγκιπ.

Vers. 249. Interpretare : *Servus hæres potest quodcunque testator potuit;* explicat Schol. : Ἄνω μὲν εἴρηκεν ἄδειαν ἔχειν ἅπαντα τὸν βουλόμενον ἐνιστᾶν κληρονόμον τὸν οἰκεῖον δοῦλον,νῦν δέ φησι τὸν καταληφθέντα δοῦλον κληρονόμον, ἐκείνην ἔχειν πᾶσαν τὴν ἄδειαν ἐπὶ τὸ ζητῆσαι τὰ τῇ κληρονομίᾳ ἁρμόζοντα, οἷαν καὶ αὐτὸς ὁ διατιθέμενος κέκτηται.

Vers. 253. Τῶν ἑαυτοῦ. Vers. 260, υἱοθετήσας τις καλῶς τῶν ἑαυτοῦ. Vers. 265. ἤδης μόνης. 279, ἢ ἄλλῳ, 282, οὐδεὶς ὑποκαθίστησι. Versum 289, sequuntur 293, 294 ad 295. Vers. 291, λεγάτων ἀπαιτῶν. Vers. 292, φασὶ τοὺς κωδικέλλους. Vers. 300, εἰς τὰ τοῦ τέκνου. Vers. 304, ἀπούσης διακατοχῆς. 322, ἀδικούσης. 323, ἀγνώμων ἀντιδικῶν. 327, εἰ δ' ἄπορος. 328, ἅπας φονεύς. 332, οἱ ἴδιοι τῶν γενικῶν, 339, Νέος ἀποκαθίσταται ἀβλαβὴς κατὰ νόμους.

Vers. 342. Μητρὸς καὶ παίδων μεταξύ. Versum 344 sequitur versus 382, τόκος, omissis aliis. Vers. 386, φυλαττομένων. 397, μοιχευθείσης. 403, οἱ παῖδες δὲ τὸ δίμοιρον. 415, ἐν δικαστηρίοις. 417, ἄρχων προδιδότω. 420, εἴκοσι λαμβανέτω. 426. τοῦ ῥέου· 427, ἀπαιτήσει. 430, ὡς δὲ καὶ ἄπορος et θάνη. 431, τῶν ἐκείνου κτημάτων. 445, περὶ συγχωρήσεως. 446, τὰ περὶ τῶν ἐκκλησιαστικῶν τῶν ἐν τῇ Σικ. 450, εὔχρηστα. 464, Ἰταλικοὺς τὴν νοθ. 468, σύγγονοί τε πρὸς τοῦτ. 469, λέγοις. 487, ἀτιμοῖ. Vers. 496, τὸ προτεθέν. 504, ἄλλον. Versus ultimus est : Εἴσπραττει μόνον τὸ ἁπλοῦν οὐδὲ ζητῶντι πλέον. Lege ζητεῖ.

Adde vers. 671, Harmenop. legisse ἑδδόμην.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ

ΠΡΟΣ ΤΟΥΣ ΜΑΘΗΤΑΣ ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΟΝΟΜΑΤΩΝ ΤΩΝ ΔΙΚΩΝ

—

EJUSDEM

AD DISCIPULOS DE ACTIONUM NOMINIBUS.

—

1. Cum viderim nonnullos ex vobis nomina legum quæ apud Græcos et Romanos exsistunt sciendi cupidos esse, quæ tanquam canones sunt politicis singulatim propositis, censui me de iis pauca disserere debere. In his vobis obediens, nec commiscere eas volui neque projicere promiscue, sed a primis ad secundas ordine procedere. Atticas leges præordinavi, post quas Romanas componam, non de earum latitudine disserens, sed potius de propositis nominibus quæ plerisque incerta sunt. Etsi enim Græcæ Atticis nominibus designatæ sint, tamen nisi quis earum per etymologias sensum explicaverit et propositionis causam direxerit, nunquam legentibus bene nota fient. Imitatur enim quodammodo politica ratio rudimenta disciplinarum. Quemadmodum enim apud eas sunt summæ et ultimæ chordæ, et cubi et gradus, duodecim laterum figuræ et viginti laterum, sphæræ et diametri quæ non facile aliquis noverit, nisi magistri lingua usus sit, ita et in politicis

A α'. Ὁρῶν ὑμῶν ἐνίους τὰ τῶν παρ' Ἕλλησι καὶ Ῥωμαίοις δικῶν ὀνόματα περὶ πολλοῦ ποιουμένους εἰδέναι, ἃ δὴ καθαπερεὶ κανόνες ἑστᾶσι ταῖς κατὰ μέρος πολιτικαῖς ὑποθέσεσιν, ᾠήθην δεῖν περὶ αὐτῶν μετρίως εἰπεῖν. Κἂν τούτοις ὑμῖν χαριζόμενος, ἅμα δὲ συγχεῖν μὴ βουλόμενος μηδὲ παραβαλεῖν ἀμιγῆ, ἀλλ' ἀπὸ τῶν πρώτων ἐπὶ τοὺς δευτέρους καθεξῆς ἰέναι, διὰ ταῦτα δὴ τὰ Ἀττικὰ προὐταξα νόμιμα, μεθ' ἃ δὴ καὶ τὰ Ῥωμαίων συνθήσομαι· οὐ περὶ τοῦ πλάτους αὐτῶν μακρολογεῖν ἐλόμενος, ἀλλὰ περὶ τῶν ὑποκειμένων ὀνομάτων, ἐπεὶ μηδὲ τοῖς πλείοσι δῆλα καθέστηκεν. Εἰ γὰρ καὶ τὰ Ἑλληνικὰ Ἑλληνικαῖς εἴρηνται λέξεσιν, ἀλλ' εἰ μή τις αὐτῶν δι' ἐτυμολογίας, ἐν οἷς ἐγχωρεῖ, ἀναπτύξει τὸν νοῦν καὶ τὴν αἰτίαν ἐρεῖ τῆς θέσεως, οὐκ ἂν ποτε τοῖς ἀναγινώσκουσιν εὔγνωστα γένοιτο. Μεμίμηται γάρ B πως ὁ πολιτικὸς λόγος τὰς ἀρχὰς τῶν ἐπιστημῶν. Ὥσπερ γὰρ παρ' ἐκείναις ὑπᾶται τινὲς καὶ νῆται, καὶ κῦβοι καὶ βωμίσκοι, δωδεκάεδρά τε καὶ εἰκοσάεδρα, σφαῖραί τε καὶ διάμετροι, ἃ οὐκ ἄν τις

εὐμαρῶς γνοίη, μὴ γλώττης διδασκάλου τυχὼν, οὕτω δὴ καὶ παρὰ τοῖς ἐν πολιτείαις ζητήμασιν ἐξούλης καὶ ἐπωβελία, καὶ ἄλλ' ἄττα ὀνόματα τοῖς παρ' ἑκάσταις τῶν πολιτειῶν γνώρισμα.

β'. Περιλοτίμηται γὰρ νῦν ἡμῖν μὴ τὴν δικογραφίαν μόνην ἐνδείξασθαι, ἀλλὰ καὶ εἴ τι ἄλλο ὄνομα παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς σύνηθες ἦν, οἷον τὰ ἀπατούρια καὶ τὰ ἀμφιδρόμια, καὶ οἱ τετραδισταὶ, καὶ τὸ ἐπιτελείωμα, καὶ ὁ ἀπεψηφισμένος, τά τε ὑποφόνια, καὶ τὰ ἀνδρολήψια. καὶ ὁ Πάγος ὁ Ἄρειος, καὶ τίνες μὲν οἱ ἔνδεκα, τίνες δὲ οἱ ἐπώνυμοι, καὶ ὅσα ἄλλα τῆς τοιαύτης πέφυκε τάξεως. Ἀλλὰ πρῶτόν γε περὶ τῶν δικῶν τὸν λόγον ποιήσομαι.

γ'. Τὸ δὲ τῆς δίκης ὄνομά ἐστι μὲν καὶ οἷον γένος κατὰ πασῶν ἀγωγῶν ἐπίσης κατηγορούμενον, ἔστι δὲ καὶ ἰδικὸν ὑποθέσεως ὄνομα. Ἐπεὶ γὰρ τῶν ἀδικημάτων ἕκαστον ἢ δημόσιον ἢ ἰδιωτικὸν πέφυκεν, ἡ περὶ τῶν ἰδιωτικῶν ἔγκλησις δίκη παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς λέγεται, καὶ τὸ τίμημα ταύτης ὁρίζονται οἱ δικάζοντες· οὐ γὰρ ἀνάγραπτόν ἐστι τὸ μέτρον, ἀλλ' οἱ διαιτῶντες πρὸς τὸ ἑαυτῶν βούλημα τὰς τιμήσεις ἢ ὑφαιροῦσιν ἢ προστιθέασιν. Ἡ δὲ γραφὴ τρόπον τινὰ πρὸς τὴν δίκην ἀντιδιέσταλται, καὶ περὶ δημοσίων ἀδικημάτων κατηγορεῖται, οἷον παραπρεσβείας, ἱεροσυλίας, καὶ εἴ τι ἄλλο πρὸς τὸ δημόσιον τὴν ἀναφορὰν ἔλαχεν. Ἀλλὰ καὶ ἡ κατὰ νόμων εἰσαγομένη καὶ ψηφισμάτων δίκη, γραφὴ ὁμοίως κατωνόμασται, οὐχ ἁπλῶς οὕτως, ἀλλὰ γραφὴ παρανόμων.

δ. Ἐπεὶ δὲ μὴ τηνικαῦτα ὁ νόμος ὑφήπλωτο, ἀλλὰ τῶνδε μὲν τῶν ἁμαρτημάτων περιοχαί τινες ἦσαν, τὰ δὲ οὐκ ἀνεγέγραπτο, ἡ περὶ καινοῦ τινος ἀδικήματος εἰσαγωγὴ δημοσίου ὁμοίως καὶ ἰδιωτικοῦ εἰσαγγελία κατωνομάζετο. Εἰσήγγελλον δὲ τὴν δίκην πρὸς τὴν βουλὴν οὐδένες ἄλλοι ἢ οἱ πρυτάνεις.

ε'. Εὐθύνη δὲ παρὰ ταῦτά ἐστιν ἡ κατὰ τῶν μὴ ὀρθῶς ἀρχόντων τῆς πόλεως ἔγκλησις. Τὰ δὲ κατὰ τούτων δικαστήρια κληροῦσιν οἱ λογισταί· κατηγορεῖ δὲ ὁ βουλόμενος, καὶ τοῖς δικασταῖς ἐφεῖται τιμᾶσθαι τοῖς ἁλοῦσιν.

ς'. Εἰ δέ τις τὸν ὀπορύττοντα δημόσιον μέταλλον ἢ δημόσιον οἶκος ἐξιδιούμενον, ἢ κακῶς ἐπιτετροπευκότα, εἰσῆγεν εἰς δικαστήριον, ὁ τοιοῦτος φαίνειν ἐλέγετο τὸν ἁλόντα· καὶ ἡ δίκη ἐντεῦθεν ἐπονομαζομένη φάσις παρωνομάζετο.

ζ. Εἰ δέ τις κατὰ νόμους ἠτίμωτο παραπρεσβευκὼς, ἢ ἠταιρηκὼς, ἢ μὴ ὠφληκὼς τῷ δημοσίῳ τὸ ὄφλημα, ἢ κατὰ τῶν μετηλλαχότων ἀδίκως ἀφιεὶς τὴν γλῶτταν, εἰς δικαστήριον ἤγετο, ἐνδείξει ὑπέκειτο· καὶ ὄνομα τῇ κατηγορίᾳ ἡ ἔνδειξις.

η'. Ἡ δὲ ἐφήγησις ἐδίδοτο κατὰ τῶν ὑποδεξαμένων τὸν φυγάδα τῆς πόλεως ἢ τῶν κεκλοφότων λαθραίως πρᾶγμα δημόσιον.

θ'. Περὶ δὲ διαψηφίσεως καὶ ἀποψηφίσεως καὶ ἐφέσεως οὕτω διαιρετέον καὶ ἑρμηνευτέον. Φυλαί τινες ἦσαν πάλαι παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς καὶ φράτραι καὶ δῆμοι καὶ τριττύες, ἀφ' ὧν καὶ ὁ πρώτως ἄρξας τῆς Ῥώμης τὴν καθισταμένην παρ' αὐτοῦ πόλιν ἐκό-

A quæstionibus ejectio et epobelia, et quædam alia nomina iis qui in singulis rebus politicis versantur notissima.

2. Curavimus enim ne actionum descriptionem solummodo ostenderemus, sed et alia nomina apud Atticos usurpata, ut sunt apaturia et amphidromia et tetradistæ, et epiteleioma et apepsephismenos, et hypophonia et androlepsia, et Areopagus et quinam essent decem, quinam eponymi, et quæcunque alia hujus ordinis sunt. Sed primo de actionibus verba faciam.

B 3. Actionis nomen est tanquam genericum cunctis institutionibus attributum, et est proprium propositionis nomen. Posquam enim quædam injuria sive publica, sive privata admissa est, de privatis criminatio actio apud Atticos nominatur, ejusque pœnam determinant judicantes; pœnæ enim mensura in acta publica non translata fuit sed ipsi judices pro arbitrio sive minuunt sive adaugent. Accusatio autem quodammodo ab actione distinguitur, et injuriæ publicæ occasione locum habet, ut male gestæ legationis, templorum spolationis, et si quid aliud ad populum delatum fuerit. Sed actio ob leges aut decreta violata inducta, similiter accusatio nominata est, non simpliciter quidem, sed accusatio propter violatas leges.

C 4. Quando autem non lex substrata erat, sed quidam admittebantur culparum ambitus, qui non in acta publicata relati fuissent, introductio de nova injuria sive publica sive privata annuntiatio nominabatur. Actionem autem ad consilium annuntiabant soli prytanes.

5. Administrationis autem ratio est contra eos qui male administrant urbis criminatio. Tribunalia vero in eos efformant logistæ; accusat quicunque vult; et judicibus remittitur ut reos puniant.

6. Si quis autem eum qui publicum metallum suffodit vel publicum ædificium sibi vindicat, vel tutelam male gessit, in tribunal adduxit, ille dicitur reum manifestare; et ea actio inde nuncupatur manifestatio

D 7. Si quis autem secundum leges dedecore afficeretur male gestæ legationis causa aut prostitutionis, aut non solutæ ærario multæ, vel contra permutantes injustæ vocis, et in tribunal duceretur, indicationi subjacebat; et hujus accusationis nomen erat indicatio.

8. Adductio dabatur contra eos qui exsulem civitatis receperant, vel clam rem publicam subripuerant.

9. De recensione et rejectione et provocatione sic distinguendum et explicandum est. Tribus quædam apud Atticos erant et curiæ et demi et terniones, quarum ad exemplum primus qui Romæ imperavit fundatam ab ipso urbem instituit. Demo-

rum unus quidem Acharneus, alter Eleusinius nominatus, unde cives et nominabantur Acharnes et Eleusinei; et in columnis versatilibus civium ascitorum nomina inscribebantur. Et si quis inscriptus peregrinitatis arguebatur, eum accusabant qui suspicabantur, et hæc accusatio erat recensio. Et si plura suffragia recensitum expellebant, hæc expulsio rejectio dicebatur. Si autem rejectus a demis ad commune tribunal transferebatur, provocare dicebatur, et ea translatio provocatio nominabatur.

10. Qui autem aliquod munus publicum subibant, qui triremi præerant vel ædificium construebant, muneris sui tempus procrastinabant, accusatores illis disceptationem movere existimabantur.

11. Objectionis autem et per suffragia condemnationis hæc est differentia. Objectio fit de cognitis accusati injuriis; condamnatio autem est communis suffragii populi contra eum declaratio.

12. Intentionis depulsio et exceptio multum inter se differunt. Discretio enim judicantium communis de re nondum ad tribunal introducta, est intentionis depulsio; quæ autem fit de re rebus judicatis et secundum leges pronuntiatis secunda tractatio et discussio vocatur exceptio. Excipere autem permittitur iis qui de eo accusati sunt quod nulla lege statutum est.

13. Actio non scripti talis erat. Tabula singulorum tribunalium parieti cuidam applicabatur, et ejus qui ex sententia publico ærario debebat ibi nomen inscriptum erat, et juxta nomen debiti quantitas. Si quis autem debens et inscriptus inscriptionem clam abolevisset, hujus culpæ reus actione non scripti accusabatur.

14. Qui fundum aut domum ex condemnatione excipiebant per interdicti actionem accusabant eos qui ipsos inde expulerant. Priscum et Atticum verbum est arcere, quod posteri in Græcum magis verbum mutaverunt, nempe ἐξελεῖν, id est institutis expellere.

15. Si quis autem servus fiebat insidiarum legitimis dominis reus, derelictionis actio ea res nominabatur.

16. Litis antiquatio ab actione liberatio dicebatur; ut et dicebatur actionis cessatio condemnationis indicatio in privatis litibus.

17. Actionem obtinere erat prius accusare; actionem *contra obtinere* erat recriminari: sortito autem dividere de actionibus non dicitur, sed de rerum distributione.

18. Quoniam autem apud Atticos antiquitus mos erat in tribunalibus accusantes jurejurando confirmare suam accusationem esse veram et reos se nullum falsum verbum iis opposituros esse, accusantis jurejurandum diomosia dicebatur, ejus autem qui se defendeat, antomosia. Si vero judex ipse post eos jusjurandum præstabat, totum illud amσμησε. Τῶν δὲ δήμων ὁ μέν τις Ἀχαρνεὺς, ὁ δὲ Ἐλευσίνιος κατωνόμαστο, ἀφ' ὧν οἱ δημόται παρωνύμως κατωνομάζοντο Ἀχαρνεῖς ἢ Ἐλευσίνιοι· καὶ παρὰ ταῖς κύρβεσι τὰ τῶν δημοποιουμένων ὀνόματα ἀνεγράφοντο. Εἰ δέ τις ἀναγραφεὶς ἦλω ξενίας, κατηγόρουν αὐτοῦ οἱ ὑπωπτευκότες· καὶ ἡ κατηγορία διαψήφισις ἦν. Εἰ δὲ τῶν ψήφων αἱ πλείους τὸν διαψηφισθέντα ἀπήλαυνον, ἀποψήφισις ἐλέγετο ἡ ἀπέλασις. Εἰ δ' ὁ ἀποψηφισθεὶς ἀπὸ τῶν δήμων εἰς τὸ κοινὸν δικαστήριον μετετίθετο, ἐφιέναι ἐλέγετο, καὶ ἡ μετάθεσις ἔφεσις ὠνομάζετο.

ι'. Εἰ δὲ λειτουργεῖν τινες ταχθέντες, τριηραρχεῖν ἢ οἰκοδομεῖν, τὸν καιρὸν ὑπερετίθουν τῆς λειτουργίας, οἱ ἀντικρινόμενοι τούτοις διαδικασίαν κινεῖν κατ' αὐτῶν ἐνομίζοντο.

ια'. Προβολῆς δὲ καὶ καταχειροτονίας τοσοῦτόν ἐστι τὸ διάφορον. Ἡ μὲν προβολὴ ἐπὶ ἐγνωσμένοις ἐστὶν ἀδικήμασι τοῦ κατηγορουμένου· ἡ δὲ καταχειροτονία ἡ σύμψηφος τοῦ δήμου κατ' ἐκείνου ἀπόφασις.

ιβ'. Εὐθυδικίας δὲ καὶ παραγραφῆς πολὺ τὸ διάφορον. Ἡ μὲν γὰρ περὶ τοῦ μηδέπω εἰσαχθέντος εἰς δικαστήριον πράγματος κοινὴ τῶν συνδιαιτώντων διάγνωσις εὐθυδικία ἐστίν· ἡ δὲ περὶ τῶν ἤδη κεκριμένων καὶ κατὰ νόμους ἀποπεφασμένων δευτέρα πολυπραγμοσύνη καὶ ἀμφισβήτησις παραγραφὴ κατωνόμασται. Παραγράφεσθαι δὲ ἐφεῖται καὶ τοῖς τοιοῦτόν τι ἐγκαλουμένοις περὶ οὗ οὐ νενομοθέτηται.

ιγ'. Ἡ δὲ τοῦ ἀγραφίου δίκη τοιαύτη τις ἦν. Σανὶς ἐφ' ἑκάστου τοῦ δικαστηρίου τοίχῳ τινὶ προσηρμόζετο, καὶ τοῦ ἐκ καταδίκης ὠφληκότος τῷ δημοσίῳ τὸ ὄνομα ἐκεῖσε ἀνάγραπτον ἦν, πρὸς αὐτῷ καὶ τὸ μέτρον αὐτῷ τοῦ ὀφλήματος. Εἰ δέ τις ὠφληκὼς καὶ γραφεὶς λάθρα τὴν γραφὴν ἀπετρίψατο, ὁ γραφόμενος τοῦτον ἀγραφίου δίκην ἐγράφετο.

ιδ'. Οἱ δὲ χωρίον ἢ οἴκημα ἐκ καταδίκης ἀπειληφότες ἐξούλης ἐγράφοντο τοὺς ἐκεῖθεν αὐτοὺς ἀπελαύνοντας. Ἀρχαῖον γὰρ καὶ ἀττικὸν ὄνομα τὸ ἐξίλλειν, ὅπερ οἱ μεταγενέστεροι ἑλληνικώτερον ἐξελεῖν λέγουσι, τουτέστιν ἀπελαύνειν τῶν νενομισμένων.

ιε'. Εἰ δέ τις δοῦλος δοκῶν τοῖς νομιζομένοις δεσπόταις δίκην ἐλάγχανεν, ἀποστασίου δίκη τὸ πρᾶγμα κατωνομάζετο.

ις'. Διαγραφὴ δὲ ἡ ἀπαλλαγὴ τῆς δίκης ἐλέγετο· ὥσπερ λῆξις δίκης, τὸ καταγγεῖλαι κρίσιν τῶν ἰδιωτικῶν ὑποθέτεων.

ιζ'. Καὶ λαχεῖν μὲν δίκην τὸ πρώτως κατειπεῖν· ἀντιλαχεῖν δὲ τὸ ἀντεγκληθῆναι· τὸ δὲ διαλαχεῖν οὐκ ἐπὶ τῶν δικῶν λέγεται, ἀλλ' ἐπὶ χρημάτων διανεμήσεως.

ιη'. Ἐπεὶ δὲ πάλαι τοῖς Ἀττικοῖς καὶ τοὺς γραφομένους ἐπόμνυσθαι ὡς ἀληθὴς ἡ γραφὴ, καὶ τοὺς καθ' ὧν γράφονται ὡς οὐδὲν εἰς ψευδολογίαν ἀντιθήσουσιν, ἐν τοῖς δικαστηρίοις εἴθιστο, ὁ μὲν τοῦ ἐγκαλοῦντος ὅρκος διωμοσία ἐλέγετο, ὁ δὲ τοῦ ἀπολογουμένου ἀντωμοσία. Εἰ δὲ πρὸς τούτοις καὶ ὁ δικαστὴς ἐπώμνυτο, ἀμφιοκία τὸ σύμπαν κατωνομάζετο.

Τὸν δὲ ὑποπτευόμενον εἰς γραφὴν, ὑπερτιθέμενον δὲ τὸν καιρὸν, ὁ ὑποπτεύων ἠξίου κατηγορεῖν· ἢν δὲ ἐδόκει εἰρωνεύων μὴ βούλεσθαι, ἐπόμνυσθαι κατηναγκάζετο· καὶ τὸ ὁμωμοσμένον ἐξωμοσία ὠνόμαστο.

A phiorkia nominabatur. Is autem qui suspectus tradebatur se accusare velle, tempus autem accusationis differebat, suspicans eum accusare æquum censebat; si voro videretur dissimulans se non velle, id jurejurando confirmare cogebatur; quod jusjurandum abjuratio nominabatur.

ιθ'. Τὸ δὲ καταγγεῖλαι τινα δίκην ἑταιρήσεως ἐπαγγελία δοκιμασίας ἐλέγετο.

19. Renuntiare autem quamdam impudicitiæ actionem, probationis renuntiatio dicebatur.

κ'. Τὴν μέντοι γε ἀπόφασιν οὐχ ὡς ἡμεῖς ὁ Ἀττικὸς νόμος ἐξελαμβάνετο· ἀλλ' ἐπεὶ ἡ τῆς τριηραρχίας ἀρχὴ ἐπικίνδυνός τις δοκοῦσα τὸν τριηραρχοῦντα κατήπειγεν ἀντιμετρῆσαι τῷ κινδύνῳ τὰ ἑαυτοῦ, ἡ καταγραφὴ τούτων καὶ ὁ ἐπὶ τούτοις ὅρκος ἀπόφασις ἦν.

20. Bonorum descriptionem non ut nos Attica lex excipiebat : sed cum aliquod trierarchiæ munus periculosum videretur triremisque præfectum periculo sua remetiri cogeret, actio contra eum et jusjurandum præstitutum bonorum descriptio erat.

κα'. Ἡ δὲ ἐπωβελία ἀπὸ τοῦ συβεβηκότος τὴν συνθήκην εἴληφεν. Ἐπειδὴ γὰρ πολλοὶ τῶν μὴ ἐπιτιθέντων τῇ γλώττῃ χαλινὸν τοῖς ἐπιεικέσι καὶ ἀπράγμοσι προσεφύοντο, ὡς πλείους τόκους ἐπὶ τοῖς ναυτικοῖς κεκερδακόσι νομίσμασι, καὶ οἱ μὲν ἀπεδείκνυσαν, οἱ δὲ πλείους μάτην κατ' αὐτῶν ἐκεκράγεσαν τὸν μὲν ἀποδεικνύντα ἀπροστίμητον εἶων, τὸν δὲ συκοφαντήσαντα ὀβολοῦ καταβολῇ ἐζημίουν καὶ ὄνομα τῇ ζημίᾳ ἡ ἐπωβελία.

21. Calumniæ multatio ab eventu compositionem accipiebat. Postquam enim multi linguæ suæ frenum non imponentes mitibus et laborum vacuis adhærebant tanquam multam usuram per nauticos nummos operatis, et alii quidem declaraverant, plerique autem frustra clamitaverant, eum qui declaraverat impunitum relinquebant, eum vero qui calumniatus erat oboli multabant; et multæ nomen erat ἐπωβελία.

κβ'. Τὰ μὲν οὖν τῶν δικῶν ὀνόματα σχεδὸν τοιαῦτα· περὶ δέ γε τῶν λοιπῶν καιρὸς ἂν εἴη λέγειν, ἀρξαμένους ἀπὸ τῶν πρυτανείων.

22. Nomina quidem actionum talia sunt. De cæteris autem disserendi tempus est, a prytaneis incipiendo.

κγ'. Ἦν δὲ τὸ πρυτανεῖον δημόσιον οἴκημα, λήψεσι διωρισμένον καὶ δόσεσιν. Ἡ μὲν οὖν λῆψις τούτῳ ἀπὸ τῶν ἡττηθέντων ὧν παρανόμως κατηγορήκασιν· ἡ δὲ δόσις πρὸς τοὺς δημοσίᾳ τὴν πόλιν ὠφεληκότας. Ἐντεῦσεν γὰρ καὶ ἀνδριάντες, εἴ γε βούλοιντο, τοῖς ἀριστεύσασιν ἐχαλκεύοντο, καὶ σιτήσεως ὡρισμένον μέτρον τοῖς ἠριστευκόσιν ἐδίδοτο καὶ τῶν ἐν στρατοπέδοις δὲ οἱ παρηβηκότες τῆς ἀρχαίας στρατείας ἢ στρατηγίας ἐκ τοῦ πρυτανείου μισθοφορὰν ἐκομίζοντο.

23. Prytaneum erat ædes publica, acceptis et donis determinatum. Accipiebat autem ab iis qui cum improbe accusassent, victi fuerant; donabat vero iis qui publice de urbe bene meriti erant. Inde enim æneæ statuæ excellentibus viris, si vellent, ponebantur et frumenti iisdem quantitas determinata dabatur : et qui in castris versati erant; cum earum ætas defloruisset; veteris militiæ et expeditionum ex prytaneo mercedem accipiebant.

κδ'. Οἱ δὲ καλούμενοι ἕνδεκα, δικαστικὸς ἦν ἀριθμὸς τοῖς ἐπ' ἐγκλήμασιν ἁλοῦσι τὰς τιμωρίας ὁρίζων. Καὶ, ἵνα μή τι θρασύνοιντο κατὰ τῶν ἐκδότων, πρεσβυτικὴν ἦγον τὴν ἡλικίαν. Ὁ δὲ χρόνος οὗτος καὶ τῆς ἀξίας ὑφεῖταί τι τοῖς τιμωρουμένοις κολάσεως. Μέμνηται δὲ καὶ Πλάτων τοῦ ὀνόματος τούτου. Ὁ γὰρ τοῦ δεσμωτηρίου φύλαξ αὐτῷ ἐν ᾧ κατεκέκλειστο ὁ Σωκράτης τοῖς περὶ Σιμμίαν καὶ Κέβητα διαλεγόμενος,« λύουσι » φησί, « τὸν Σωκράτη οἱ ἕνδεκα. »

24. Qui autem vocabantur undecim, judicialis numerus erat pœnas decernens iis qui criminum arguebantur. Ac ne audaciores essent contra eos qui ipsis tradebantur, senilem ætatem agebant. Quæ ætas remittebat punitis etiam aliquid pœnæ debitæ. Meminit et Plato hujus nominis. Carceris enim in quo includebatur Socrates custos Simmiæ et Cebeti sic loquitur :« Solvunt, inquit, Socratem undecim. »

κε'. Οἱ δὲ διαιτηταί (καὶ πεντηκοντούτης ἐστὶν ἕκαστος, βεβιωκὼς ἄριστα καὶ πάσης αἰτίας ἀπηλλαγμένος, νόμων τε εἰδήμων καὶ καθιστὰς τὰς γραφὰς εἰς τὸ μέτριον, καὶ τὸ ὅλον εἰρηνοδίκης) τοῖς αὐτοῖς διαιτοῦντες τὰς κατ' ἀλλήλων γραφάς. Τῷ δὲ μὴ αὐτόχθονι οὐκ ἐφεῖτο εἰσιέναι παρὰ τὸν διαιτητὴν, οὔτε διώκοντι οὔτε φεύγοντι.

25. Arbitri autem (quinquaginta quisque annos natus est, optime vixit et omnis criminis expers, legumque peritus est, et accusationes secundum æquitatem componit, et pacis custos est) ii sunt qui accusationes ad invicem arbitrantur. Illi autem qui non erat indigena non licebat arbitrum adire, sive persequeretur, sive reus esset.

κς'. Οἱ δὲ ἐπώνυμοι ἀντιστροφή τίς ἐστιν, ὡς ἔμοιγε δοκεῖ, ὀνόματος. Δέκα γὰρ ἄνδρας τῶν πεπολιτευμένων ἐπ' εὐτυχίᾳ τῆς πόλεως καθ' ἑαυτοὺς, ὡς ἔτυχεν ἐπωνομασμένους παραδείγματα τοῖς πολίταις ἐτίθεσαν, καὶ τοὺς μὲν τῷδε, τοὺς δὲ ἐκείνῳ προσένεμον, καὶ ἀπ' ἐκείνων ὠνόμαζον, ἢ ζώντων ζῶντας, ἢ τεθνηκότων καὶ χαλκαῖς ἀνεστηκότων εἰκόσι,

26. Vox cognominati est quædam nominis inversio, ut mihi videtur. Decem enim viros ex iis qui prospere rempublicam per se administraverant, et quolibet nomine insignitos ut exemplaria civibus proponebant; et alios quidem huic, aliis vero illi ascribebant, et ab illis cognominabant sive vivis sive mortuis et æneas statuas erigentes; unde alios

Ὁ Μέγας Ἰουστινιανὸς κτίσας τὴν Ἁγίαν Σοφίαν ἐκάθηρε τὴν αὐλὴν, καὶ ἐμαρμάρωσε ταύτην τὸ πρότερον οὖσαν Γουστεῖον, ὡς εἴρηται, ἤγουν ὀψοD πώλιον. Διὸ καὶ ἔστησε καὶ τὴν ἑαυτοῦ στήλην ἔφιππον ἐπὶ τοῦ κίονος· καὶ τῇ μὲν ἀριστερᾷ χειρὶ φέρει σφαῖραν, σταυροῦ ἐμπεπηγότος ἐν αὐτῇ· ὅτι διὰ τῆς εἰς σταυρὸν πίστεως τῆς γῆς ἁπάσης ἐγκρατὴς γέγονε. Σφαῖρα μὲν γὰρ ἡ γῆ, διὰ τὸ σφαιροειδὲς τοῦ αὐτῆς σχήματος· πίστις δὲ ὁ σταυρὸς διὰ τὸν ἐν αὐτῷ προσηλωθέντα σαρκὶ Θεόν· τὴν δεξιὰν χεῖρα ἐνατεταμένην ἔχουσαν κατὰ ἀνατολὰς, καὶ στάσιν τῶν Περσῶν σημαίνουσαν, καὶ μὴ μεταβαίνειν ἐπὶ τῆς Ῥωμαϊκῆς γῆς, διὰ τῆς ἀνατάσεως καὶ ἀπώσεως τῆς χειρὸς βοῶν· Στῆτε, Πέρσαι, καὶ μὴ

Cum Justinianus Magnus templum Sanctæ Sophiæ ædificasset, expurgavit etiam aream, eamque marmoribus exornavit, cum antea Gusteum, ut dictum est, seu forum cibarium esset : ideoque statuam suam equestrem ibi columnæ imposuit, quæ sinistra manu globum tenet, cui crux superinfixa est, quoniam ob fidem in crucem universi terrarum orbis imperium adeptus est. Globus enim terram significat, ob ejus figuræ rotunditatem; fidem vero crux, quia Deus in carne illi fuit affixus; dexteram autem manum versus orientem extensam habet, Persarum irruptione innuens, eosque extensione et repulsu manus provincias Romanos invadere vetans, his quasi ver-

bis : State, Persæ, nec ulterius progrediminl : neque enim conducet vobis. Fertur itaque ipsum Justinianum de rebus a Belisario gestis inflatum animo fuisse. Hic itaque Belisarius contra Persas et reliquas Orientis nationes ab imperatore legatus, cum omnes debellasset, ad oppugnandum Gelimerem missus fuit ad Mauritaniam : istic observante et commeatum intercludente Pharano, in magnam frumenti penuriam conjectus est Gelimer ; quia in Mauritania frumentum non seritur, sed coctis olyris vescuntur. Tum ille missis litteris postulat ab imperatore, ut sibi panem, spongiam et citharam transmittat. Stupens igitur imperator a tabellario sciscitatur, cur ista peteret. Respondit ille : Panem scilicet,quia cibum expetit;spongiam, ut corpus totum lacrymis abluat : citharam, ut in calamitatibus sibi solatio sit. Tunc admiratione stupefactus imperator postulata misit : ideo erectus animo Justinianus equestrem sibi statuam columnæ imposuit. Sed postea invidia motus in strenuissimum ducem Belisarium, ipsi oculos effodit, jussitque sedere eum ad Lauri monasterium,dato vasculo testaceo, ut qui illac transirent, obolum in illud conjicerent.

De statuis quæ in Chalce erectæ visuntur.

In Chalce proxime, quasi ante palatii ambulacrum, inclytæ Pulcheriæ erecta est statua : Zenonis item et Ariadnes : ibidem præterea aliæ duæ pedestres exstant super columnam exiguam, Secundi philosophi distichis ornatæ. Ex adverso arcus ejusdem Chalces visuntur capita duo Gorgonum, facie muliebri, ac auro obducta. Ex templo autem Dianæ Ephesiæ octo statuæ allatæ fuerunt, quarum quatuor in palatio, quod est in regione Tauri, collocatæ sunt, Constantini nempe, Juliani,uxoris ac fratris ejus Galli : reliquæ autem quatuor positæ sunt in sinistra parte Chalces. Ibidem et crux a Justiniano posita fuit, et statua inaurata Belisarii, et statua Tiberii Thracis Gibbosi, et Justini primi forma macilenta; statuæ item ejus cognatorum septem, aliæ ex marmore, aliæ ex ære factæ. Præterea duos illos equos, qui supra Gorgonum capita in ante dicto arcu stant, Justinianus Sanctæ Sophiæ conditor, ex Dianæ Ephesinæ templo illuc transtulit, et supra columnam erexit, ne equi pulchritudine impares viderentur : et crucem ibidem posuit, ut firmius staret. Ibidem pariter ingentis molis ærea Maximini statua posita cernitur,necnon statuæ totius familiæ Theodosii nunc etiam supersunt.

De statuis Mauricii.

In Chalce visuntur etiam statuæ Mauricii ac uxoris, liberorumque ejus, ab eodem Mauricio, manibus extensis, supra Christi imaginem erectæ ; reliquæ vero statuæ illic collocatæ, ex terra Attica deductæ sunt : inter quas una est philosophi cujusdam, ut tradit Ligurius. Postquam vero Mauricius a Phoca tyranno interfectus fuit, diaconus quidam nomine Acatus, unus ex sectatori-

A πρόσω χωρεῖτε· οὐ γὰρ συνοίσει ὑμῖν. Τὸν οὖν αὐτὸν Ἰουστινιανὸν λέγεται ἐπαρθῆναι τοῖς τοῦ Βελισαρίου εὐτυχήμασιν . Οὗτος οὖν σταλεὶς κατὰ τῶν Περσῶν καὶ τῶν λοιπῶν τῶν τῆς Ἀνατολῆς παρὰ τοῦ βασιλέως , καὶ πάντας κατατροπωσάμενος , καὶ Γελίμερα κρατῆσαι ἀπέστειλεν αὐτὸν εἰς Μαυρουσίαν, ἐκεῖσε τηρεῖσθαι ὑπὸ τοῦ Φαρᾶ, ὅς εἰς μεγάλην ἔνδειαν ἄρτου γεγονὼς διὰ τὸ μὴ ἐν τῷ τόπῳ τῆς Μαυρουσίας σῖτον γεωργεῖσθαι, ἀλλ' ἐφθὸν τὰς ὀλύρας σιτεῖσθαι, ἔγραψε τῷ βασιλεῖ στεῖλαι αὐτῷ ἄρτον καὶ σπόγγον καὶ κιθάραν. Ὁ δὲ ἐκπλαγεὶς ἐπὶ τούτοις, ἤρετο τὸν ἐπιστολέα τίνος χάριν ταῦτά γε ἐπιζητεῖ. Καὶ ἐξεῖπεν, ὅτι ἄρτον μὲν, διὰ τὸ αὐτὸν ἐπιθυμεῖν τε καὶ φαγεῖν· σπόγγον, διὰ τὸ λούειν τὸ ἅπαν αὐτοῦ σῶμα ὑπὸ τῶν δακρύων· τὴν δὲ κιθάραν, διὰ τὸ παραμυθεῖσθαι ἑαυτῷ ταῖς συμφοραῖς. Ὁ δὲ βασιλεὺς ἐκπλαγεὶς καὶ θαυμάσας , ἔστειλε τούτῳ τὰ αἰτηθέντα. Διὰ ταῦτα οὖν Ἰουστινιανὸς ἐπαρθεὶς ἐφ' ἵππον ἑαυτὸν ἔστησεν ἐπὶ κίονος· ὃς ὕστερον φθονήσας τῷ ῥηθέντι στρατηγικωτάτῳ Βελισαρίῳ, ἐξώρυξε τούτου τοὺς ὀφθαλμοὺς, καὶ προσέταξε τοῦτον καθεσθῆναι εἰς τὰ Λαύρου, καὶ ἐπιδοῦναι αὐτῷ σκεῦος ὀστράκινον, καὶ ἐπιῤῥίπτειν αὐτῷ τοὺς B ἐρχομένους ὀβολόν.

Περὶ τῶν στηλῶν εἰς τὴν Χαλκὴν ἱσταμένων.

Ὅτι ἐν τῇ Χαλκῇ πλησίον, Ἰουλχερίας τῆς ἀοιδίμου , ὡς πρὸς τὸν περίπατον τοῦ παλατίου ἀνηγέρθη στήλη αὕτη · ὡσαύτως καὶ Ἀριάδνη καὶ Ζήνων. Ἵστανται καὶ ἕτεραι δύο στῆλαι πεζαὶ ἐπὶ κίονος βραχέως , ἐλεγεῖα ἔχουσαι Σεκούνδου φίλοσόφου· ἀντικρὺς δὲ τῆς Χαλκῆς ἀψίδος Γοργονοειδεῖς κεφαλαὶ δύο χρυσέμβαφοι γυναικεῖαι · C ἦχθησαν δὲ ἀπὸ Ἐφέσου ἐκ τοῦ ναοῦ τῆς Ἀρτέμιδος στῆλαι ὀκτώ· καὶ αἱ μὲν τέσσαρες ἐν τοῖς τοῦ Ταύρου μέρεσιν, ἐν τοῖς παλατίοις προεπεπήγεισαν, Κωνσταντίνου , καὶ Ἰουλιανοῦ , καὶ τῆς γυναικὸς , καὶ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ Γάλλου· αἱ δὲ τέσσαρες ἐν τοῖς τῆς Χαλκῆς εὐωνύμοις μέρεσιν, ἔνθα καὶ σταυρὸς ὑπὸ Ἰουστινιανοῦ ἐπεπήγει , καὶ στήλη χρυσέμβαφος Βελισαρίου καὶ Τιβερίου τοῦ Κουρτοειδοῦς Θρᾳκὸς, καὶ τοῦ Ἰουστίνου τοῦ πρώτου λεπτοειδὴς, καὶ τῶν συγγενῶν αὐτοῦ στῆλαι ἑπτὰ , αἱ μὲν ἀπὸ μαρμάρων, αἱ δὲ χαλκαῖ. Καὶ οἱ δύο ἵπποι ἐπάνω τῶν Γοργονειδῶν ἱστάμενοι ἐν τῇ ἀψίδι, καὶ οὗτοι ἐκ τῆς Ἀρτέμιδος ἀπὸ Ἐφέσου ἦχθησαν ὑπὸ Ἰουστινιανοῦ τοῦ κτίσαντος τὴν Ἁγίαν Σοφίαν· καὶ ἐστήλωσεν αὐτὰ, D διὰ τὸ μὴ ἀντιζηλοῦν ἀλλήλων τοὺς ἵππους· ὁμοίως καὶ τὸν σταυρὸν διὰ τὸ ἑδραῖον· καὶ Μαξιμίνου στήλη χαλκῆ ἐν αὐτοῖς ἵσταται βαρυτάτη, ἔνθα νῦν καὶ τὸ γένος ἅπαν Θεοδοσίου ὑπάρχει.

Περὶ τῶν στηλῶν τοῦ Μαυρικίου.

Καὶ τοῦ Μαυρικίου, καὶ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ, καὶ τῶν τέκνων. Ἐν γὰρ τῇ Χαλκῇ ἵστανται αἱ τοιαῦται στῆλαι τοῦ Μαυρικίου, ἄνωθεν τῆς θεανδρικῆς εἰκόνος τοῦ Ἰησοῦ ὑπ' αὐτοῦ κατασκευασθεῖσαι, καὶ ἐκτεταμέναι ταῖς χερσίν. Αἱ δὲ λοιπαὶ ἐκ τῆς τῶν Ἀθηναίων ἦκασι γῆς· φιλοσόφου δέ φασιν εἶναι, ὡς λέγει καὶ ὁ Λιγύριος. Μετὰ τὸ σφαγῆναι παρὰ τοῦ τυράννου Φωκᾶ Μαυρίκιον, εἷς τις διάκονος τῶν

μαθητῶν Εὐτυχίου τοῦ αἱρετικοῦ ὀνόματι Ἄκατος, ἰδὼν ἡττηθέντας τοὺς περὶ αὐτοῦ διδασκάλους, κἀκεῖνος ἀποδράσας, κατέλαβε κάστρον τι καλούμενον Σεραπίωνα· τοῦτο δὲ ἐτύγχανεν ὂν ἓν τῶν παρὰ Πέρσαις ῥηγίων. Καταμηνύει δὲ Περιττίῳ τῷ φρουράρχῳ τὰ τῆς ἀσθενείας τῶν ἐν τῇ Χαλκηδόνι οἰκούντων, προσθεὶς, ὅτι ἅμα τῷ καταλαβεῖν αὐτὸν τούτους χειρώσεσθαι, καὶ δῆτα ἀμενητὶ στρατεύσας ὁ ῥηθεὶς Πέρσης, καὶ ἔχων στρατιωτῶν ἑβδομήκοντα χιλιάδας, καταλαμβάνει τὴν Χαλκηδόνα· οἱ δὲ μόλις ἴσχυσαν διαφυγεῖν εἰς Κωνσταντινούπολιν μετὰ τῶν τιμίων λειψάνων τῆς ἁγίας Εὐφημίας, ὑπὲρ ἧς τὸ πλέον ἐσπούδαζεν ὁ προδότης καὶ ἀνίερος Ἄκατος, θέλων ἀμῦναι αὐτὴν, διότι τοὺς αἱρέσεως αὐτῶν τόμους κατήσχυνεν, ἅμα δὲ, καὶ διότι οὐ συνεχωρήθη Εὐτύχιον τὸν ἀτυχῆ τὴν τοιαύτην εὐτυχῆσαι μητρόπολιν. Ληλατήσαντες δὲ τότε τὰ ἐκεῖσε πάντα οἱ Πέρσαι, ἔλαβον καὶ τὸ χρυσέγκαυστον ἄγαλμα τοῦ Ἡλίου θεοῦ, τοῦ λεγομένου Κρόνου, καὶ ἀπήγαγον εἰς Περσίαν, καὶ ἐτίμησαν ὡς θεόν.

bus Eutychis hæretici, videns victos magistros suos, et ipse profugit ad castellum cognomento Serapionis, quod situm erat in regione Persarum, atque statim Peritio præfecto præsidiario significavit debilitatem civium Chalcedonensium, subjungens insuper, ipsum primo impetu facile eos subjugare posse. Quare supradictus Persa sine mora se cum septuaginta millibus militum in viam dedit, tantaque celeritate invasit Chalcedonem, ut civibus vix satis relinqueretur temporis ad transferendum reliquias sanctæ Euphemiæ Constantinopolim, a quibus imprimis impius ille proditor Acatus ultum ire festinabat hæreseos Eutychianæ scriptis illatam ignominiam, et quod infortunato Eutychi istam metropolim concedere noluerant. Inter cætera quæ tunc temporis Persæ prædando abstulerunt, fuit quoque aureum illud et encausto elaboratum signum Solis, cognominati Croni, quod in Persidem deductum pro deo coluere.

Περὶ τοῦ πῶς ἐκλήθη Αὔγουστος.

Ὁ Αὔγουστος ὁ Ὀκταούϊος Αὐγούστῳ μηνὶ ὑπάτευσε, καὶ ἐτίμησεν αὐτὸν, Σεξτίλιον τὸ πρότερον λεγόμενον, καὶ ὠνόμασεν αὐτὸν Αὔγουστον· ἐν αὐτῷ δὲ ἐτελεύτησε τῷ μηνὶ τῷ ιθ' ἡμέρᾳ. Τῷ δὲ Σεπτεμβρίῳ μηνὶ ἐγεννήθη εἰς τὰς κγ', καὶ ἐνίκησεν Ἀντώνιον, καὶ ἦρξατο τῆς μοναρχίας, καὶ ἐτίμησεν αὐτὸν ἄρχοντα Ἰνδικτιῶνος, ἤτοι ἀρχὴν χρόνου· ὅθεν Σεπτέμβριος τετίμηται.

Cur Augustus mensis sic appellatus sit.

Augustus Octavius mense Augusto primum consulatum iniit : qua de causa hunc mensem, qui Sextilis antea vocabatur, cum in honore haberi vellet, Augustum nuncupavit. Eodem mense, die undevicesima mortem obiit. Die autem vicesima tertia Septembris natus est, eodemque mense Antonio devicto solus imperium obtinuit, idcirco dictum mensem Septembrem honore affecit, et ut Indictio ab eo initium sumeret statuit.

Περὶ τῶν Νουμέρων καὶ τῆς Χαλκῆς.

Τὰ Νούμερα καὶ τὴν Χαλκὴν ὁ Μέγας Κωνσταντῖνος ἔκτισε· καὶ διὰ τὸ εἶναι ἀργὰ, ἐποίησεν αὐτὰ φυλακὴν ὁ Ἡράκλειος, καὶ οἱ καθεξῆς.

De Numeris et Chalce.

Numera et Chalcen Constantinus Magnus ædificavit : sed quoniam nulli usui erant, ideo Heraclius et reliqui deinceps imperatores ea in carcerem mutarunt.

Περὶ τῆς χαλκῆς στήλης, τῆς ἱσταμένης εἰς τὴν πύλην.

Ὅτι ἐν λεγομένῃ Χαλκῇ στήλῃ χαλκὴ ἦν, ἥτις ἔστη παρὰ τοῦ Μεγάλου Κωνσταντίνου, τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τυγχάνει. Ὁ δὲ Λέων ὁ πατὴρ τοῦ Καβαλίνου ταύτην κατήγαγεν· ἡ δὲ νῦν διὰ ψηφίδων ὁρωμένη εἰκὼν, ὡσαύτως ἐστίν. Ἀνιστορήθη δὲ παρὰ Εἰρήνης τῆς Ἀθηναίας, ἐξ ἧς γυνὴ αἱμορρόουσα ἰάθη· καὶ ἕτερα οὖν πολλὰ θαύματα ἐπετελοῦντο εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ.

De statua ænea quæ in porta sita erat.

In Chalce statua ænea erat, quam Constantinus Magnus erexit, effigiem Domini nostri Jesu Christi repræsentans : hanc vero Leo Caballini pater evertit. Quæ autem Christi imago hodie illic visitur musivi operis, ab Irene Atheniensi posita est : cujus imaginis ope hæmorrhoissa curata est, multaque alia in nomine Christi edita sunt miracula.

Cur urbem describens, eam tres in partes dividat, et a quonam loco quælibet pars incipiat.

Ἰστέον οὖν, ὅτι δυσεύρετα ὄντα τὰ τοιαῦτα διὰ τὸ συγκεχυμένα εἶναι, διηρέθη εἰς τρία μέρη. Καὶ τὸ μὲν πρῶτον ἄρχεται ἀπὸ τοῦ παλατίου τῆς Χαλκῆς, καὶ τοῦ Μιλίου μέχρι τῆς Χρυσίας· τὸ δὲ ἕτερον ἀπὸ τοῦ Τζυγκανιστηρίου, τῆς Ὁδηγητρίας, τῶν Μαγγάνων, μέχρι Βλαχερνῶν· τὸ δὲ τρίτον μέρος ἀπὸ τοῦ ἑτέρου μέρους, τοῦ Ἁγίου Σεργίου καὶ τῶν Σοφιῶν. Καὶ ὁ βουλόμενος εὑρεῖν τι, οὐ δυσχεραίνει, ἀλλ' εὐθέως εὑρήσει τὸ ζητούμενον.

Sciendum igitur est, hæc, cum ægre reperiri possent, utpote confusa, in tres partes divisa fuisse ; quarum prima incipiebat a palatio Chalces, et a Milliario, usque ad portam Auream ; altera a Tzincanisterio, Hodegetriæ ecclesia, et Manganis, usque ad Blanchernas ; tertia demum ab altera parte, scilicet ab æde S. Sergii, et portu Sophiano. Ita ut qui aliquid iuvenire voluerit, non laboret, sed statim reperiat quod quærit.

Περὶ τὰ παλάτια τοῦ Βουκολέοντος.

Τὰ παλάτια τοῦ Βουκολέοντος, τὰ ἄνωθεν τοῦ

De palatiis Bucoleonis.

Palatia Bucoleonis nuncupata, quæ muris immi-

nent, Theodosius Junior condidit. Marcianus autem triclinium exstruxit, quod Triclinium Aureum appellatur.

De palatio Quæstoris.

Palatia Quæstoris ad Hippodromum Constantinus Magnus construxit.

De Daphne.

Suburbium Daphnes sic dictum est, quod statua ibi collocata esset, quæ Daphne appellabatur. Ipsa autem Roma delata fuit, et illic oraculum erat. Cæterum mense Januario laureas coronas ibi magistratus accipiebant.

De Hippodromo.

Hippodromus ex eo nomen habet quod a sancto Constantino usque ad Irenem Atheniensem ibi privatim imperatores currus agitarent. Cæterum Justinianus Lausiacum ædificavit.

De Fortunæ simulacro.

Simulacrum Fortunæ, quod Roma a Constantino Magno advectum fuit, stabatque supra palatii arcum, Mauricius contrivit.

De Magnaura.

Fertur Anastasium Dicorum, cum in triclinio Constantini Magni, Magnaura dicto, anno imperii sui vicesimo septimo, mense quarto deambularet, fulguribus et tonitruis circa palatium editis, cum consternati omnes ultro citroque fugerent, ad cubiculum aliquod ab se ædificatum confugisse, atque ibi ira Dei interceptum, mortuum repertum esse. Narrant autem, eum, cum in ecclesia SS. Apostolorum sepultus fuisset, postridie exclamasse, Miseremini, miseremini, et aperite. Respondentibus vero custodibus, jam alium imperare, Nihil, inquit, curo : in monasterium me abducite, meque monachum facite. Illi vero ibi reliquerunt eum. Ferunt autem aliquanto post tempore sepulcrum ejus apertum fuisse, inventumque ipsum brachia sua et caligas quas gestabat comedentem, alta voce clamasse, O Mana, aura pereo : quam vocem excepere quidam ex domesticis suis. Ideoque triclinium ejus Magnaura, a Mana et ab ignita aura, vocatum est.

De templo Salvatoris, quod est in Chalce.

Templum Salvatoris in Chalce excitavit Romanus senior, altari, quo pacto jam visitur, duabus columellis instructo : institutis ibidem duodecim clericis. Joannes vero Zimisces ipsum dilatatum et auctum auro et argento exornavit, ac triginta sex clericos constituit ; quibus destinavit pensiones et annonas, singulisque numismata triginta : sacra autem vasa, coronas, sceptra, discos, candelabra, vestes et indumenta imperatoria, quæ singulari jure possidebat, templo donavit. Similiterque immobilia bona sua ipsi consecravit. Quo etiam ex bellica expeditione detulit sacram crucifixi Christi Berytensem imaginem, et sancta Christi et Dei nostri sandalia, in theca auro et pretio-

τείχους παρεξέβαλε Θεοδόσιος ὁ Μικρός. Ὁ δὲ Μαρκιανὸς ἐποίησε Τρίκλινον, ὃς καλεῖται Χρυσοτρίκλινος.

Περὶ τοῦ Κοιαίστορος.

Τὰ παλάτια Κοιαίστορος τοῦ Ἱππικοῦ ὁ μέγας Κωνσταντῖνος ἀνήγειρε.

Περὶ τῆς Δάφνης.

Δάφνη δὲ ἐκλήθη διὰ τὸ ἵστασθαι ἐκεῖσε στήλην ὄνομα φέρουσαν Δάφνης, ἥτις ἤχθη ἀπὸ Ῥώμης, ὅπου καὶ μαντεῖον ἦν· ἐκεῖσε γὰρ καὶ τοὺς στεφάνους τῆς διάφνης οἱ ἄρχοντες ἐλάμβανον κατὰ τὸν Ἰανουάριον μῆνα.

Περὶ τοῦ Ἱπποδρόμου.

Ὁ δὲ Ἱππόδρομος ἐκλήθη, διότι ἀπὸ τοῦ ἁγίου Κωνσταντίνου ἕως τῆς Εἰρήνης τῆς Ἀθηναίας ἐκεῖσε κατιδίαν ἐπὶ ἅρματος ἔτρεχον οἱ βασιλεῖς. Ὁ δὲ Ἰουστινιανὸς ἔκτισε τὸν Λαυσιακόν.

Περὶ Τύχης.

Ἡ δὲ τύχη τὸ ἄγαλμα ἦχθη παρὰ τοῦ Μεγάλου Κωνσταντίνου ἀπὸ Ῥώμης, ὅπερ ἵστατο ἐπάνω τῆς ἀψίδος τοῦ παλατίου, ὁ δὲ βασιλεὺς Μαυρίκιος συνέτριψεν αὐτό.

Περὶ Μαγναύρας.

Λέγεται οὖν, ὅτι ὁ Τρίκλινος τοῦ Μεγάλου Κωνσταντίνου ἡ Μαγναῦρα, περιπατοῦντος ἐν αὐτῇ ποτε Ἀναστασίου τοῦ Δικόρου, τῷ κζ τῆς αὐτοῦ βασιλείας, καὶ τετάρτῳ μηνί, βρονταὶ καὶ ἀστραπαὶ γεγόνασι πρὸς τὸ παλάτιον· πάντων δὲ ἀδημονούντων, καὶ φευγόντων ἀπὸ τόπου εἰς τόπον, καὶ αὐτοῦ δὲ τοῦ βασιλέως φεύγοντος ἐν ἑνὶ τῶν κοιτωνίσκων, ὧν ἔκτισε, καὶ κατέβη ἐκεῖσε ἡ ὀργὴ τοῦ Θεοῦ, ὥστε αἰφνιδίως εὑρεθῆναι νεκρόν. Φασὶ δὲ αὐτὸν μετὰ τὸ ταφῆναι εἰς τοὺς Ἁγίους Ἀποστόλους, μεθημέραν βοᾷν· Ελεήσατε, ἐλεήσατε, καὶ ἀνοίξατε. Τῶν μνημοραλίων δὲ εἰπόντων ὅτι ἄλλος βασιλεύει, ἔφη· Οὐδέν μοι μέλει, εἰς μοναστήριον ὑπάγετέ με, καὶ ποιήσατε με μοναχόν. Οἱ δὲ εἴασαν αὐτόν. Λέγεται μετά τινα χρόνον τὸ μνῆμα αὐνοῦ ἀνοιγῆναι, καὶ εὑρεθῆναι αὐτὸν φαγόντα τοὺς βραχίονας αὐτοῦ, καὶ τὰ καλήγια, ἃ ἐφόρει· ἔκραξε δὲ μεγάλως· Ὦ Μάνα, ὑπὸ τῆς αὔρας ἀπόλλυμαι. Τῆς δὲ φωνῆς ταύτης ἤκουσάν τινες τῶν ἀνθρώπων αὐτοῦ, καὶ διὰ τοῦτο ἐκλήθη ὁ Τρίκλινος αὐτοῦ Μαγναῦρα, ἀπὸ τῶν Μάνα καὶ αὔρα τοῦ πυρός.

Περὶ τὸν Σωτῆρα τῆς Χαλκῆς.

Τὸν δὲ Σωτῆρα εἰς τὴν Χαλκὴν ἀνήγειρε Ῥωμανὸς ὁ γέρων ὑπὸ στυρακίων μικρῶν δύο, ὡς ἔστι φαινόμενον, τὸ θυσιαστήριον, ποιήσας καὶ κληρικοὺς ιβ'. Ὁ δὲ Ἰωάννης ὁ Τζιμίσκης ἐπλάτυνε καὶ ἀνήγειρεν αὐτὸν καλλύνας ἐκ χρυσίου καὶ ἀργύρου πολλοῦ· ἐποίησε δὲ καὶ κληρικοὺς λς', τιθεὶς αὐτοῖς καὶ ῥογας καὶ ἀννόνας, καὶ ἀνὰ νομισμάτων λ'· τὰ δὲ ἱερὰ, καὶ τὰ στέμματα, καὶ τὰ σκῆπτρα, καὶ τοὺς δίσκους, καὶ τὰς λυχνίας, καὶ τὰς ἐσθῆτας, καὶ τὰ ἄμφια τὰ βασιλικὰ, ἰδιόκτητα αὐτοῦ ὄντα, ἀπεχαρίσατο πρὸς τὸν ναόν· ὡσαύτως καὶ τὰ ἀκίνητα αὐτοῦ κτήματα ἐπεκύρωσεν αὐτῷ, ἐν ᾧ ἀπὸ τοῦ ταξειδίου ἐφέρετο τὴν τιμίαν εἰκόνα τῆς ἁγίας σταυρώσεως τῆς ἐν τῇ Βηρυτῷ, καὶ τὰ ἅγια σανδάλια τοῦ Χριστοῦ καὶ Θεοῦ

ἡμῶν ἐν ποικίλοις χρυσεοις, καὶ διὰ λίθων κιβουρίοις. Ἐποίησεν οὖν καὶ τὸ ἑαυτοῦ μνῆμα ἐκεῖσε ὁλόχρυσον μετὰ χυμεύσεως, ἐν ᾧ καὶ ἐτέθη.

Περὶ τῶν στηλῶν τῶν ἱσταμένων ἄνω τοῦ Μιλίου.

Ἐν δὲ τῇ καμάρᾳ τοῦ Μιλίου στῆλαι Κωνσταντίνου καὶ Ἑλένης εἰσίν. Ἔνθα καὶ σταυρὸς ὁρᾶται πρὸς ἀνατολὴν βασταζόμενος ὑπ' αὐτῶν· μέσον δὲ τοῦ σταυροῦ ἡ Τύχη τῆς πόλεως, ὅπερ ἐστὶ κατήνιον κλειδόμενον καὶ ἐστοιχειωμένον, τοῦ παντὸς εἴδους ἀνελλιπῶς, καὶ νίκην κστὰ πάντων τῶν ἐθνῶν φέρον τοῦ μηκέτι ἰσχύειν, ἢ προσεγγίσαι ἢ προσψαῦσαι τῇ πόλει ταῦτα, ἀλλὰ πόρρω ἀπέχεσθαι, καὶ ὑπονοστεῖν ὡς ἡττωμένα. Ἐν αὐτῷ δὲ τῷ Μιλίῳ στῆλαι ἵστανται τρεῖς, Σοφίας τῆς γυναικὸς Ἰουστίνου τοῦ Θρᾳκὸς, καὶ Ἀραβίας τῆς θυγατρὸς αὐτῶν, καὶ Ἑλένης ἀνεψιᾶς αὐτῶν.

Περὶ τῆς στήλης τοῦ Θεοδοσίου.

Ἐν τῷ λεγομένῳ Μιλίῳ Θεοδοσίου στήλη ἵσταται ἐφ' ἵππου χαλκοῦ, καὶ ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ μῆλον κρατοῦντος, ἣν ἀναγείρας σιτηρέσια πολλὰ δέδωκε τοῖς ἐν τῇ πόλει. Οἱ δὲ κίονες, καὶ οἱ ποδίσκοι, καὶ οἱ τῶν Ἀρτοπωλίων ὁμοίως καὶ τῶν Τζυκκαλαρίων, καὶ τῆς Χαλκῆς ἔχουσιν ἱστορίας πολλὰς, ἃς ὁ αὐτὸς καλλύνας ἐχρύσωσεν.

Περὶ τοῦ ναοῦ τοῦ Θεολόγου.

Φωκὰς ὁ τύραννος ἔκτισεν ἐκ βάθρων τὸν ναὸν τοῦ ἁγίου Φωκᾶ ἐν τῷ Μιλίῳ, μήπω οὖν ὀροφώσας αὐτόν· ἐκεῖσε γὰρ ἦν ἡ ἀλλαγὴ τῶν κοντούρων, καθ' ὃν τόπον ἠντξοκόπησε τὰ κόντουρα, ὅτε καὶ μαγκλαβίοις ἐτύφθη παρὰ Μαυρικίου τοῦ βασιλέως, τολμήσαντος τοῦ αὐτοῦ Φωκᾶ ἐν τῷ κόντῳ αὐτοῦ προσδῆσαι τὸ πιττάκιον, ὅπερ ἀπὸ Λογγοβαρδίας ἐλθὼν ἔφερε, τοῦ στρατοῦ ἐκεῖθεν ἀποστείλαντος τοῦτον διὰ τὴν ῥόγαν αὐτῶν. Καὶ ἐγκαλέσας ἐν ἡμέρᾳ Ἱπποδρομίου, ὅτι οὗτος εὑρὼν ἄδειαν καὶ ἀναλαβόμενος τὰ κόντουρα ὑπεχώρησε· τὰ δὲ καταλειφθέντα ἀντζίσας, κατῆλθεν ἕως Λογγοβαρδίαν ἔτι τὰς πληγὰς ἔχων· διὰ τοῦτο γὰρ προετιμήθη εἰς τὴν βασιλείαν παρὰ τοῦ στρατοῦ. Μετὰ οὖν τὸ ἀνελθεῖν καὶ βασιλεῦσαι, ἔστησεν ἐκεῖ δύο ἵππους κοντούρους ἠντζωκοπημένους, καὶ βωμοὺς λιθίνους τετραδικοὺς σύνεγγυς τοῦ Ἁγίου Φωκᾶ, ὃν αὐτὸς ἀνήγειρε, Διίππιον αὐτὸν ὀνομάσας· ἐκεῖσε γὰρ καὶ τέσσαρας εἰκόνας ἐκ ψηφίδων χρυσῶν, Κωνσταντίνου καὶ Ἑλένης ἱστόρησεν. Ὁ δὲ Ἡράκλειος ἐλθὼν, καὶ κρατήσας, καὶ τὸν Φωκὰν τιμωρήσας, καὶ καύσας ἐν τῇ τοῦ Βοὸς ἀγορᾷ, ἐτίμησε τὸν ναὸν, καὶ σκεπάσας αὐτὸν καὶ μετονομάσας εἰς τὸ τοῦ ἁγίου ἀποστόλου καὶ εὐαγγελιστοῦ Ἰωάννου τοῦ Θεολόγου ὄνομα.

Περὶ τοῦ ἁγίου Θεοδώρου τοῦ Σφωρακίου.

Τὸν ἅγιον Θεόδωρον τὸν Σφωρακίου, Σφωράκιος πατρίκιος ἔκτισεν ἐν τοῖς χρόνοις Ἀρκαδίου καὶ Θεοδοσίου υἱοῦ αὐτοῦ. Ἔκτισε δὲ ἕνα πισὸν μέρους τῆς ἐκκλησίας τῶν κατηχουμένων, καὶ ἀπέθετο κεντηνάρια χρυσίου τρία· καὶ παρῆλθον χρόνοι ρλγ'· ἐν γὰρ τοῖς χρόνοις τοῦ Μαυρικίου ἐπεκύθη μέρος τι τοῦ ναοῦ καὶ ἀνῳκοδομήθη παρ', αὐτοῦ, κτίσας καὶ

A sis lapillis ornata. Fecit item ibi sepulcrum suum totum ex auro conflatum, in quo et positus est.

De statuis quæ sunt super Milliarium.

In tornice Miniarii Constantini ac Helenæ statuæ eriguntur. Ibidem etiam ad orientem visitur crux, quam ipsi gestant. In medio autem crucis est fortuna urbis, scilicet catena clausa atque magice consecrata, omni figurarum genere instructa, ut urbs omnium gentium victrix esset, et ab hostium incursionibus libera, ita ut eam nec adire, nec lædere possent, sed statim quasi victæ, retrocederent. In eodem Milliario positæ visuntur statuæ tres. Sophiæ scilicet uxoris Justini Thracis, B Arabiæ filio eorum, ac eorumdem neptis Helenæ.

De statua Theodosii.

In dicto Milliario collocata est statua equestris Theodosii ex ære, manu pomum tenentis; in cujus dedicatione annonam largissimam populo ipse distribuit. Columnæ autem quæ illic visuntur, cum suis spiris, pariterque illæ in Artopoliis positæ, necnon aliæ Tzycalariorum et quæ in Chalce exstant, multas continent historias quas ipse ad ornatum inauravit.

De templo Theologi.

Phocas tyrannus templum Sancti Phocæ a fundamentis exstruxit in Milliario, sed absque concameratione. Nam illic erat mutatio equorum cursus publici, quo in loco nervos equorum incidit, quando C ab imperatore Mauricio baculo percussus est, propterea quod epistolam, quam ex Longobardis ab exercitu stipendii petendi causa missus, afferebat, lanceæ alligare ausus esset. Postquam vero die Hippodromi conquestus esset, accepta redeundi facultate, adductis equis discessit. Iis autem qui residui erant enervatis, in Longobardiam venit, cum adhuc plagarum vibices manerent, qua de causa ab exercitu ad imperium evectus est. Itaque reversus et imperio potitus, duos equos enervatos ibi constituit, arasque quadratas lapideas prope templum S. Phocæ a se conditum, et locum Diippium nominavit. Ibidem quoque quatuor imagines Constantini et Helenæ ex aureis tessellis confecit. Cæterum Heraclius ubi in urbem venit D et imperium suscepit, et Phocam ulciscens in foro Bovis flammis exussit, templum illud ornavit, tectoque operuit, et commutato nomine, sancto apostolo et evangelistæ Joanni cognomine Theologo, dicavit.

De sancto Theodoro Sphoracii dicto.[1]

Sanctum Theodorum Sphoracii appellatum, Sphoracius patricius condidit, temporibus Arcadii ac filii ejus Theodosii. Exstruxit item pinsum unum in illa parte ecclesiæ quæ catechumenorum est, ac auri centenaria tria illic deposuit. Elapsis autem annis centum triginta tribus, templi pars quædam sub Mauricio conflagravit, et ab eo-

dem restaurata est; qua oratorium quoque S. Georgii exstruxit. Imperante autem Leone Basilii filio, Romanus quidam orandi causa templa urbis invisens, animadvertit litteris Latinis incisum lapidem in pinso : quibus perlectis imperatori aurum absconditum indicavit. Qui cum eo misisset ac depositum accepisset, ipsum in ordinem illustrium allegit,datis ipsi in mercedem triginta libris monetæ signatæ. Excitavit item idem Sphoracius Præcursoris statuam, quæ in concha templi Sancti Theodorici erecta est.

De Octagono.

Tetradisium Octagonum est illud, in quo octo erant porticus, sive loca concamerata. Illic et doctores omnium scientiarum commerabantur,quos semper imperatores in consilium adhibebant,neque quidquam sine illis agebant. Ex horum numero patriarcha et episcopi creabantur. Proxime autem basilicam erat, duravitque quadringentos et quatuordecim annos usque ad decimum annum imperii Leonis Isauri, patris Constantini Caballini. Hic enim divina privatus gratia, atque ea penitus spoliatus, cum monachi stolido ejus instituto assentiri nollent, iratus sarmenta lignaque colligi jussit, combussitque ædificium illud,ac sexdecim, qui illic erant, monachos.

De Lauso.

Lausiaca domus erat Lausi patricii et præpositi, qui multos gessit magistratus,magnosque adeptus est honores, sub Arcadio Theodosii Magni filio. Exornavit autem istam domum variis pretiosisque columellis et marmoribus. Cæterum hæc domus una erat ex duodecim Constantini Magni, in qua aquilæ lapideæ, et phialæ, et gradus, et bases quadratæ, ad ornatum urbis stant ad hanc usque diem. Proxime autem Milliarii arcum exstabat statua equestris Trajani et Theodosii Junioris.

De Foro.

Forum ad Oceani imitationem circulari forma conditum fuit. Ibidem horologium æneum, Cyzico deductum, collocatum erat.

De statuis in arcu cameræ Fori exsistentibus.

In arcu cameræ Fori positæ visuntur duæ statuæ,Helenæ scilicet et Constantini,et in earum medio crux, cui inscriptum est : *Unus Sanctus, unus Dominus, Jesus Christus in gloria Dei Patris, Amen.* Ibidem pariter exstant duæ angelorum statuæ alatæ.

De cruce in septentrionalis parte collocata.

In septentrionali parte Fori exstabat crux, instar illius quam Constantinus Magnus in cœlo vidit, auro obductam, habentem in extremitatibus rotundis malum. Hinc inde tam ipse quam filii ejus auro obducti ad hoc usque tempus cernuntur.

De duabus crucibus quæ depositæ erant.

In inferiori parte columnæ Fori depositæ sunt

εὐκτήριον τοῦ Ἁγίου Γεωργίου. Ἐπὶ δὲ τῆς αὐτοκρατορίας Λέοντος τοῦ υἱοῦ Βασιλείου ἀνελθών Ῥωμαῖός τις τοῦ εὔξασθαι εἰς τοὺς ναοὺς τῆς πόλεως, εἶδε Ῥωμαϊκα γράμματα λίθινα ἐπάνω τοῦ πινσοῦ, καὶ δύναμιν αὐτῶν γνοὺς ἐγνώρισε τῷ βασιλεῖ Λέοντι περὶ χρυσίου τινὸς, καὶ στείλαντος, καὶ ἀναλαμβανομένου ταῦτα, ἐποίησεν αὐτὸν Ἰλλούστριον, δοὺς αὐτῷ καὶ χάραγμα λίτρας λ'. Ἀνήγειρε δὲ ὁ αὐτὸς Σφωράκιος καὶ τὸν Πρόδρομον, τὸν εἰς τὴν κόγχην τοῦ ναοῦ τοῦ Ἁγίου Θεοδώρου τυγχάνοντα.

Περὶ τοῦ Ὀκταγώνου.

Τὸ δὲ Τετραδίσιον ὀκτάγωνόν ἔστιν εἰς ὃ ἵσταντο στοαὶ ὀκτὼ, ἦγουν καμαροειδεῖς τόποι, καὶ διδάσκαλοι ἐκεῖσε ἐτύγχανον οἰκουμενικῶν, καὶ οἱ κατὰ καιροὺς βασιλεῖς τοῖς ἐκεῖσε διδασκάλοις ἐδουλεύοντο, καὶ οὐδὲν ἔπραττον χωρὶς αὐτῶν, ἐξ ὧν γέγονε καὶ πατριάρχης καὶ ἐπίσκοποι. Πλησίον δὲ τῆς βασιλικῆς ἦν, καὶ διήρκεσεν ἔτη υιδ', μέχρι τοῦ δεκάτου χρόνου Λέοντος τοῦ Συρογενοῦς, τοῦ πατρὸς τοῦ Καβαλίνου. Περιτραπεὶς δὲ τῆς θείας χάριτος, καὶ ταύτης γυμνωθεὶς, διὰ τὸ μὴ συγκοινωνεῖν τοὺς μοναχοὺς τῇ ματαίᾳ αὐτοῦ ἐνστάσει, θυμοῦ δὲ πλησθεὶς καὶ φρύγανα προστάξας ἀθροϊσθῆναι καὶ ξύλα, κατέκαυσεν αὐτούς, καὶ τοὺς ἐκεῖσε ὄντας δέκα ἓξ μοναχούς.

Περὶ τοῦ Λαύσου.

Τὰ δὲ Λαύσου οἶκος ἦν Λαύσου πατρικίου καὶ πραιποσίτου, ὅστις ἀρχὰς πολλὰς καὶ δόξας διήνυσεν ἐν τοῖς χρόνοις Ἀρκαδίου τοῦ υἱοῦ τοῦ Μεγάλου Θεοδοσίου. Ἐκόσμησε δὲ αὐτὸν διὰ ποικίλων καὶ πολυτελῶν μικρῶν κιόνων καὶ μαρμάρων. Ὁ δὲ τοιοῦτος οἶκος ἐκ τῶν δώδεκα οἴκων ἐτύγχανε τοῦ Μεγάλου Κωνσταντίνου, ἐν ᾧ καὶ ἀετοὶ λίθινοι, καὶ φιάλαι, καὶ βαθμοὶ, καὶ βωμοὶ τετράγωνοι, εἰς διακόσμησιν τῆς πόλεως ἱστάμεναι μέχρι τῆς σήμερον. Πλησίον δὲ τῆς ἀψίδος τοῦ Μιλίου στήλη ἔφιππος ἵστατο Τραϊανοῦ καὶ Θεοδοσίου τοῦ Μικροῦ.

Περὶ τοῦ Φόρου.

Ὁ δὲ Φόρος εἰς μίμησιν τοῦ Ὠκεανοῦ ἐκτίσθη κυκλοειδής· καὶ ὡρολόγιον ἐκεῖσε ἦν χαλκοῦν, ὅπερ ἔφερεν ἀπὸ Κυζίκου.

Περὶ τῶν στηλῶν τῶν ἱσταμένων ἐν τῇ ἀψίδι τῆς καμάρας τοῦ Φόρου.

Ὅτι ἐν τῇ ἀψίδι τῆς καμάρας τοῦ Φόρου ἵστανται δύο στῆλαι Ἑλένης καὶ Κωνσταντίνου, καὶ σταυρὸς μέσον αὐτῶν γράφων. Εἷς ἅγιος, εἷς Κύριος, Ἰησοῦς Χριστὸς εἰς δόξαν Θεοῦ Πατρός. Ἀμήν. Καὶ δύο ταχυδρόμων ὁμοίως στῆλαι πτερωτῶν.

Περὶ τοῦ σταυροῦ τοῦ ἐν τῷ βορείῳ μέρει.

Ὅτι ἐπὶ τὸ βόρειον μέρος τοῦ Φόρου ἵστατο σταυρὸς ὡς εἶδεν αὐτὸν Κωνσταντῖνος ὁ Μέγας ἐν τῷ οὐρανῷ χρυσέμβαφον καὶ ἐν τοῖς ἀερωτηρίοις στρογγύλοις μῆλον. Ἔνθεν καὶ υἱοὶ αὐτοῦ καθορῶνται χρυσέμβαφοι μέχρι τοῦ νῦν·

Περὶ τῶν δύο σταυρῶν τῶν κεχωσμένων.

Ὅτι κάτωθεν τοῦ κίονος τοῦ Φόρου κεχωσμένοι

εἰσὶν οὗτοι οἱ δύο σταυροὶ, καὶ τὸ βίκιον τοῦ μύρου, ᾧ ἠλείψατο ὁ Ἰησοῦς, καὶ πολλὰ σημειοφορικὰ ἕτερα τιθέντα μὲν παρὰ τοῦ Μεγάλου Κωνσταντίνου, ἀσφαλισθέντα δὲ παρὰ τοῦ Μεγάλου Θεοδοσίου.

A duæ illæ cruces, et urceolus vitreus unguenti, quo inunctus fuit Jesus, et multa alia admiranda, quæ a Constantino Magno ibi collocata, Theodosius Magnus firmius consistere fecit.

Περὶ τοῦ ἅρματος Ἡλίου.

Ὅτι τὸ ἅρμα Ἡλίου ἐν τέτρασιν ἵπποις πυρίνοις ἱπταμένοις παρὰ δύο στηλῶν ἔκπαλαι ὑπῆρχεν ἐν τῷ ὡρείῳ Μιλίῳ. Ἔνθα εὐάημίσθη Κωνσταντῖνος ἐν τῷ νικῆσαι Ἀζώτιον. Κατενεχθὲν δὲ τὸ ἅρμα ἐν τῷ Ἱπποδρομίῳ, δορυφορούμενον στηλίδιον μικρὸν κατεσκευάσθη παρὰ Κωνσταντίνου ὑπὸ Ἡλίου φερόμενον, Τύχη τῆς πόλεως εἰς τὸ στάμα εἰσῄει, καὶ στεφανωθὲν ἐξῄει· ἐτίθετο δὲ ἐν τῷ Σενάτῳ ἑορτῶν ἐπιουσῶν καὶ γενεσίων τῆς πόλεως τελουμένων· διότι δὲ ἐπὶ κεφαλῆς σταυρὸν εἶχεν, ὃν ἐχάραξε Κωνσταντῖνος. Ἰουλιανὸς αὐτὸ βόθρῳ κατέχωσεν. Ἔνθα B Ἄρειος τὸν ἔγθιστον θάνατον ἀπὸ τῆς καμάρας τοῦ Φόρου τοῦ Σενάτου ἀπέδωκεν, ποῦ καὶ οἱ παρερχόμενοι οὖρα καὶ κόπρα ἐτίθουν αὐτῷ τῷ ἐχθίστῳ Ἀρείῳ.

De curru Solis.

In aureo Milliario jam inde ab antiquis temporibus currus solis trahente quadriga equorum igneî coloris quasi volantium a duabus columnis visebatur : ubi Constantinus postquam Azotium vicerat, faustis acclamationibus exceptus est. Ubi autem currus ille in Hippodromum deductus fuit, parva statua fortunam urbis referens ab ipso Constantino confecta est, quæ a sole gestata ad tribunal Hippodromi ducebatur, indeque coronata exibat : ponebatur autem in senatu cum celebritas Natalium urbis immineret. Quia vero capiti ejus crucem insculpi Constantinus curaverat, Julianus eam in foveam conjici jussit : ubi Arius in camera Fori senatus teterrimam mortem obiit : atque eo loci qui præteribant urinam et stercora odiosissimo Ario deponebant.

Περὶ τοῦ Σενάτου.

Ὅτι τὸ Σενάτον, ὡς οἱ μὲν λέγουσιν, ἐξ ἀρχῆς ἦν τῶν κωδικέλλων φυλακτήριον· ἐκεῖσε γὰρ οἱ Πατρίκιοι ἐλάμβανον αὐτούς, ἐν ᾧ τε καὶ Καλλίστρατος πρῶτον τὴν ἀξίαν τοῦ ὑπάτου ἐκεῖσε ἐδέξατο, τοῦ δήμου κράξαντος, Καλλίστρατος εὐτυχὴς καὶ εἰς ἄλλο προκόψει· ὁ δὲ φοβηθεὶς προσέφυγε τῇ ἐκκλησίᾳ. Κωνσταντῖνος δὲ ἐξωμόσατο μὴ ἀδικῆσαι αὐτόν. Ὁ δὲ μὴ ἀνασχόμενος ἐχειροτονήθη πρεσβύτερος, εἶτα ἐπίσκοπος.

De Senatu.

In Senatu, ut quidam tradunt, codicilli antiquitus asservabantur : ibi enim Patricii eos accipiebant, ubi Callistratus primum dignitatem consularem suscepit, acclamante populo : Callistratus fortuna favente insuper ad aliud provehetur : ille vero perterritus ad ecclesiam confugit, et quamvis Constantinus juraret se nullam ei injuriam illaturum, tamen ille minus fidens, primum presbyter, deinde episcopus creatus est.

Περὶ τοῦ τεθέντος στοιχείου, καὶ τοῦ Φόρου, καὶ τῆς στήλης. C

De Palladio deposito, de Foro et de statua.

Κάτωθεν δὲ τοῦ κίονος τοῦ Φόρου ἐτέθη καὶ Παλλάδιον στοιχεῖον, καὶ ἕτερα πολλὰ σημειοφορικά. Ὁ δὲ κύκλος τοῦ Φόρου ἐπὶ τὸ ἴσον τῆς ποδέας τῆς κόρτης τοῦ Μεγάλου Κωνσταντίνου, ἣν αὐτὸς ἔπηξεν ὅτε ἀνῆλθεν ἀπὸ Ῥώμης. Οἱ δὲ δύο σιγματοειδεῖς ἔμβολοι ἐτύγχανον τότε σταῦλοι γύρωθεν τοῦ κόρτης. Ὁ δὲ περίβλεπτος οὗτος κίων, καὶ ἡ στήλη τοῦ Ἀπόλλωνος, ἔστι τοῦ Μεγάλου Κωνσταντίνου, ἣν ἔστησεν οὗτος δίκην ἡλίου, τιθεὶς ἐν τῇ κεφαλῇ αὐτοῦ τοὺς ἥλους ἐκ τῶν τοῦ Χριστοῦ δίκην ἀκτίνων, ὡς ἥλιος τοῖς πολίταις ἐκλάμπων.

Subter Fori columnam Palladium, et multa alia admiranda posita fuerunt. Circuitus autem fori tantus est, quantus fuit ambitus tentorii Constantini Magni, quod Roma Byzantium veniens isthic fixerat. Duæ autem illæ semirotundæ porticus tunc temporis stabula erant, circa tentorium. Cæterum insignis illa columna et statua Apollinis est Constantini Magni, quam ipse instar solis erexit, infixis capiti ejus, radiorum instar, clavis passionis Christi, ut veluti sol civibus suis eluceret.

Περὶ τῶν τεθέντων ἡνιόχων ἐν τῷ Σενάτῳ, καὶ περὶ τῶν ι′ κοφίνων τῶν ἄρτων.

De statuis aurigarum, quæ in Senatu collocatæ erant, ac de decem reliquiarum cophinis.

Ἐν δὲ τῷ Σενάτῳ ἀπετέθησαν οἱ ἡνίοχοι ἐν ζευξ- D ἵπποις ἐν τῷ ἀστρονομικῷ ὀργάνῳ, ἔνθα τῆς Ἀρτέμιδος καὶ τῆς Ἀφροδίτης ἵσταται στήλη, ἐν αἷς σκυφέλαις ἀπεκεφαλίσθη ὑπὸ Ἀρειανῶν Ἀρκάδιος ἀρχιδιάκονος τῆς Ἁγίας Εἰρήνης. Οἱ δὲ δέκα κόφινοι τῶν περισσευμάτων, δέκα ἔτη ἐν τῷ παλατίῳ τοῦ Σενάτου κατέκειντο· μετὰ δὲ ταῦτα ὑπὸ τὴν βάσιν τοῦ κίονος κατεχώσθησαν.

In Senatu erectæ sunt aurigarum Circensium statuæ in organo astronomico, ubi etiam Dianæ et Veneris statuæ : ad quas Arcadius archidiaconus S. Irenæ ab Arianis flagris occisus est. Decem autem cophini reliquiarum decem annis in palatio Senatus jacuerunt ; postea vero ad basim columnæ suffossi fuere.

De statuis quæ olim in magna ecclesia Santa Sophia erectæ erant.

Ἐν δὲ τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ, τῇ νῦν ὀνομαζομένῃ ἡ Ἁγία Σοφία, στῆλαι ἵσταντο υκζ′, αἱ πλείονες τούτων Ἑλληνικαὶ ὑπῆρχον· αἵτινες ἐκ τῶν πολ-

In magna ecclesia, quæ jam appellatur Sancta Sophia erectæ erant quadringentæ viginti septem statuæ, quarum plerœque Græcæ erant ; ex

quarum numero istæ erant Jovis scilicet, Cari patris, Diocletiani, duodecim signorum Zodiaci, Lunæ, Veneris. Arcturi sideris duabus Persicis columnis fulti, Poli Australis, ac sacerdotis Minervæ habentis a latere Iridem sine philosophia vaticinantem. Christianorum item statuas non paucas exstitisse ferunt, ex multis vero paucæ enumerandæ sunt, Constantini Magni, Constantis, Galli, Theodosii, Juliani, Theodosii alterius et Arcadii filii ejus, ac Serapionis consulis : Helenæ item matris Constantini tres : una porphyretica margaritis distincta : altera ex tessellis argenteis super columnam æream : tertia vero eburnea, quam posuit Cyprus rhetor. Quibus per urbem dispersis Justinianus fide et studio multo permotus, amplissimum templum excitavit. Si qui vero horum periti, urbem explorandi causa percurrant, non paucas earum reperient.

A λῶν ὁπῆρχον, τοῦ τε Διὸς, καὶ Κάρου τοῦ πατρὸς, καὶ Διοκλητιανοῦ, καὶ τὰ δώδεκα ζώδια, ἥ τε Σελήνη, καὶ ἡ Ἀφροδίτη, καὶ ὁ Ἀρκτοῦρος ἀστὴρ, παρὰ δύο Περσικῶν στηλῶν βασταζόμενος, καὶ ὁ Νότιος Πόλος, καὶ ἡ ἱέρεια τῆς Ἀθηνᾶς, ἀπὸ τοῦ πλευροῦ τὴν Ἶριν ἀφιλοσόφως μαντεύουσαν ἔχουσα. Ἐκ δὲ τῶν Χριστιανῶν οὐκ ὀλίγαι μέν, ὡς εἶπον· καὶ δέον ἐκ τῶν πολλῶν ὀλίγας εἰπεῖν· Κωνσταντίνου τοῦ Μεγάλου, καὶ Κώνσταντος, καὶ Γάλλου, Θεοδοσίου τε καὶ Ἰουλιανοῦ, καὶ Θεοδοσίου τοῦ ἑτέρου, καὶ Ἀρκαδίου υἱοῦ αὐτοῦ, καὶ Σεραπίονος ὑπάτου, καὶ Ἑλένης μητρὸς Κωνσταντίνου τρεῖς· ἡ μὲν μία πορφύρα διὰ μαργάρων· ἡ δὲ ἑτέρα διὰ ψηφίδων ἀργυρῶν ἐν τῷ χαλκῷ κίονι, καὶ ἡ ἄλλη ἐλεφαντώδης Κύπρου ῥήτορος προσενέγκαντος· ἃς B Ἰουστινιανὸς μερίσας ἐν τῇ πόλει ναὸν μέγιτσον ἀνήγειρε μετὰ πίστεως καὶ πόθου πολλοῦ· οἱ δὲ πεπειράμενοι τῶν προειρημένων, περιερχόμενοι τὴν πόλιν, καὶ ζητοῦντες αὐτὰς, εὑρήσουσιν οὐκ ὀλίγας.

De statuis quæ collocatæ erant in dextera Fori parte.

In dextera Fori parte ad orientem statuæ duodecim ex marmore porphyretico exstabant, totidemque Sirenes auro obductæ, quas vulgus equos marinos vocat. Nunc autem septem duntaxat conspiciuntur : quarum tres apud S. Mamantem positæ sunt. Cæteræ statuæ etiamnum supersunt.

Περὶ τῶν στηλῶν τῶν ἱσταμένων ἐν τῷ δεξιῷ μέρει τοῦ Φόρου.

Ἐν δὲ τῷ δεξιῷ μέρει τοῦ Φόρου τοῦ ἀνατολῆς, ἐδέξαντο στήλας πορφυρᾶς διὰ μαρμάρων ιβ', καὶ σειρῆνας δώδεκα, ἅστινας οἱ πολλοὶ ἵππους θαλασσίους καλοῦσι· χρυσέμβαφοι δὲ ἦσαν. Ἐπὶ δὲ ἡμῶν ἑπτὰ μόναι καθορῶνται· τὰς δὲ τρεῖς ἐξ αὐτῶν ἐν τοῖς τοῦ Ἁγίου Μάμαντος μέρεσιν ἔθηκαν, καὶ αἱ λοιπαὶ στῆλαι σώζονται.

De simulacro æreo Fortunæ urbis, quod in orientali Fori arcu exstabat.

Fortuna urbis ænea cum calyptra posita erat in C orientali arcu fori, cujus manus, ut aiunt, Michael Rhangabe amputari jussit, ne factiones populi contra imperatores quidpiam moliri possent.

Ἡ δὲ Τύχη τῆς πόλεως χαλκὴ μετὰ μοδιόλου ἵστατο ἐν τῇ ἀνατολικῇ ἀψίδι, ἣν, ἔφησαν. Μιχαὴλ ὁ Ῥαγγαβὲ χειροκοπηθῆναι, διὰ τὸ μὴ ἰσχύειν τὰ δημοτικὰ μέρη κατὰ τῶν ἀνακτόρων.

De cruce cujus inscriptio est, Sanctus, sanctus, sanctus.

Sciendum est, crucem, in cujus medio legitur, Sanctus, sanctus, sanctus, a præside Fori dedicatam esse : ubi etiam duorum angelorum et ipsius Constantini et Helenæ statuæ, a dextris et sinistris asservantur. In orientali autem arcu Fori Constantiniani, crux est argento obducta, habens in extremitatibus rotundis malum, quam ibidem Constantinus erexit, qua forma illam in cœlo viderat. Ii vero qui inaurati conspiciuntur, filii ejus D sunt. Itemque in sinistris partibus terribilis posita erat elephantis statua, prope maximam statuam, ubi mirabile spectaculum accidit. Nam terræ motu facto, elephas collapsus est, ac unus posteriorum ejus pedum effractus. Præfecti vero Taxeotæ, quos moris erat forum custodire, accurrentes elephantem erexerunt, ac corporis humani integri utraque ossa invenerunt, et tabellam cui inscriptum erat : *A Venere virgine sancta ne mortua quidem sejungor.* Præfectus autem signum illud ærario publico intulit in nummos redigendum. Præter superius memorata, visebatur porcus, multitudinis streptum denotans, et proxime nuda statua, si-

Περὶ τοῦ σταυροῦ τοῦ γράφοντος· Ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος.

Ἰστέον, ὅτι ὁ σταυρὸς ὁ μεσοσυλλαβῶν καὶ ἀναγινωσκόμενος, Ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος, παρὰ τοῦ πρωτοστατοῦντος τῷ Φόρῳ ἀνηγορεύθη· ἔνθεν καὶ δύο ταχυδρόμων, καὶ αὐτοῦ τοῦ Κωνσταντίνου, καὶ Ἑλένης ἐκ δεξιῶν καὶ ἐξ εὐωνύμων σώζονται στῆλαι. Εἰς δὲ τὴν ἀνατολικὴν ἀψίδα τοῦ Κωνσταννινιακοῦ Φόρου σταυρὸς ἀργυρέμπλαστος, καὶ ἐν τοῖς ἀκρωτηρίοις στρογγύλοις μῆλον, ἐν αὐτῷ τῷ τόπῳ ἀνηγέρθη ὑπὸ Κωνσταντίνου, ὡς ἐθεάσατο αὐτὸν ἐν τῷ οὐρανῷ. Οἱ δὲ χρυσέμβαφοι υἱοὶ αὐτοῦ εἰσι καὶ ἐλέφαντος στήλη ἵστατο φοβερὰ ἐν τοῖς εὐωνύμοις μέρεσι πλησίον τῆς μεγάλης στήλης· ἔνθα καὶ παράδοξον ἐδείκνυτο θέαμα· σεισμοῦ γὰρ γενομένου καὶ αὐτὸς πέπτωκε, καὶ ἀπώλετο τὸν ἕνα πόδα τὸν ὄπισθεν, οἱ δὲ τοῦ ἐπάρχου ταξεῶται (ἔθος γὰρ τὸν Φόρον παρ' αὐτῶν φυλάττεσθαι) συνδραμοῦντες ἤγειραν τὸν ἐλέφαντα, καὶ εὗρον ἔσωθεν αὐτοῦ τὰ ὀστᾶ ἀνθρώπου ἀμφότερα ὅλου τοῦ σώματος, καὶ πυξίον μικρὸν, οὗ ἐν τῇ κεφαλῇ ἔγραψεν· Ἀφροδίτης παρθένου ἱερᾶς οὐδὲ θανοῦσα χωρίζομαι. Ὅπερ ὁ ἔπαρχος τῷ δημοσίῳ προσέθηκεν εἰς νουμία. Τοῖς προαναδεδηλωκόσι, καὶ χοῖρος ἵστατο σημαίνων τὴν κραυγὴν

τῆς πανηγύρεως· καὶ γυμνὴ ὡσαύτως στήλη σημαίνουσα τὸ ἀναίσχυντον τῶν τε ἀγοραζόντων καὶ πωλούντων.

gnificans impudentiam eorum qui emunt et vendunt.

Περὶ τοῦ Συστηματίου, τοῦ ἐν τῷ Φόρῳ μέσον ἱσταμένου.

Συστημάτιον δὲ μέσον τοῦ Φόρου ἔνζωδον ἐπὶ κιόνων ἱστάμενον, καὶ ἐν αὐτῷ δηλοῦν τὰς ἱστορίας τῶν μελλόντων ἐσχάτως γίνεσθαι ἐπὶ ταύτῃ τῇ πόλει· οἱ δὲ στηλωτικοὶ τῶν ἀποτελεσμάτων ταῦτα πάντα συνίασιν. Ἐστήλωσε δὲ αὐτὰ Ἀπολλώνιος ὁ Τυανεὺς παρακληθεὶς παρὰ Κωνσταντίνου τοῦ Μεγάλου καὶ εἰσελθὼν ἐστοιχείωσε τὰ ὀνόματα τῆς ἐπικρατείας ἕως τέλους αἰώνων.

De compage quæ stabat in medio Fori.

In medio Fori compages quædam variis distincta figuris, columnisque fulta visebatur, quæ res urbi aliquando eventuras indicabat : qui autem apotelesmaticen exercent, hæc omnia norunt. Cæterum hæc Apollonius Tyaneus erexit, accersitus a Constantino Magno, iisque nomina imperatorum usque ad sæculorum finem insculpsit.

Περὶ τοῦ πῶς ἔκτισε τὴν πόλιν, ὅτε ἐξῆλθε μετὰ τῶν μεγιστάνων ἐν τῷ Φόρῳ πεζός.

Ὅτι μέλλων κτίσαι τὴν πόλιν ὁ Μέγας Κωνσταντῖνος, καὶ ὀφείλων πῆξαι τὸ θεμέλιον, καὶ κατεμέτρησεν αὐτήν, πεζὸς ἐξελθὼν μετὰ τῶν μεγιστάτων αὐτοῦ, καὶ ἐλθὼν εἰς τὸν Φόρον, εἶπον αὐτῷ οἱ ἄρχοντες· Ποίει τέλος τοῦ τείχους, δέσποτα. Ἐκεῖνος δὲ ἔφη· Οὐχὶ ἕως οὗ στῇ ὁ προάγων μου, ἐκεῖσε πληρώσω. Μόνος γὰρ οὗτος ἑώρα τὸν ἄγγελον. Ἀπελθὼν δὲ μέχρι τοῦ Ἐξωκιονίου πεζὸς μετὰ πάσης τῆς συγκλήτου, ἐκεῖσε δὲ ἰδὼν τὸν ἄγγελον τὴν ῥομφαίαν αὐτοῦ πήξαντα, καὶ μηνύοντα ἕως ἐκεῖ στῆναι αὐτόν, καὶ διὰ τοῦτο ἔπηξεν ἐκεῖ τὸ τεῖχος·

Quomodo urbem ædificavit, quando una cum proceribus Forum pedes adiit.

Cum vellet urbem condere Constantinus Magnus, ac fundamenta jacere, mensus est ipsam, unaque cum proceribus suis pedes exiit, atque ad Forum processit, quo ubi perventum fuit, inquiunt ei proceres, Hic, domine, muro statue terminum. Ille vero respondit : Non, nisi is qui me præcedit ductor constiterit finem faciam. Solus enim ipse angelum videbat. Progressus igitur pedes cum toto senatu usque ad Exocionium, vidit ibi angelum, defixa in terram rhomphæa, stationis initium facere : quare ipse quoque ibi substitit, et finem muro statuit.

Περὶ τοῦ Ἀρτοπωλίου.

Ἐν δὲ τοῖς Ἀρτοπωλίοις κυνάρια ἔστησεν εἴκοσι περιφερῆ, καὶ ταῶνας, καὶ ἀετούς, καὶ λεαίνας, καὶ κριῶν κάρας, καὶ στρουθῶν, καὶ κορώνης, καὶ τρυγόνος, καὶ γαλῆς, καὶ δαμάλεως, καὶ Γοργόνας δύο, μίαν μὲν ἐκ δεξιῶν, καὶ ἑτέραν ἐξ εὐωνύμων, κατ' ὄψιν ἀμφότεραι βλέπουσαι, ἀπὸ μαρμάρων ἐγγεγλυμμέναι, καὶ χοίρων ἀγέλας. Ἵσταντο δὲ μέχρι Ζήνωνος. Γαληνὸς δέ τις ἰατρὸς καὶ φιλόσοφος ὑπάρχων, ἐκεῖσε παραιωθεὶς τὰς Γοργόνας ἔλεγεν ἱερογλυφικὰ, καὶ ἀστρονομικὰ τῶν μελλόντων, δηλώσασ τὰς ἱστορίας πάσας σὺν τοῖς ὀνόμασι Κωνσταντίνου τοῦ Μεγάλου τυπώσαντος ταῦτα. Τοῦ δὲ Γαληνοῦ ἐπὶ πλείστων συχνάσαντος, καὶ τοῖς ἀναγνώσμασι προσχόντος, τὰ μέλλοντα συμβαίνειν τῷ Ζήνωνι παρὰ Βηρίνης εἰπόντος καὶ γελάσαντος· Καλλίστρατός τις συρφετὸς κάπηλος τῇ τέχνῃ, μετὰ τὴν ἐπάνοδον Ζήνωνος, διαβάλλει τὸν Γαληνόν· ὁ δὲ Ζήνων τοῦτον ἀνῃρήκει, ὅπερ λέγουσιν εἶναι ἀληθές· καὶ γὰρ αἱ ἀγέλαι τῶν χοίρων διερχόμεναι ἐκεῖσε εἰς τὸν Ἀρτοτυριανὸν τόπον μέσον τῆς καμάρας, ὅθεν ἀνέρχεται, ἵστανται ἐνιοι, καὶ οὐ δύνανται παρέρχεσθαι, ὅτε οἱ χοιροδέται οἱ τούτους ἐλαύνοντες, τύψωσι τούτους, καὶ τότε μεθίστανται· ἡνίκα γὰρ ψυχῇ αἷμα ὀλίγον, ἀθρόως ὁρμᾷ ἡ ἀγέλη.

De Artopolio.

In Artopoliis catellos viginti circumposuit, et pavones, aquilas, leænas, arietum capita, et passerum, cornicis item, turturis, felis et buculæ, Gorgones duas, aliam a dextris, aliam a sinistris, facie sibi invicem obversas ex marmoribus sculptas, ac demum porcorum greges. Perstiterunt autem usque ad Zenonem. Cæterum Galenus quidam medicus et philosophus istac præter Gorgonas transiens, hieroglyphica esse dixit, iisque astronomicum futuri præsagium contineri, et cunctas declaravit historias cum nominibus Constantini Magni, qui illa effinxerat. Cum autem hæc Galenus frequentius enarrasset, et lectioni eorum insisteret, eaque quæ Zenoni Verinæ opera eventura erant, prædixisset, et in risum prorumperet; Callistratus quidam homo nihili qui cauponariam exercebat, post Zenonis reditum Galenum accusavit, Zeno autem ipsum interfecit : quod etiam vere contigisse dicunt. Ideoque porcorum greges isthac transeuntes ad Artotyrianum locum in medio fornicis unde ascenditur, quasi stupidi consistunt neque ultra progredi possunt : donec a subulcis verberati, gressum movent : statim enim ac paululum sanguinis effluit, cum impetu procedunt.

Περὶ τοῦ σταυροῦ τοῦ ἱδρυμένου ἐπὶ κίονος.

Τὸ δὲ σταυροῦν τὸ ἱδρύμενον ἐπὶ κίονος πλησίον τῶν Ἀρτοπωλίων ἐν τῇ λιθοστρώτῳ αὐλῇ ἀνηγέρθη παρὰ Κωνσταντίνου τοῦ Μεγάλου, ὅτε ἐκτίσθη ἡ πόλις. Εἰς δὲ τὸ παλαιὸν ἔφερον ἐκεῖσε τοὺς ἵππους ἑκατέρων τῶν μερῶν ἡνίοχοι, καὶ εὐφημίζον-

De cruce supra columnam erecta.

Crucem collocatam supra columnam propter Artopolia in atrio lapidibus strato erexit Constantinus Magnus, quando urbem condidit. Antiquis autem temporibus utriusque factionis aurigæ equos ibi agitabant, et acclamantes aiebant, *Crucis potentia*

nobis opiluletur. Ibidem pariter exstabant portæ æneæ quatuor pro quatuor factionibus, totidemque in orbem porticus, ac pleraque alia admiranda; quæ ad Theophilum usque pervenere, a quo primum locus ille vallis planctus nuncupatus est, ac mancipia a negotiatoribus ejusmodi isthic venum proponi jussit.

De Toxara ut vocant.

Toxara domus erat Toxaræ Manclavitæ, qui in templo S. Mamantis Michaelem imperatorem interfecit.

De ecclesia SS. Quadraginta martyrum.

Ædes SS. Quadraginta martyrum antea prætorium exstiterat. Tiberius vero Thrax cum uxore Anastasia, eductis hinc qui carcere detinebantur, loco prius purgato ac dimenso, ex eoque ejectis materiis, fundamenta ad quatuor cubitos eduxit. Tiberio autem vita functo, Mauricius ejus gener imperio potitus, ædem sacram absolvit, ac dedicari curavit.

De sancto Theodoro cognomine Carbonaria.

Sancti Theodori templum Hilarion patricius Leonis Macelæ temporibus excitavit.

De Anemodulio.

Anemodulium ab impio Heliodoro erectum fuit, tempore Leonis Isauri : ipsemet duodecim quoque signa ventorum excitavit. Quatuor vero simulacra ænea grandia Dyrrachio delata fuere. Erant autem hæc mulieri cuidam viduæ pro dote, ab nescio quo templo extracta. Cæterum hoc scite ac omnibus astronomiæ numeris absolutum perfecit (Heliodorus).

De Foro Tauri.

In Foro Tauri stat Theodosii Magni statua. Fuit autem primitus argentea, et ad eam legati exterarum gentium excipiebantur. Exstitit etiam ibi olim palatium et xenodochium Romanorum, versus locum quem Alonitzium vocant. Super ingentem columnam stabat Theodosius : illius vero filii, Honorius quidem in lapideo fornice orientali, Arcadius autem in lapideo fornice occidentali, uterque super ingentes quadratas columnas. In medio Fori atrio est statua equestris, quam quidam Jesu Nave, alii Bellerophontis esse volunt. Allata vero fuit ex magna Antiochia. Cæterum basis lapidea quadrilatera equestris illius statuæ habet insculptas historias Russorum qui novissimis diebus urbem vastaturi sunt, cujus rei impedimentum est perquam minimum illud signum, quod vinctum ac genuflexum illic positum visitur. Præterea quoque pes lævus magni equi, quod in eo inscriptum est, præsignificat. Similiter et magna columna concava, et Xerolophus ultimos urbis casus expugnationesque repræsentant.

De Diaconissa.

Ecclesiam Diaconissæ condidit Cyriacus patriarcha tempore Mauricii imperatoris compatris sui. Ita vero nuncupata fuit, quod patriarcha adhuc

τες ἔλεγον· Τοῦ σταυροῦ ἡ δύναμις βοηθῇ ἡμῖν. Ἐκεῖσε δὲ ἵσταντο καὶ πύλαι χαλκαῖ τέσσαρες τῶν τεσσάρων μερῶν, καὶ περίπατοι τέσσαρες γύρωθεν, καὶ σημειοφορικὰ πολλὰ, καὶ διῆρκεσαν μέχρι τῶν Θεοφίλου· ἔκτοτε δὲ ἐκλήθη κοιλὰς κλαυθμῶνος παρ' αὐτοῦ, καὶ προσετάγησαν οἱ σωματοπρᾶται ἐκεῖσε πιπράσκειν τὰ οἰκετικὰ πρόσωπα.

Τὰ λεγόμενα τοῦ Τοξαρᾶ.

Τὰ Τοξαρᾶ οἶκος ἦν Τοξαρᾶ Μαγκλαβίτου, τοῦ ἀνελόντος Μιχαὴλ τὸν βασιλέα εἰς τὸν Ἅγιον Μάμαντα.

Περὶ τῶν Ἁγίων Μ'.

Οἱ Ἅγιοι Τεσσαράκοντα πρότερον ὑπῆρχον πραιτώριον. Ὁ δὲ Τιβέριος ὁ Θρᾴξ σὺν τῇ γυναικὶ αὐτοῦ Ἀναστασίᾳ τοὺς δεσμίους ἐξεώσας, καὶ τὸν τόπον ἀνακαθηρας, καὶ διαμετρήσας, καὶ τὴν ὕλην ἀναποθέμενος, καὶ ἐκβαλὼν τὸ γῶμα, ἐθεμελίωσε μέχρι πηχῶν τεσσάρων. Τελευτήσαντος δὲ τοῦ Τιβερίου, ὁ γαμβρὸς αὐτοῦ Μαυρίκιος κρατήσας ἀνεπλήρωσε τὸν ναὸν, καὶ ἐνεθρονίασεν αὐτόν.

Περὶ τοῦ Ἁγίου Θεοδώρου τὰ Καρβουνάρια.

Τὸν δὲ Ἅγιον Θεόδωρον ἔκτισεν Ἱλαρίων πατρίκιος ἐν τοῖς χρόνοις Λέοντος τοῦ Μακέλου.

Περὶ τοῦ Ἀνεμοδουλίου.

Τὸ δὲ Ἀνεμοδούλιον ἐστηλώθη παρὰ τοῦ Ἡλιοδώρου τοῦ δυσσεβοῦς, ἐν τοῖς χρόνοις Λέοντος τοῦ Συρογενοῦς, ὃς καὶ ἐστήλωσε τοὺς ιβ' ἀνέμους. Τὰ δὲ τέσσαρα χαλκουργεύματα τὰ μεγάλα ἤχθησαν ἀπὸ τοῦ κάστρου Δυβράχιον· εἶχε δὲ αὐτὰ γυνὴ χήρα εἰς προῖκα αὐτῆς ἀπὸ ναοῦ τινος. Μετὰ πολλῆς δὲ ἐπιστήμης καὶ ἀστρονομίας ἐποίει τοῦτο.

Περὶ τοῦ Ταύρου.

Ὅτι ἐν τῷ Ταύρῳ στήλη τοῦ Μεγάλου Θεοδοσίου ἵσταται· ἦν δὲ πρώην ἀργρᾶ, ἔνθα τοὺς ἀπὸ τῶν ἐθνῶν ἥκοντας ἐδέχετο ἐκεῖσε ὑπῆρχε δὲ πρώην παλάτιον, καὶ ξενοδοχεῖον τῶν Ῥωμαίων, εἰς τὸ καλούμενον δηλονότι Ἀλωνίτζιον. Ἐπάνω δὲ τοῦ μεγάλου κιόνος ἐστήλωται Θεοδόσιος· οἱ δὲ υἱοὶ αὐτοῦ, ὁ μὲν Ὀνώριος, ἐπάνω τῆς λιθίνης ἀψίδος τῆς πρὸς δυσμᾶς· ὁ δὲ Ἀρκάδιος ἐν τῇ πρὸς ἀνατολὴν λιθίνῃ ἀψίδι· ὑπερθεν δὲ τῶν περιβλέπτων μεγάλων κιόνων τῶν τετραδισίων, Μέσον τῆς αὐλῆς ἐστι ἔφιππος ὃν οἱ μὲν λέγουσιν Ἰησοῦν τὸν Ναυῆ, ἕτεροι δὲ, τὸν Βελλεροφόντην· ἤχθη δὲ ἀπὸ τῆς μεγάλης Ἀντιοχείας. Τὸ δὲ τετράπλευρον τοῦ ἐφίππου τὸ λιθόξεστον ἔχει ἐγγεγραμμένας ἱστορίας τῶν ἐσχάτως μελλόντων Ῥῶς πορθεῖν τὴν αὐτὴν πόλιν, καὶ τὸ ἐμπόδιον, ὅπερ ἀνθρωποειδὲς χαλκούργημα βραχὺ παντελῶς, καὶ δεδεμένον γονυκλινὲς ἔχει· ὁ ποὺς εὐώνυμος τοῦ ἵππου τοῦ μεγάλου καὶ αὐτὸς σημαίνει, ὅτι ἐκεῖσε ἐγγεγραμμένον ἐστίν. Ὡσαύτως καὶ ὁ κοῦφος κίων ὁ μέγας, καὶ ὁ Ξηρόλοφος ἔχουσι τὰς ἐσχάτας ἱστορίας τῆς πόλεως, καὶ τὰς ἁλώσεις ἐνιστόρους.

Περὶ τῆς Διακονίσσης.

Τὰ δὲ Διακονίσσης ἔκτισε Κυριακὸς πατριάρχης ἐν τοῖς χρόνοις Μαυρικίου βασιλέως τοῦ συντέκνου αὐτοῦ. Ἐκλήθη δὲ ὡς ἀπὸ τοῦ τὸν πατριάρχην διά-

κονον ὑπάρχοντα οἰκεῖν ἐκεῖσε· ἀλλὰ καὶ ἡ ἀδελφὴ τοῦ πατριάρχου διακόνισσα ἦν.

Τὰ Κουράτορος.

Τὰ Κουράτορος ἐκτίσθησαν ἐν τοῖς χρόνοις Βηρίνης τῆς γυναικὸς, λέγεται, τοῦ Λεομακέλου. Καὶ ὁ κουράτωρ αὐτοῦ παρίσταται εἰς ὁμοίωμα τοῦ τάφου τοῦ Κυρίου.

Περὶ τοῦ Φιλαδελφίου.

Τὸ δὲ καλούμενον Φιλαδέλφιον, υἱοί εἰσι τοῦ Μεγάλου Κωνταντίου. Ὅτε δὲ ἐτελεύτησεν οὗτος, τοῦ Κωνταντίου ὄντος ἐν τοῖς τῆς Ἀνατολῆς μέρεσι, Κώνσταντος ἀπὸ Δύσεως καὶ Γάλλου ἐρχομένων συνήφθησαν ἐκεῖσε, καὶ ἀσπάζονται ἀλλήλους. Οὐχ ὅτι ἐκεῖ συνήφθησαν, ἀλλὰ τῆς ὑπαντῆς αὐτῶν ἐκεῖσε ἀναστηλωθείσης. Ὡς δεύτεροί φασιν, ὅτι τὸ Φιλαδέλφιον ἐν ᾧ ἐστι βορρᾶθεν ἀψίδιον, προτείχισμα ἦν, καὶ πόρτα χερσαῖα τῶν παλαιῶν ὑπὸ Κάρπου κατασκευασθεῖσα. Ἐκεῖ οὖν ἵστατο ἡ στήλη τοῦ Φόρου, ἣν εἰς καρούχαν ἤνεγκαν ἀπὸ τοῦ Φιλαδελφίου. Ὡς δὲ ὁ Διακρινόμενος λέγει, ἀπὸ τῆς Μαγναύρας, ἡ ἐν τῷ Φόρῳ τεθεῖσα στήλη, ἡ πολλὰς ὑμνῳδίας δεξαμένη εἰς τύχην τῆς πόλεως προσεκυνήθη παρὰ πάντων, ὑψωθεῖσα ἐν τῷ κίονι, τοῦ ἱερέως μετὰ τῆς λιτῆς παρεστηκότος, καὶ μετὰ κραυγῆς, τὸ Κύριε ἐλέησον βοῶντος | ἑκατοντάκις, καὶ ἄνωθεν ἐκεῖσε ἐπὶ τὴν κεφαλὴν τοῦ κίονος πολλὰ ἐτελέσθησαν θαυμαστὰ καὶ παράδοξα, καὶ πανήγυρις περὶ τούτου γέγονε τεσσαρακονθήμερος, καὶ σιτηρέσια πολλὰ ἐδίδοντο παρὰ τοῦ βασιλέως. Τῇ δὲ ἐπαύριον γέγονε τὸ γενέθλιον τῆς πόλεως, καὶ μέγα Ἱπποδρόμιον· ὅτε καὶ ἡ πόλις μετωνομάσθη Κωνσταντινούπολις.

Περὶ τοῦ ὄντος ἐν αὐτῷ σταυροῦ, καὶ τῶν δύο υἱῶν τοῦ Μεγάλου Κωνσταντίνου, τῶν ἐπὶ θρόνου καθεζομένων.

Τὸν δὲ εἰς τὸ Φιλαδέλφιον ὄντα σταυρὸν ἀνέστησεν ὁ Μέγας Κωνσταντῖνος ἐπὶ κίονος, κεχρυσωμένον διὰ λίθων καὶ ὁέλων, κατὰ τὸν σταυροειδῆ τύπον, ὃν εἶδεν ἐν τῷ οὐρανῷ, καὶ τοῦ κίονος ἐκείνου τοῦ πορφυροῦ. Ἐποίησε στήλας τῶν υἱῶν αὐτοῦ, καὶ ἀνετύπωσεν ἐπὶ θρόνου καθέζεσθαι· ἐποίησε δὲ καὶ τὸν κίονα ἐκεῖνον ἱστορίας περιέχειν τὰς τούτων ἐνζώδους, καὶ γράμματα Ῥωμαϊα τῶν ἐσχάτως μελλόντων γίνεσθαι. Ἵσταντο δὲ ἀντικρὺς τῶν δύο υἱῶν αὐτοῦ, τῶν ἐπὶ θρόνοις καθεζομένων, καὶ τῶν ἄλλων τῶν ἀσπαζομένων.

Περὶ τὸ λεγόμενον Μόδιον.

Ὅτι τὸ λεγόμενον Μόδιον, ὡρολόγιον ἦν, ἤγουν τὸ ἕξαμον τοῦ μοδίου. Ἵσταται τοῦτο ἐπάνω τῆς καμάρας τῆς τῶν Ἀμαστριανῶν, μέσον τῶν δύο χειρῶν κατασκευασθέντων ὑπὸ Οὐαλεντινιανοῦ· διὰ τοῦτο καὶ τὴν Λαμίαν εἶναι ἐγγὺς αὐτοῦ. Ὑποκάτω δὲ ἐν τῷ εἰλήματι τῶν χειρῶν ἱστορίαι εἰσίν· οἱ δὲ πεπειραμένοι εὑρήσουσιν αὐτάς. Ὥρισται δὲ τὸ μόδιον κούμουλον πιπράσκεσθαι· εἷς δὲ τῶν ἐμπόρων πέπρακέ τινι σίτου ῥίγλον τὸν μόδιον· γνοὺς δὲ τοῦτο ὁ βασιλεὺς, ἔκοψε τὰς δύο χεῖρας αὐτοῦ, καὶ ἀνεστήλωσεν ὁρᾶσθαι, ὁμοίως καὶ τὸν μόδιον, ὃς ἐχρημάτισεν ὡρολόγιον.

diaconus ibi habitaret, et soror ejus ibidem esset diaconissa.

De templo Curatoris dicto.

Templum cognomine Curatoris conditum fuisse fertur tempore Verinæ uxoris Leonis Macelæ; cujus curator præfuit structuræ ut ad instar sepulcri Christi fieret.

De Philadelphio.

Id quod Philadelphium appellatur, statuæ sunt filiorum Constantini Magni. Postquam enim ipse e vivis excessit, Constantius cum in partibus Orientis esset, Constans vero una cum Gallo ab Occidente venisset, hoc in loco conjuncti se invicem salutaverunt. Non enim ita nuncupatur quod ibi convenerint, sed quoniam primi eorum congressus signum isthic erectum est. Alii vero narrant, Philadelphium, ubi parvulus ab Aquilone visitur arcus, antiquitus propugnaculum fuisse, portamque terrestrem antiquam a Caro exstructam. Hoc igitur in loco stabat olim fori statua, quæ curru inde fuerat exportata. Ut autem Hæsitans tradit, a Magnaura delata fuit statua in Foro posita, quæ multis laudibus celebrata, ut fortuna urbis adorabatur ab omnibus, columnæ imposita, sacerdote præsente cum supplicatione et centies clamante, *Kyrie eleison*, ac supra capitulum ejus columnæ admiranda quædam et stupenda edita fuerunt, solemneque festum totos quadraginta dies actum fuit, atque ipse imperator copiosam annonam distribuit. Cæterum postridie Natalia urbis celebrata sunt, magnique Circenses acti, ac urbs eo ipso die appellata fuit Constantinopolis.

De cruce in Philadelphio collocata, ac duabus statuis filiorum Constantini M. throno insidentibus.

Crucem auro obductam gemmis vitrisque ornatam, quæ in Philadelphio cernitur columnæ imposita, Constantinus Magnus erexit, ad crucis quam in cœlo viderat et columnæ illius porphyreticæ formam. Statuas pariter filiis suis posuit throno insidentes: item columnam illam hieroglyphicis notis Romanisque litteris inscriptam, quæ rerum novissima exhibent, excitavit. Cæterum e regione filiorum Constantini Magni, qui in thronis sedent, stabant statuæ eorum qui se invicem amplectuntur.

De Modio.

Modium quod vocant, horologium erat, vel examen modii collocatum supra Amastrianorum arcum, inter duas manus a Valentiniano constructum; quare huic proximum est signum Lamiæ. Infra autem in volumine manuum historiæ inscriptæ sunt, quas facili negotio periti percipient. Cæterum lege sancitum fuit, ut modius cumulate venderetur. Mercator vero quidam contra edictum ad regulam alicui vendidit. Quod ubi imperator rescivit, manus illi amputari jussit, easque una publice erigi curavit cum modio, qui erat horologium.

De eodem Modio clarius.

Manaim præfectus militum cum Scythas debellasset, statuam meruit ad horologium ut vocant, ubi columnæ stant, et arcus erat ante domum, quæ nuncupatur Crateri : ibidem exstat Modius æneus seu horologium ac duæ manus æreæ hastæ infixæ. Neque hoc silentio prætereundum est, Modium sub Valentiniano statutum fuisse; tunc enim primum modii usus Constantinopolitanis esse cœpit. Atque ideo cum argenti pretium constituisset, argenteum ab initio numisma percussum est, ut perspicue declarat Theodoretus. Cæterum manus æreæ idcirco tunc supra modium positæ fuere, quod cum imperator lege sanxisset, ut modius frumenti cumulate venderetur, neque edictis suis obsistere quemquam vellet, quidam, spretis legibus, cum ad regulam vendidisset, manus perdidit. Unde manus illæ utræque tam vendentium quam ementium efformatæ sunt, ut cumulatis frumenti modiis uterentur. Ibidem supra arcum ejusdem Valentiniani statua erigebatur, examen in dextera tenens. Ad pactam vero pecuniam solvendam ablata est, quia argentea erat.

De Amastriano.

In hoc loco Amastriano dicto positæ cernuntur solis in curru marmoreo, et Herculis recumbentis statuæ : item testudines cum avibus, draconesque quindecim, et statua marmorea domini cujusdam ex Paphlagonia advecta, atque altera statua servi ex Amastriana regione oriundi, urina et stercore obruta. Cæterum utraque statua eodem in loco dæmonibus erecta fuit. Ibidem columellarum ornamentum forma semirotunda erectum est. Ibi enim dæmones apparere sæpe animadversum est.

De Bove.

In loco nuncupato Bove exstructa erat fornax ingentis molis, bubuli capitis figuram gerens, in qua et malefici supplicio afficiebantur; ubi etiam Julianus multos specie variorum scelerum combussit. Repræsentabat autem illa fornax bovis figuram, eratque maxima visu; ad cujus exemplar similis bos in Neorio exstructus est. Integra autem fornax permansit usque ad Phocam. Ab Heraclio porro in foles conflata est. In eodem loco areus erecti erant, similes illis, qui in Xerolopho spectantur, et continent simulacra et historias lapidibus insculptas. Qui vero isthac pertransibunt, non pauca reperient.

De Petri tractu.

In Petri tractu domus erat Petri patricii Justiniani Magni tempore. Ille vero etiam templum et gerocomium condidit.

De Exocionio.

Statua in Exocionio super columnam exiguam, Septentrionem versus, erecta fuit, quæ Constantini filii Irenes, cognomento Cæci, erat.

De eodem.

Exocionium terrestris murus erat, quem Con-

A Περὶ τοῦ αὐτοῦ σαφέστερον.

Μαναΐμ στρατηγὸς μετὰ τὸ νικῆσαι Σκύθας κατὰ κράτος, στήλῃ ἠξιώθη τιμηθῆναι ἐν τῷ καλουμένῳ Ὡρείῳ. Ἔνθα ἵστανται κίονες καὶ ἀψὶς ἣν πρὸς τὸν οἶκον τὸν λεγόμενον Κρατεροῦ· ἔνθα ἵσταται καὶ ὁ χαλκὸς Μόδιος, καὶ τὸ Ὡρεῖον, καὶ δύο χεῖρες χαλκαῖ ἐπὶ ἀκόντου. Τὸν δὲ Μόδιον δέον ἐστὶ μὴ παραδραμεῖν ἡμᾶς, ὅτι ἐπὶ Οὐαλεντινιανοῦ ἐτυπώθη. Τότε γὰρ καὶ ἀρχηγὸν Μοδίου τῶν ἐν Κωνσταντινουπόλει οἰκούντων ἀνηρευνήθη. Διὰ τοῦτο τοῦ ἀργυροῦ τυπώσαντες, ἄργυρος δὲ ἐτυπώθη ἀπαρχὴν τὸ νόμισμα. Τοῦτο δὲ καὶ Θεοδώρητος διασαφεῖ τρανότερον. Αἱ δὲ χαλκαῖ χεῖρες ἔκτοτε ἄνωθεν προσετυπώθησαν· τοῦ βασιλέως τὸ κούμουλον Μόδιον νομοθετήσαντος, καὶ μὴ ἀντερεῖν τοῖς αὐτοῦ νόμοις προστάξαντος, εἰς ἐκ τούτων παριδὼν τὴν πρόσ- B ταξιν, καὶ βίγλον πωλήσας, τὰς χεῖρας ἀπώλεσεν· ὅθεν καὶ ἐτυπώθησαν αἱ χεῖρες τοῖς λαμβάνουσι, καὶ τοῖς διδοῦσιν ἀμφότεραι, μετὰ τῶν σιτηρεσίων κούμουλα δίδοσθαι τὰ μόδια. Ἔνθα καὶ ἡ τούτου στήλη ἵστατο εἰς τὴν ἀψίδα, ἔξαμον ἐν τῇ δεξιᾷ χειρὶ κατέχουσα. Ἠρπάγη δὲ εἰς πάκτον διὰ τὸ ἀργυρᾶν τυγχάνειν.

Περὶ τοῦ Ἀμαστριανοῦ.

Ἐν τῷ τόπῳ τοῦ Ἀμαστριανοῦ, ἥλιος ἵσταται ἐν αὐτῷ, ἐφ' ἅρματος μαρμαρίνου στηλωθεὶς, καὶ Ἡρακλῆς ἀνακείμενος, καὶ χελῶναι ἐκεῖσε μετὰ ὀρνίθων, καὶ δράκαιναι ιε', καὶ μαρμάρινος στήλη ἱσταμένη, ἀχθεῖσα ἀπὸ χώρας Παφλαγονίας δεσπότου τινὸς, καὶ ἑτέρα κεχωσμένη ἐν τῇ κόπρῳ, καὶ τοῖς οὔροις, δούλου τοῦ ἐκ χώρας Ἀμάστριδος. Ἐκεῖσε C δὲ ἐν αὐτῷ τῷ τόπῳ ἐτυπώθη τοῖς δαίμοσιν ἀμφότερα. Καὶ ἀνεστηλώθη ἐκεῖθεν καὶ καλλωπισμὸς κιονίων σιγματοειδῶς ἀνεγερθέντων. Ἐγένοντο δὲ ἐκεῖσε δαιμόνων ἐπιστασίαι πολλαί.

Περὶ τοῦ Βοός.

Εἰς δὲ τὸν καλούμενον Βοῦν κάμινος ἦν παμμεγέθης ἐκτισμένη, βοὸς ἔχουσα κεφαλὴν, ἔνθα καὶ οἱ κακοῦργοι ἐτιμωροῦντο, ὅπου καὶ Ἰουλιανὸς προφάσει καταδίκων πολλοὺς ἐν αὐτῷ κατέκαυσεν. Ἦν δὲ ἡ κάμινος βοὸς τύπος παμμεγεθεστάτου θεάματος, οὗ κατὰ μίμησιν καὶ ἐν τῷ Νεωρίῳ βοῦς ἐτυπώθη. Ἦν δὲ ἡ κάμινος ἕως Φωκᾶ. Ὑπὸ δὲ Ἡρακλείου ἐχωνεύθη λόγῳ φόλεων. Ἐν αὐτῷ δὲ τῷ τόπῳ ἀψίδες ὅμοιαι τῷ Ξηρολόφῳ, ἔχουσαι ἀγάλματα πολλὰ, καὶ ἱστορίας λιθίνας. Οἱ δὲ διερχόμενοι εὑρή- D σουσιν οὐκ ὀλίγα.

Περὶ Πέτρου.

Τὰ Πέτρου οἶκος ἦν Πέτρου πατρικίου ἐν τοῖς χρόνοις Ἰουστινιανοῦ τοῦ Μεγάλου· ἀνήγειρε δὲ τόν τε ναὸν καὶ τὸ γηροκομεῖον.

Περὶ τῶν τοῦ Ἐξωκιονίου.

Ἡ δὲ ἱσταμένη στήλη εἰς τὸ Ἐξωκιόνιον ἐπὶ βραχέως κίονος, κατὰ τὸ βόρρειον μέρος, ὑπῆρχε Κωνσταντίνου τοῦ Τυφλοῦ, τοῦ υἱοῦ Εἰρήνης.

Περὶ τοῦ αὐτοῦ.

Τὸ δὲ Ἐξωκιόνιον ἦν χερσαῖον τεῖχος, ὅπερ ἔκτι-

σεν ὁ Μέγας Κωνσταντῖνος· διήρκεσε δὲ χρόνους λβ', μέχρι τῆς βασιλείας Θεοδοσίου τοῦ Μικροῦ. Ἐξωθεν δὲ ἵστατο κίων ἔχων στήλην τοῦ αὐτοῦ, καὶ τούτου χάριν λέγεται Ἐξωκιόνιον, διὰ τοῦ ἔξω τοῦ τείχους ἵστασθαι. Ἦσαν δὲ ἐκεῖ στῆλαι πολλαί· συνέτριψε δὲ ταύτας ὁ βασιλεὺς Μαυρίκιος, Ὅτι εἰς τὰς νῦν σωζομένας κίονας ἵστανται αἱ ἀπὸ Κυζίκου ἐλθοῦσαι στῆλαι.

Περὶ τοῦ Ξηρολόφου.

Ἐν τῷ Ξηρολόφῳ, πρώην Θέαμά τινές ἐκάλουν, ἐν αὐτῷ κοχλίαι ις', καὶ σύνθετος Ἄρτεμις, καὶ ἕτερα ἄλλα εἰς τὰς ἀψίδας· ἔσχατον δὲ ἐκλήθη Φόρος Θεοδοσιακὸς, καὶ ἦν μέχρι Κωνσταντίνου τοῦ Κοπρωνύμου.

Ἱερὶ τοῦ Τετραπύλου.

Τὸ δὲ λέγόμενον Τέτράπυλον, πρῶτον Τετράβιλον ἐλέγετο, ὅπερ διήρκεσεν ἔτη ρξ', μέχρι Ζήνωνος. Ἦν δὲ ἐκεῖσε Κουβούκλιον ἐπάνω κιόνων ὑπὸ τοῦ Μεγάλου Κωνσταντίνου κτισθὲν, καθ' ὁμοίωσιν τῆς Ῥώμης. Καὶ ὅτε εις συγγενὴς βασιλέως, ἢ αὐτὸς ἀπέθανε, παρελάμβανεν ἡ Αὐγοῦστα καὶ οἱ συγγενεῖς τοῦ τεθνεῶτος βασιλέως, καὶ ἐθρήνουν ἐκεῖσε τὸν τελευήσαντα ἔσωθεν τοῦ Κουβουκλίου, καὶ ἀπέλυον τὰ βῆλα πρὸς τὸ μὴ εἰσέρχεσθαι ἢ κατωπτεύειν αὐτούς τινα, καὶ κατιδίαν ἐκόπτοντο οἰμωγάς σφοδρὰς καὶ θρήνους ποιούμενοι ἕως ὡρῶν ἐξ· καὶ ἔκτοτε ἐλάμβανον τὸν ἀποιχόμενον μέχρι τῶν Ἁγίων Ἀποστόλων, καὶ ἐκήδευον αὐτόν.

Περὶ τῆς ἱσταμένης στήκης εἰς τὸ Σίγμα.

Ἡ δὲ ἱσταμένη στήλη εἰς τὸ Σίγμα ἐπὶ κίονος ὑπάρχει Θεοδοσίου τοῦ Μικροῦ, τοῦ υἱοῦ Ἀρκαδίου, ἣν ἀνήγειρε Χρυσάφιος εὐνοῦχος, ὁ Τζουμᾶς ὁ παρακοιμώμενος.

Περὶ τοῦ Ἁγίου Στεφάνου.

Τὸν δὲ Ἅγιον Στέφανον, τὸν ὄντα πλησίον τοῦ Σίγματος ὁ μέγας Κωνσταντῖνος ἀνήγειρεν. Ὁ δὲ Λέων ὁ βασιλεὺς ἐποίησε μικρὸν, καὶ τὴν ὕλην πᾶσαν τῶν χρυσῶν ἀψίδων, πολυποικίλων λίθων, καὶ κίονας ἀπέθετο εἰς τοὺς Ἁγίους Ἀποστόλους, καὶ ναὸν ἀνήγειρε τοὺς Ἁγίους Πάντας. Ἐκεῖσε δὲ κεῖται καὶ ὁ ὅσιος Ἰσαάκ.

Περὶ τοῦ Στουδίου.

Τὰ δὲ Στουδίου ἔκτισε Στούδιος πατρίκιος ἐν τοῖς χρόνοις τοῦ Λεομακέλου, ἐν ᾧ προσεκύρωσε κτήματα πολλὰ, καὶ πρῶτον μοναχοὺς ἐποίησε.

Περὶ τοῦ Ἁγίου Διομήδους.

Τὸν δὲ Ἅγιον Διομηδὴν ἔκτισεν ὁ Μέγας Κωνσταντῖνος· ὁ δὲ Βασίλειος ὁ Μακεδὼν ἀνήγειρε τοῦτον, καὶ ἐκαλλώπισε, καὶ ἀπεχαρίσατο κτήματα πολλὰ, διὰ τὸ τὴν ὀπτασίαν τῆς βασιλείας ἐκεῖσε ἰδεῖν.

Περὶ τῶν Ἐλεφάντων τῶν ἱσταμένων ἄνωθεν τῆς Χρυσῆς πόρτης.

Αἱ δὲ στῆλαι τῶν Ἐλεφάντων τῆς Χρυσῆς πόρτης

A stantinus Magnus ædificavit : integer autem perduravit annos triginta duos, ad imperium usque Theodosii Junioris. Extra eum stabat columna cum ejusdem Constantini statua ; ideoque locus ipse Exocionium fuit appellatus, quia extra murum erat. Præterea illic et aliæ multæ statuæ collocatæ erant, quas omnes confregit Mauricius. Cæterum columnis, quæ hactenus supersunt, impositæ sunt statuæ ex urbe Cyzico exportatæ.

De Xerolopho.

In Xerolopho, quem prius Theama, seu spectaculum quidam vocabant, stabant cochleæ sexdecim, et Dianæ statua composita ac alia quædam super arcus. Tandem vero appellatus est Forum Theodosiacum, duravitque ad Constantinum Copronymum.

B

De Tetrapylo.

Id quod nunc Tetrapylum appellamus, prius Tetravilum dicebatur, duravitque annos centum et sexaginta usque ad Zenonis imperium. Ibidem cubiculum erat columnis suffultum, a Constantino Magno exstructum, ad formam illius quod est Romæ. Et quando aliquis ex consanguineis imperatoris, vel ipse imperator decedebat, ipsa Augusta una cum consanguineis defuncti imperatoris antequam funus efferretur, lugebat mortuum intra cubiculum, obductis velis, ne quis ingredi aut intro spicere posset ; ita privatim ibi planctum agebant, magnos gemitus atque fletus usque ad sex horarum spatium edentes, exinde funus comitabantur ad templum SS. Apostolorum, ac ibi cadaver sepeliebant.

C

De statuta quæ in Sigma exstat.

In porticu cui nomen Sigma Theodosii statua Junioris, filii Arcadii columnæ imposita visitur, quam erexit Chrysaphius eunuchus cognomine Zumas, accubitor.

De sancto Stephano.

Ædem S. Stephani prope Sigma Constantinus Magnus exstruxit. Imperator vero Leo ad minorem formam redegit, omnemque materiam ex aureis arcubus et varii coloris lapidibus,et columnas ad SS. Apostolos transtulit, et templum Omnium Sanctorum condidit. Ibidem vero depositæ sunt reliquiæ S. Isaacii.

De Studio.

D Studii monasterium Studius patricius ædificavit tempore Leonis Macelæ, plurimisque ditavit possessionibus, ac primus ibi monachos instituit.

De sancto Diomede.

Monasterium sancti Diomedis condidit Constantinus Magnus ; Basilius vero Macedo restauravit, ornavitque ac multis possessionibus locupletavit, eo quod illic oraculum de futuro imperio acceperat.

De Elephantorum statuis supra portam Auream positis.

Statuæ elephantorum portæ Aureæ advectæ sunt

Athenis ex templo Martis, a Theodosio Juniore, qui murum terrestrem ad Blachernas usque exstruxit, intra sexaginta dierum spatium, opera duarum factionum populi, quæ singulæ octo millia hominum continebant. Venetæ quidem factionis præfectus erat Magdalas, Prasinæ vero Charsias ejus frater; jungebatur autem utraque factio in porta dicta Myriandra, quæ alias Polyandra appellabatur, quod ambæ factiones ibi copularentur. Reliquæ vero statuæ, quæ in porta Aurea visuntur, erectæ fuere a Vigilio primo a secretis et astronomo; una cum statua ejus uxoris coronata, extrinsecus stante, quæ urbis figuram refert. Præterea superius inferiusque sunt alia quædam simulacra quæ peritis accuratiorem notitiam præbere possint.

A ἦχθησαν ἐκ τοῦ ναοῦ τοῦ Ἄρεως ἀπὸ Ἀθηνῶν παρὰ Θεοδοσίου τοῦ Μικροῦ. τοῦ κτίσαντος τὸ χερσαῖον τεῖχὸς μέχρι τῶν Βλαχερνῶν· ὅπερ ἔκτισεν εἰς ἑξήκοντα ἡμέρας. ἐχόντων τῶν δύο μερῶν τῶν δήμων ἀνὰ χιλιάδας ὀκτὼ, ὄντων δημάρχου Μαγδαλᾶ μέρους τῶν Βενετῶν, καὶ Χαρσίου ἀδελφοῦ αὐτοῦ μέρους τῶν Πρασίνων· καὶ ἡνώθη εἷς τὴν Μυριάνδρον πόρτην τὴν καλουμένην Πολύανδρον· οὕτως γὰρ ἐκλήθη διὰ τὸ τὰ ἀμφότερα μέρη ἐκεῖσε ἑνωθῆναι. Αἱ δὲ λοιπαὶ στῆλαι αἱ ἱστάμεναι εἰς τὴν Χρυσίαν ἦκασι παρὰ Βιγηλίου πρωτοασηκρήτου καὶ ἀστρονόμου, μετὰ καὶ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ στήλης, τῆς ἔξωθεν ἱσταμένης, καὶ κατεχούσης τὸν στέφανον εἰς τύπον τῆς πόλεως. Ἄνωθεν δὲ καὶ κάτωθέν εἰσι καὶ λοιπὰ ξόανα, ἅτινα σημαίνει τοῖς πεπειραμένοις ἀκριβῆ γνῶσιν.

ANONYMI

DE ANTIQUITATIBUS CPOLITANIS

LIBER SECUNDUS

Qui incipit a Tzycanisterio, Hodegetriæ ecclesia et Manganis ac pertingit ad Blachernas.

—

INITIUM SECUNDÆ PARTIS, SEU DE TZYCANISTERIO AC RELIQUIS.

Portæ æreæ quæ in Tricymbalo Tzycanisterii stabant, a Basilio imperatore ex porticibus Fori nuncupati τῶν Χαλιναρίων, in ecclesiam Novam deductæ fuere: positæ autem prius fuerant a Constantino Magno e regione Senatus. Has, inquam, Basilius exstructa Nova ecclesia, exportatas isthuc advexit.

De eodem

Tzycanisterium condidit Theodosius Junior; Trullatum vero stabulum pretioso marmore exornatum addidit Michael Theophili filius; Basilius vero Macede Tzycanisterium ampliavit. Demum nostris temporibus Constantinus Ducas præ aliis omnibus adauxit; nam magnum Triclinium, Hippodromum ac cubiculum unum exstruxit.

De eodem peregrina narratio.

Iconio Persei et Andromedæ regis filiæ statuæ deductæ sunt. Illic, ut fabulæ perhibent, draconi in latibulis agenti, pro victima virgo offerri consueverat. Cum autem Andromeda vinculis astricta ab eo devoranda esset, Perseus istac iter habens flentem feminam sciscitatur: ipsa rem omnem enarravit. Ille autem consistens, cum Gorgonis capitis vim jam expertus esset, versa retro facie lethiferum vultum belluæ monstravit. Quo conspecto draco exstinctus est. Ideoque urbs, ut narrat

B ΑΡΧΗ ΤΟΥ ΔΕΥΤΕΡΟΥ, ΗΤΟΙ ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΤΖΥΚΑΝΙΣΤΗΡΙΟΥ ΚΑΙ ΤΩΝ ΚΟΙΠΩΝ.

Αἱ χαλκαῖ πύλαι, αἱ ἱστάμεναι εἰς τὴν Τρικύμβαλον τοῦ Τζυκανιστηρίου, παρὰ Βασιλείου τοῦ βασιλέως ἐπήρθησαν ἀπὸ τῶν ἐμβόλων τοῦ Φόρου τῶν Χαλιναρίων· ἐστάθησαν δὲ παρὰ τοῦ Μεγάλου Κωνσταντίνου ἀντικρὺ τοῦ Σενάτου· κτίσας δὲ τὴν Νέαν, ἐπῆρε ταύτας καὶ ἀπῆγεν ἐκεῖσε.

Περὶ τοῦ αὐτοῦ.

Τὸ δὲ Τζυκανιστήριον ἔκτισε Θεοδόσιος ὁ Μικρός. Τὸν δὲ Τρουλωτὸν σταῦλον ἔκτισε Μιχαὴλ ὁ υἱὸς Θεοφίλου, κόσμήσας αὐτὸν, καὶ μαρμαρώσας πολυτελῶς. Ὁ δὲ Βασίλειος ὁ Μακεδὼν παρεξέβαλε τὸ Τζυκανιστήριον καὶ ἐπλάτυνεν. Ἐν δὲ τοῖς ἡμετέροις χρόνοις πλεῖον τούτων ἐπλάτυνε Κωνσταντῖνος ὁ Δοῦκας, κτίσας καὶ τὸν μέγαν Τρίκλινον, τὸν Ἱππόδρομον, καὶ τὸν ἕνα κούβουκλον.

Περὶ τοῦ αὐτοῦ ἀφήλησις ξένη.

Ἐκ τῆς Ἰκονίων πόλεως Περσέως στῆλαι, καὶ Ἀνδρομέδης, θυγατρὸς βασιλικῆς, ἦκασιν. Ὡς οἱ μῦθοί φασι, ἐδίδουν θυσίαν τῷ ἐκεῖσε ἐμφολεύοντι δράκοντι, κόρην παρθένον· αὕτη γὰρ ἦν ἡ συνήθεια τῷ θηρίῳ, ὅτε καὶ Ἀνδρομέδα δεθεῖσα ἔμελλε τῷδε βορὰ γενέσθαι. Ὁ γοῦν Περσεὺς ἐκεῖσε ἐλθὼν πύθεται κλαιούσης τῆς γυναικός· ἡ δὲ τὸ συμβὰν ἐξηγήσατο. Τοῦ δὲ καθιστάτου, Γοργόνης κεφαλὴν ἐν πείρᾳ κατέχοντος, ὀπισσοφανῶς στραφεὶς, δείκνυσι τῷ θηρίῳ τὸ δηλητήριον, ἣν ἰδὼν τὸ θηρίον ἐπέψυξε,

καὶ διὰ τοῦτο ἐκλήθη ἡ πόλις παρὰ Φιλοδώρου λογίστου Ἰκόνιον, διὰ τὸ τὸν Περσέα δεῖξαι τὴν εἰκόνα ἐκεῖσε τῆς Γοργόνης. Ἦν δὲ τῇ πόλει πρότερον ὄνομα Δαναεία· ἔπειτα ἐπλήσθη θρηνῳδίας, καὶ οὕτως ἐκλήθη Θρῆνος. Ἔνθα καὶ ἐτελειώθη ὁ αὐτὸς Περσεὺς σὺν τῇ Ἀνδρομέδῃ· ἐπάνω δὲ τῆς πύλης τῆς πόλεως ἐστηλώθη ἀμφότερα. Αἱ δὲ τοιαῦται στῆλαι ἦκασιν ἐπὶ Κωνσταντίνου, μετὰ τὸ πληρωθῆναι τὴν Ἀντιοχέων ἐκκλησίαν, καὶ ἐν τῷ μεγάλῳ Κωνσταντίνου λουτρῷ ἔστησαν, πλησίον τοῦ Τζυκανιστηρίου.

A Philodorus Logista, Iconium vocata est, quod Perseus ibi Gorgonis icona monstraverit. Priscum vero urbis nomen erat Danaeia. Denique quia lamentationibus repleta erat, Threnus cognominata fuit. In hac urbe Perseus et Andromeda vitam exegerunt, unde amborum statuæ portæ urbis impositæ sunt. Hæ vero statuæ tempore Constantini advectæ sunt, postquam absoluta fuit ecclesia Antiochenorum, ac in magno balneo Constantini prope Tzycanisterium collocatæ sunt.

Περὶ τῆς Νέας.

Τὴν δὲ Νέαν ἔκτισε, καὶ τοῦ Φόρου τὴν Ὑπεραγίαν Θεοτόκον, καὶ τὰ Τζήρου καὶ τὸν Ἅγιον Διομήδην Βασίλειος ὁ Μακεδών.

De ecclesia Nova.

Ecclesiam Novam, ædem Sanctissimæ Deiparæ in Foro, ecclesiam S. Michaelis Tzeri dictam ac S. Diomedem condidit Basilius Macedo.

Περὶ τῶν Ὁδηγῶν.

Ὅτι τοὺς Ὁδηγοὺς ἔκτισε Μιχαὴλ ὁ ἀναιρεθεὶς ὑπὸ Βασιλείου, πρότερον οἶκον ὑπάρχοντα. Καὶ τυφλῶν πολλῶν τῇ ἐκεῖσε οὔσῃ πηγῇ βλεψάντων, καὶ ἑτέρων πολλῶν θαυμάτων γεγονότων, ἐκλήθη Ὁδηγός.

B

De ecclesia Deiparæ Hodegorum cognomine.

Templum S. Deiparæ Hodegorum dictum exstruxit Michael, quem Basilius interfecit. Antea vero ædes fuit complurium cæcorum, qui a fonte ejus loci visum receperant, et quia alia multa miracula ibidem edita sunt, ideo Hodegus nuncupatum fuit.

Περὶ τοῦ Ζευξίππου λουτροῦ.

Ὁ δὲ Ζεύξιππος τὸ λουτρὸν ὑπὸ Σεβήρου κατεσκευάσθη, καὶ ἐστοιχειώθη ἅπτεσθαι μετὰ καυδήλας ὀαλίνης, τὸ δὲ ὕδωρ ζέειν σφοδρῶς, καὶ τὸν ἀέρα τοῦ λουτροῦ. Ἀλόγιστοι δέ τινες ἐλθόντες κατέστρεψαν τοῦτο· ὦ τῆς ζημίας!

De Balneo Zeuxippi.

Zeuxippi balneum Severus ædificavit, et arte quadam ita instruxit, ut vitreis lucernis succenderetur : ex eoque aqua ferventissime ebulliret, aerque balnei calefieret. Id autem stolidi nescio qui venientes everterunt; o detrimentum!

Περὶ τῆς ἱσταμένης στήλης ἐν τῷ Ἀρμαμέντῳ.

Ἡ δὲ ἱσταμένη στήλη ἐν τῷ Ἀρμαμέντῳ Φωκᾶ τοῦ στρατιώτου ἐπὶ τοῦ βασιλέως, καὶ ἐν τῷ ἑβδόμῳ ἔτει τῆς βασιλείας αὐτοῦ περὶ τὸ τέλος σπουδάζων ἀναγαγεῖν αὐτὴν ἐν τῷ κτισθέντι κίονι, καὶ μετὰ τὸ ἀναγαγεῖν αὐτὴν ιη' περιελθουσῶν ἡμερῶν, κατηνέχθη τῆς βασιλείας. Τότε δὲ ἦν ὁ Ξυκεώτης ὁ ὅσιος.

C

De statua quæ in Armamento collocata est.

Statua quæ in Armamento visitur Phocæ est ex milite imperatoris, quam ipse septimo imperii sui anno columnæ imponi curavit; duodevicesimo autem die ab erecta statua imperio pellitur. Vivebat tunc temporis S. Theodorus Syceota.

Περὶ τῶν καλουμένων Τόπων.

Οἱ δὲ λεγόμενοι Τόποι, οἱ πλησίον τοῦ Ἁγίου Λαζάρου, διὰ τοῦτο ἐκλήθησαν οὕτως· ὁπότε ἐπανέστη Βασιλίσκος δρουγγάριος καὶ πατρίκιος, Ζήνωνι τῷ βασιλεῖ, δευτέρῳ ἔτει καὶ δεκάτῳ μηνὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ, καὶ ἐδίωξεν αὐτὸν, καὶ ἐκράτησε Βασιλίσκος τῆς βασιλείας ἔτη δύο. Ὑποστρέψας δὲ ὁ Ζήνων μετὰ δυναστείας στρατοῦ ἀπὸ τῆς μεγάλης Ἀντιοχείας καὶ ἐλθὼν μετὰ ταραχῆς ἐν τῇ πόλει· προδοὺς Ἁρμάτιος τὸν στρατὸν τοῦ Βασιλίσκου, φρονῶν τὰ τοῦ Ζήνωνος, ἔφυγε ὁ Βασιλίσκος σὺν τῇ γυναικὶ καὶ τοῖς τέκνοις αὐτοῦ εἰς τὴν Ἁγίαν Εἰρήνην τὴν παλαιάν. Ὁ δὲ Ζήνων ὥρισε γενέσθαι τόπον κριτηρίου, καὶ θρόνους τοῦ ἱεροῦ καταλόγου, καὶ τῆς συγκλήτου, καὶ καθεσθέντων ἐκεῖσε πάντων, κατεδίκασε τὸν Βασιλίσκον, καὶ ἐξώρισεν αὐτὸν εἰς Λίμνας χώρα Καππαδοκίας ἔσωθεν καστελλίου. Τῆς δὲ θύρας σφραγείσης ἀπὸ λιμοῦ, καὶ δίψης, καὶ ψύχους παρέδωκαν τὰς ἑαυτῶν ψυχάς. Καὶ τούτου χάριν ἐκλήθησαν Τόποι, διὰ τοὺς καθεσθέντας κριτὰς ἐκεῖσε καὶ ἱερεῖς. Ἔφθανον δὲ ἐκεῖθεν τὰ κτίσματα τῶν Τρικλίνων παρὰ τοῦ Μεγάλου Κωνσταντίνου κτισθέντα.

D

De Topis ut vocant.

Topi proxime S. Lazarum, propterea ita nuncupati sunt, quod cum Basiliscus drungarius et patricius defecisset ab imperatore Zenone, ipsumque decimo mense post secundum imperii annum solio deturbasset, ipse Basiliscus biennium imperio potitus est. His exactis Zeno cum ingentibus copiis a magna Antiochia rediens, Constantinopolim cum omni bellico apparatu venit. Cum autem Armatius Zenoni studens, exercitum Basilisci prodidisset, Basiliscus una cum uxore et liberis in ecclesiam antiquam S. Irenes fuga se recepit. Zeno autem jussit fieri loca judiciaria, et sedes clero et senatui; ac ubi omnes consedissent, condemnavit Basiliscum, et in Limnas locum Cappadociæ relegavit et castello inclusit, atque obserato ostio, sic ille fame, siti ac frigore una cum uxore ac liberis exstinctus interiit. Ob hunc igitur judicum ac sacerdotum consessum, locus ille Toporum nomen nactus est. Eo usque vero pertingebant triclinia a Constantino Magno exstructa.

De Sancto Lazaro.

Templum S. Lazari fundatum est a Basilio Macedone, quod deinde Leo ejus filius in majorem formam reduxit, plurimisque possessionibus ditavit, ac monasterium eunuchorum fecit. Eo etiam ex Cypro reliquias S. Lazari, et ex Bithynia sanctæ Mariæ unguentiferæ transtulit.

De Sancto Demetrio.

Sancti Demetrii ædem quæ supra muros exstat Bardas Cæsar ædificavit, avunculus Michaelis, quem interfecit Basilius apud S. Mamantem, jam antea ipso Cæsare, dum una cum Michaele Orientalem expeditionem susciperet, membratim conciso in conspectu Michaelis ex sorore sua geniti. Frater quippe erat Bardas Theodoræ Augustæ, quæ mater erat Michaelis.

De templo Stiri nuncupato.

Templum Archangelorum Stiri dictum, a muliere quadam sterili, quæ erat patricia, cognomen obtinuit, et fuit tempore Leonis Macelæ parvum oratorium. Igitur a muliere nomen habuit, a cujus obitu a septuagesimo quinto anno magnus Justinianus magnæ ecclesiæ conditor ibi templum ædificavit. At templis terræ motu collapsis, illud post annos trecentos et triginta octo renovavit Basilius Macedo, qui insuper ablatam a Strategio phialam aneam illuc transtulit. Et tunc eversum est signum illud magice consecratum, maximum, et præ cæteris necessarium, videlicet Conopionis cum muscis, culicibus, pulicibus, cimicibus, quæ ab annis ducentis septuaginta in urbe non comparuerunt.

De Manganis.

Mangana Constantinus Magnus ædificavit pro officinis imperatoriis. Dicta autem sunt Mangana, quod illic reposita essent omnia instrumenta bellica, et materiæ mechanicæ, et apparatus necessarius ad oppugnanda mœnia.

De Cynegio.

In locum nuncupatum Cynegium olim violenta morte perempti projiciebantur, eoque in loco statuæ quædam visebantur. Huc Theodorus Anagnostes cum Himerio Chartulario profectus, vidit statuam brevem, sed valde latam. Me autem, inquit Theodorus, admirante, interrogavit Himerius et ipse mirabundus, quisnam Cynegium condidit? tum ego : Maximinus exstruxit, Aristides vero dimensus est : et protinus statua illa delapsa Himerium oppressit. Mihi vero cum ad templum perterritus fugissem, et quod acciderat, nuntiarem, nemo prius credidit, quam rem jurejurando confirmarem. Aliquot igitur ex perempti cognatis et familiaribus imperatoris mecum ad Cynegium perrexerunt, et antequam ad viri cadaver accessissent, statuæ casum admirati sunt. Cæterum Joannes quidam philosophus dixit, se deprehendisse, fore ut præclarus quidam vir isto signo opprimeretur. Quo

Περὶ τοῦ Ἁγίου Λαζάρου.

Ὁ δὲ Ἅγιος Λάζαρος ἐκτίσθη μὲν παρὰ τοῦ Μακεδόνος, ὕστερον δὲ παρὰ Λέοντος τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ ἐπλατύνθη, ἀποχαρισαμένου ἐν τῷ τοιούτῳ ναῷ κτήματα πολλὰ, καὶ εἰς εὐνούχων μονὴν ταύτην ἀπεκατέστησεν. Ἤνεγκε δὲ ἀπὸ Κύπρου καὶ τὰ ἅγια λείψανα τοῦ ἁγίου Λαζάρου, καὶ ἀπὸ Βιθυνίας τῆς ἁγίας Μαρίας τῆς μυροφόρου, καὶ ἐπέθετο ἐκεῖσε ταῦτα.

Περὶ τοῦ Ἁγίου Δημητρίου.

Τὸν δὲ ἅγιον Δημήτριον τὸν ἄνωθεν τοῦ τείχους ὄντα, ἔκτισε Βάρδας ὁ Καῖσαρ, ὁ θεῖος τοῦ ἀναιρεθέντος Μιχαὴλ παρὰ Βασιλείου εἰς τὸν Ἁγιόν Μάμαντα, καὶ αὐτοῦ τοῦ Καίσαρος κατακοπέντος ἔξωθεν, ὅτε μετὰ τοῦ Μιχαὴλ συνεξῆλθεν εἰς τὴν Ἀνατολὴν, μεληδὸν ἐνώπιον Μιχαὴλ τοῦ ἀνεψιοῦ αὐτοῦ. Ἀδελφὸς γὰρ ἐνύγχανεν ὁ Βάρδας τῆς Δυγούστης Θεοδώρας, τῆς μητρὸς αὐτοῦ Μιχαήλ.

Περὶ τοῦ Στείρου ναοῦ.

Ὅτι ὁ Στεῖρος ναὸς τῶν Ἀρχαγγέλων ἀπὸ στείρας γυναικὸς ἔλαβε τὴν προσηγορίαν, πατρικίας οὔσης· καὶ ἐν τοῖς χρόνοις Λέοντος τοῦ Μακέλου εὐκτήριον μικρὸν ἦν. Ἀπὸ δὲ τῆς γυναικὸς ὠνομάσθη ὁ τόπος, καὶ τελευτησάσης, διῆλθον χρόνοι οε', καὶ ἐκτίσθη ὁ ναὸς παρὰ Ἰουστινιανοῦ τοῦ Μεγάλου, τοῦ κτίστορος τῆς Μεγάλης ἐκκλησίας. Συμπεσόντων δὲ τῶν ναῶν ὑπὸ τοῦ σεισμοῦ μετὰ χρόνους τλη', ἀνεκαίνισεν αὐτὸν Βασίλειος ὁ Μακεδὼν, ἥστις καὶ ἐκ τοῦ Στρατηγίου ἆρας τὴν φιάλην τὴν χαλκῆν, τέθεικεν αὐτὴν ἐκεῖσε, καὶ ἠνιγμαῦτα παρελήφθη τὸ μέγιστόν τε καὶ ἀναγκαιότατον τῶν ἐν τῇ πόλει, δηλονότι τοῦ τε Κωνωπίωνος, καὶ τῶν μυιῶν, καὶ τῶν ἐμπίδων, καὶ ψύλλων, καὶ κωρίδων, πρότερον χρόνους σα' μὴ ὄντων ἐν τῇ πόλει.

Περὶ Μαγγανῶν.

Τὰ δὲ Μάγγανα ὁ Μέγας Κωνσταντῖνος ἔκτισε λόγῳ τῶν βασιλικῶν ἐργοδοσίων. Ἐκλήθη δὲ Μάγγανα διὰ τὸ τὰ μάγγανα πάσης τῆς πόλεως, καὶ τὰς μηχανικὰς ὕλας ἐκεῖσε ἀποκεῖσθαι, καὶ τὰ πρὸς τὴν τειχομαχίαν σεσύῃ.

Περὶ τῶν Κυνηγίων.

Ἐν δὲ τῷ τόπῳ τῷ καλουμένῳ Κυνήγιον ἐρρίπτοντο πρῶτον οἱ βιοθάνατοι. Ἦσαν δέ τινες ἐκεῖσε στῆλαι. Ἀπελθὼν δὲ Θεόδωρος Ἀναγνώστης μετ' Ἰμερίου Χαρτουλαρίου, εἶδεν ἐκεῖσε στήλην μικρὰν τῷ μήκει, καὶ πλατεῖαν πάνυ. Ἐμοῦ δὲ, φησὶν ὁ Θεόδωρος, θαυμάζοντος, ἔφη ὁ Ἰμέριος καὶ αὐτὸς θαυμάζων, Ὅστις ὁ κτίσας τὸ Κυνήγιόν ἐστιν ; Ἐμοῦ δὲ εἰπόντος, Μαξιμῖνος ὁ κτίσας, καὶ Ἀριστείδης ὁ καταμετρήσας, παρωθὲν πεσεῖν τὴν στήλην, καὶ κροῦσαι τὸν Ἰμέριον, καὶ μετὰ ταῦτα θανατῶσαι. Καὶ φοβηθέντος μου, καὶ πρὸς τὴν ἐκκλησίαν φυγόντος καὶ καταγγέλλοντος τὰ πραχθέντα, οὐδεὶς μοι ἐπίστευσεν, ἕως ἂν ὅρκοις αὐτὸ ἐβεβαίωσα. Οἱ οὖν οἰκεῖοι τοῦ τελευτήσαντος, καὶ οἱ φίλοι τοῦ βασιλέως σὺν ἐμοὶ ἐπορεύθησαν ἐν τῷ Κυνηγίῳ καὶ πρὸ τοῦ τῷ πτώματι τοῦ ἀνδρὸς ἐγγίσαι, τὸ πτῶμα τῆς στήλης ἐθαύμαζον. Ἰωάννης δέ τις φιλόσοφός φησιν, ὅτι εὗρεν ὑπὸ τοῦτον τὸν

ζωδίου ἔνδοξον ἄγαλμα τεθνηξόμενον, ὑφ' οὗ Φιλιππικὸς ὁ βασιλεὺς πληροφορηθείς, ἐκέλευσε τὸ αὐτὸ ζῴδιον ἐν αὐτῷ τῷ τόπῳ καταχωσθῆναι. A

comperto Philippicus imperator, illud signum in eodem loco terra obrui jussit.

Περὶ τῶν γιγαντείων ὀστέων.

Ὅτι ἐν τῷ ναῷ τοῦ Ἁγίου Μηνᾶ, ἐν τῇ Ἀκροπόλει, ἄρυγμα εὑρέθη, ὅτε ἐκαθαρίζετο, καὶ ὀστᾶ ἀνθρώπων γιγάντων εἰς πλῆθος, ἅτινα θεασάμενος Ἀναστάσιος ὁ βασιλεὺς, εἰς τὸ Παλάτιον κατέθετο εἰς θαῦμα ἐξαίσιον.

De gigantum ossibus.

Cum ecclesia S. Menæ in Acropoli purgaretur, reperta est ibi fossa gigantum ossibus repleta, quæ ubi imperator Anastasius vidit, in palatium ut insigne spectaculum transferri curavit.

Περὶ τοῦ Πιττακίου.

Ὅτι ὁ λεγόμενος Πιττάκιος, στήλη ἐν αὐτῷ ἵστατο τοῦ μεγάλου Λέοντος τοῦ Μακέλλου, ἣν ἀνήγειρεν Εὐφημία ἡ τούτου γνησία ἀδελφὴ, ὅτι οἶκος ἦν ἐκεῖσε αὐτῆς, καὶ ἑκάστῃ ἑβδομάδι εἰς αὐτὴν ἐπῄρχετο ὁ βασιλεὺς Ἀέων, διὰ τὸ εἶναι αὐτὴν σώφρονα καὶ παρθένην. Καὶ οἱ ἀδικούμενοι ἤτε πολιτικοὶ εἶχε, ἤτε θεματικοὶ, ἢ καὶ ἀπὸ πάσης τῆς οἰκουμένης, ἐκεῖσε εἰς τὰς βαθμίδας τοῦ κίονος ἐτίθουν τὰ πιττάκια αὐτῶν, φυλασσόντων αὐτὰ ταξεωτῶν· καὶ ὁπότε ἤρχετο ὁ βασιλεὺς, ἐδίδοντο αὐτῷ, καὶ παρ' εὐθὺς ἐλάμβανεν ἐκεῖσε ἕκαστος τὴν λύσιν αὐτοῦ. Ὅτε δὲ ἦν ὁ βασιλεὺς ἐν τῷ παλατίῳ καθ' ἑκάστην πρωΐαν, ἔπεμπεν ὁ βασιλεὺς ἑβδομαδάριόν τινα, καὶ ἐλαμβάνετο ἀπὸ τῶν ταξεωτῶν τὰ ῥιπτόμενα δεητικὰ πιττάκια, καὶ ἐποίει ὁ βασιλεὺς τὰς λύσεις καὶ τὰς ἀποφάσεις τῶν πιττακίων, καὶ ἐδίδου καθ' ἑκάστην τοῖς ἑβδομαδαρίοις καὶ κοιτωνίταις αὐτοῦ, καὶ ἀπήγαγον πρὸς τὴν αὐλὴν τοῦ Πιττακίου, καὶ ἐδίδουν οὗτοι τοῖς φυλάσσουσι, κἀκεῖνοι τοῖς δεομένοις. Διὸ καὶ οἱ μέλλοντες διοικεῖσθαι ταχέως, ἑσπέρας ἐτίθουν τὰς δεήσεις, καὶ τῇ ἐπαύριον ἐλάμβανον τὸ πάρας. Καὶ οὕτως ἐκλήθη ὁ τόπος Πιττάκιος. B C

De Pittacio.

In loco nuncupato Pittacio, magni Leonis Macelli visebatur statua, quam erexerat Euphemia germana ejus soror, quod ibi domum haberet, singulisque hebdomadis ad eam imperator ventitaret, quia temperans admodum erat, et perpetuam virginitatem servabat. Quotquot igitur injuria ab aliis affecti erant, vel cives, vel provinciales, vel ex quacunque alia orbis parte, libellos suos gradibus ejus columnæ reponebant, asservantibus illos apparitoribus, a quibus postea imperatori, istuc venienti, offerebantur, et accipiebat ibi ex tempore quilibet jus suum. Quando vero in palatio commorabatur imperator, quotidie primo mane mittebat ex hebdomadariis aliquem ad recipiendos a prædictis ministris oblatos libellos supplices, ad quos ipse continuo respondebat, et responsiones per hebdomadarios seu cubicularios remittebat ad aulam Pittacii appellatam, custodibus restituendas, qui supplicibus reddebant. Quare qui cito sibi satisfieri cupiebant, vespere illic deponebant supplices libellos, et postridie sententiam accipiebant. Hinc locus ille Pittacius nuncupatus fuit.

Περὶ τὰ Εὐβούλου.

Ὅτι τὰ Εὐβούλου ἔκτισεν Εὔβουλος πατρίκιος ἐν τοῖς χρόνοις Ἰουστίνου τοῦ Θρᾳκός· οἶκος γὰρ αὐτοῦ ἦν.

De xenodochio Eubuli dicto.

Xenodochium Eubuli nuncupatum condidit Eubulus patricius, tempore Justini Thracis; domus quippe ejus ibidem erat.

Περὶ τοῦ Ὁσίου Σαμψών.

Τὸν δὲ Ὅσιον Σαμψὼν ἔκτισεν ὁ αὐτὸς ὅσιος, προτροπῇ τοῦ μεγάλου Ἰουστινιανοῦ· ἐκεῖσε γὰρ ἰάθη ὁ βασιλεύς.

De Sancto Sampsone.

Xenodochium Sampsonis appellatum, ipsemet S. Sampson condidit, impulsu Justiniani magni; quoniam ibi sanatus fuit idem imperator.

Περὶ τοῦ Ἁγίου Τρύφωνος.

Ὁ δὲ Ἰσίδωρος, ὁ τοῦ Εὐβούλου ἀδελφὸς, τὸν ἑαυτοῦ οἶκον παιήσας ναὸν, ἔκτισε καὶ τὸν Ἅγιον Τρύφωνα, ἐπικυρώσας καὶ κτήματα πολλά.

De Sancto Tryphone.

Isidorus Eubuli frater domo sua in Ecclesiam conversa Sanctum Tryphonem exstruxit, multisque possessionibus locupletavit.

Περὶ τὰ Προτασίου.

Ὁ μὲν τόπος τοῦ Οὐρβικίου ἐκλήθη Προτασίου. Ἡ δὲ Θεοτόκος ὁ ναὸς αὐτοῦ ἐκτίσθη παρὰ Ἰουστίνου βασιλέως, τοῦ ἀνδρὸς τῆς Λωβῆς, ἀπὸ Κουροπαλάτων, τοῦ Ἰουστινιανοῦ τοῦ Μεγάλου ὄντος ἀνεψιοῦ, διελθόντων χρόνων σν'. D

De Protasio.

Locus dictus Urbicii, olim Protasii vocabatur. Templum autem Deiparæ, eodem in loco, conditum est a Justino Cyropalate imperatore, marito Lobes, Justiniani magni sororis filio, post annos ducentos quinquaginta.

Περὶ τὰ Οὐρβικίου.

Ὅτι τὰ Οὐρβικίου ἡ Θεοτόκος παρὰ Οὐρβικίου πατρικίου ἄλλου ἐκτίσθη, καὶ στρατηλάτου τῆς Ἀνατολῆς Βαρδάτου, ἱστορήσαντος τὰ στρατηγικὰ ἐν τοῖς χρόνοις Ἀναστασίου τοῦ Δικόρου, μετὰ ρπ' χρόνους τοῦ κτισθῆναι τὴν Κωνσταντινούπολιν. Ὁ δὲ οἶκος αὐτοῦ εἰς τὰ Χαμένου ἦν, καὶ ἕτερος αὐτοῦ οἶκος εἰς τὸ Στρατηγίου.

De templo Deiparæ cognomine Urbicii.

Templum S. Deiparæ Urbicii appellatum exstruxit alius quidam Urbicius patricius et magister militum Orientis Barbati, qui de re militari scripsit, tempore Anastasii Dicori, centum et octoginta annis post conditam Constantinopolim. Domus ejus una erat in Chameno, altera in Strategio.

De Strategio.

Alexandri Macedonis statua in Strategio supra magnam columnam erecta visitur, quæ prius Chrysopoli stabat; quod ibi exercitui suo duplex stipendium uno eodem tempore erogaverit. Quare urbs illa a Macedonibus nuncupata fuit Chrysopolis, a populo vero strategium. Annis autem sexcentis quadraginta et octo, postquam hæc statua Chrysopoli erecta fuit a plebe, Constantinopolim eam transportari curavit Constantinus Magnus; eodemque in loco propter planitiem milites exercerі solebant. Monolithum ibidem collocatum, fragmentum erat illius, quod in Hippodromo exstat. Delatum autem est Athenis, sub Theodosio Juniore, a Proclo patricio. Eodem in Strategio positus erat Tripus, præteritarum, præsentium et futurarum rerum notitiam continens : item Polus Australis, et catinus Tricaccabi, qui jacet in loco Tzyri dictu; is enim pro oraculo erat : proxime autem, urbis Fortuna visebatur; quæ omnia Bardas Cæsar Michaelis avunculus, partim alium in locum transportari curavit, partim confregit comminuitque.

De parvo Strategio.

In parvo Strategio exstat Leonis Macellæ statua.

De Chalcopratiis.

In Chalcopratiis a Constantino Magno habitarunt Judæi, annos centum et triginta duos, vendebantque ibi æramenta. Theodosius vero Junior, eis inde expulsis, locum repurgavit, ac templum S. Deiparæ condidit; quod terræ motu collapsum reædificavit Justinus, qui ex Curopalata potitus est imperio, ac insuper possessionibus immobilibus locupletavit.

De sacro Conditorio quod ibidem visitur.

Sacrum Conditorium in Chalcopratiis Justinus et Sophia condiderunt, templum reædificantes. Ibi lectorum officio fungebantur Michael Rangabe Curopalata antequam imperio potiretur, et Bardas Cæsar, Michaelis avunculus, et complures magistri : eodemque in loco deposita jacet zona et vestis sanctissimæ Deiparæ. Maforium autem in Blanchernis asservatur.

De Sancto Jacobo.

Templum S. Jacobi idem imperator ædificavit, ac in sacro conditorio sanctorum Innocentium reliquias reposuit; item Simeonis Theodochi, prophetæ Zachariæ, et Jacobi fratris Christi. Præterea in sinistra parte sacri conditorii asservatur coma S. Joannis Præcursoris; in dextra vero parte sanctarum mulierum unguentiferarum corpora.

De basilica.

In ea parte ipsius basilicæ pone Miliarium, quæ aureo laqueari operta est, stabat statua virilis inaurata, ubi etiam visebatur Examum Heraclii imperatoris, ac genuflexa Justiniani tyranni statua. Illic

A Περὶ τοῦ Στρατηγίου.

Ὅτι τὸ καλούμενον Στρατήγιον, ἡ στήλη ἐστὶν Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνος, ἡ ἐν τῷ μεγάλῳ κίονι ἱσταμένη, καὶ ἵστατο πρῶτον εἰς Χρυσόπολιν, ὅτι τὸν στρατὸν αὐτοῦ ἐκεῖσε ἐρόγευσε διπλῆν ῥόγαν τὸν ἕνα χρόνον· διὰ τοῦτο ἐκλήθη τὸ ὄνομα τῆς πόλεως παρὰ τῶν Μακεδόνων Χρυσόπολις. Τὸ δὲ Στρατήγιον ὠνομάσθη παρὰ τοῦ λαοῦ· Ἀνηγέρθη ἡ στήλη παρὰ τοῦ πλήθους τοῦ λαοῦ ἀνὰ τῶν χμη' ἐτῶν. Ὁ δὲ Μέγας Κωνσταντῖνος ἤφερεν αὐτὴν εἰς τὴν πόλιν. Ἐκεῖσε δὲ ἀπεδοκιμάζοντο οἱ στρατιῶται, ὅτι πεδίον ἦν ὁ τόπος. Τὸ δὲ Μονόλιθον, τὸ ἱστάμενον ἐκεῖσε ἀπόκομμα τοῦ ἱσταμένου εἰς τὸ Ἱπποδρόμιον ἦν. Ἦκε δὲ ἀπὸ Ἀθηνῶν παρὰ Ηρόκλου πατρικίου ἐν τοῖς χρόνοις τοῦ μικροῦ Θεοδοσίου. Ἵστατο δὲ εἰς B τὸν αὐτὸν τόπον τὸ Στρατήγιον, καὶ ὁ Τρίπους ἔχων τὰ παρῳχηκότα, τὰ ἐνεστῶτα καὶ τὰ μέλλοντα, καὶ ὁ νότιος πόλος καὶ ἡ λεκάνη τοῦ Τρικακκάβου, ἡ τεθεῖσα εἰς τὰ Τζύρου. Εἰς μαντεῖον ἦν ὁ τόπος. Πλησίον δὲ ἐκεῖσε ἦν καὶ ἡ Τύχη τῆς πόλεως. Ὁ δὲ Βάρδας ὁ Καῖσαρ, ὁ θεῖος Μιχαὴλ, μετέθηκε, καὶ παρέλυσεν αὐτὰ, καὶ συνέτριψε.

Περὶ τοῦ μικροῦ Στρατηγίου.

Ὁ δὲ μικρὸς Στρατήγιος ὑπάρχει στήλη τοῦ Λεωμακέλου.

Περὶ τῶν Χαλκοπρατείων.

Ὅτι τὰ καλούμενα Χαλκοπρατεῖα, πρότερον ἀπὸ τοῦ Κωνσταντίνου τοῦ Μεγάλου κατοικία ἦν τῶν Ἰουδαίων. Ἦσαν δὲ ἐκεῖσε χρόνους ρλβ' καὶ ἐπίπρασκον ἐκεῖσε τὰ χαλκώματα. Ὁ δὲ Μικρὸς Θεοδόσιος ἐξέωσεν αὐτοὺς ἐκεῖθεν, καὶ ἀνακαθαρίσας τὸν C τοιοῦτον τόπον, ναὸν τῆς Θεομήτορος ἀνήγειρε, ὑπὸ σεισμοῦ συμπτωθέντα Ἰουστῖνος ὁ ἀπὸ Κουροπαλάτων αὐτὸν ἀνήγειρε, καὶ ἀκίνητα κτήματα ἀπεκύρωσε.

Περὶ τῆς ἐν αὐτῇ ἁγίας Σοροῦ.

Τὴν δὲ ἁγίαν Σορὸν εἰς τὰ Χαλκοπρατεῖα Ἰουστῖνος καὶ Σοφία ἔκτισε, καὶ τὸν ναὸν ἀνοικοδομήσαντες. Ἐκεῖσε ἦν ἀναγινώσκων Μιχαὴλ ὁ Ῥαγγαβὲ καὶ Κουροπαλάτης πρὸ τοῦ βασιλεῦσαι, καὶ Βάρδας ὁ θεῖος Μιχαὴλ, καὶ πολλοὶ τῶν μαγίστρων· ὅπου καὶ ἀπόκειται ἡ ζώνη καὶ ἡ ἐσθὴς τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου. Τὸ δὲ ἅγιον μαφόριον κεῖται ἐν Βλαχέρναις.

Περὶ τοῦ Ἁγίου Ἰακώβου.

D Ἀνήγειρε δὲ καὶ τὸν Ἅγιον Ἰάκωβον ὁ αὐτὸς βασιλεὺς, καὶ κατέθηκεν ἐν τῇ Σορῷ τῶν ἁγίων Νηπίων τὰ λείψανα, καὶ τοῦ ἁγίου Συμεὼν τοῦ Θεοδόχου, καὶ τοῦ ἁγίου προφήτου Ζαχαρίου, καὶ τοῦ ἁγίου Ἰακώβου τοῦ ἀδελφοθέου· καὶ ἐν τῇ ἁγίᾳ Σορῷ, ἐν εὐωνύμῳ μὲν τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τοῦ Προδρόμου τὰς τρίχας, ἐν δεξιᾷ δὲ τῶν ἁγίων μυροφόρων γυναικῶν.

Περὶ τῆς Βασιλικῆς.

Εἰς δὲ τὸν τῆς Βασιλικῆς χρυσόροφων ὀπίσω τοῦ Μιλίου, ἦν ἀνδροείκελον ἄγαλμα χρυσέμβαφον, ἔνθα ἦν τὸ Ἔξαμον Ἡρακλείου τοῦ βασιλέως, καὶ γονυκλινὲς Ἰουστινιανοῦ τοῦ τυράννου. Ἐκεῖ ὁ Ταρβέλις

ἐδημηγόρησεν· ἐν οἷς ἐλέφας ἵστατο παμμεγέθης ὑπὸ Σεβήρου κατεσκευασμένος. Ὅρος δὲ ἦν πρὸς τοῦ μέρους τῶν ἀναβαθμῶν, ἔνθα ἦν καὶ σχολὴ φυλαττόντων τὴν πόλιν. Ἔμενε δὲ ἐκεῖσε ἀργυροκόπος ἐναντίοις ζυγοῖς τὴν πράσιν ποιούμενος, καὶ τοῦ οἰκήματος αὐτοῦ πορθουμένου, ἠπείλει τῷ τὸν ἐλέφαντα φυλάττοντι θάνατον, εἰ μὴ τοῦτον κρατήσειεν. Ὁ δὲ θηροκόμος οὐκ ἐνεδίδου, ὃν φονεύσας ὁ ζυγοπλάστης δέδωκε βορὰν τῷ ἐλέφαντι. Τὸ δὲ θηρίον ἀτίθασσον ὄν, καὶ αὐτὸν ἀνεῖλε· καὶ ὁ Σεβῆρος ἀκούσας τῷ θηρίῳ θυσίας ἤνεγκεν. Ἐν αὐτῷ δὲ τῷ τόπῳ παρευθὺς ἀνετυπώθη τό τε θηρίον καὶ ὁ θηροκόμος· Ἔνθα καὶ Ἡρακλῆς ἐλατρεύθη, πολλὰς θυσίας δεξάμενος, ὃς ἐν τῷ Ἱπποδρομίῳ μετετέθη. Ἐπὶ δὲ Ἰουλιανοῦ ὑπατικοῦ ἀπὸ Ῥώμης ἦλθεν ἐπὶ τὸ Βυζάντιον· εἰσήχθη δὲ μετὰ στηλῶν δέκα.

A et Terbelis concionatus est. Item eodem in loco erectus erat a Severo elephas ingentis magnitudidis. Erat autem collis ante partem graduum, ubi et schola custodum urbis excubabat. Habitabat etiam ibi argentarius qui lancibus iniquis in vendendo utebatur, cujus officina cum ab elephanto subverteretur, mortem ille interminatus est ejus custodi, nisi belluam cohiberet. Magistrum autem elephanti, cum minas ipsius floccifaceret, interfecit falsus ille libripens, et elephanto devorandum objecit. Bellua vero necdum cicurata ipsum una sustulit. Quod ubi rescivit Severus elephanto sacrificavit, et in eodem loco ipsius belluæ ejusque magistri statuas erexit. Ibidem quoque Hercules multis sacrificiis colebatur, qui postea in Hippodromum translatus est; Juliano enim consule Roma Byzantium advectus fuit una cum aliis decem statuis.

B

Περὶ τὰ Πατρικίας τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου.

Εἰς τὸν ναὸν τῆς Θεοτόκου τὰ Πατρικίας, ὄπισθεν τῆς ἁγίας Σοφίας, οἱ βασιλεῖς ἤρχοντο ἐπὶ ταῖς προελεύσεσι μετὰ τῶν δεσποινῶν, ὅτε ἔμελλον ἀπελθεῖν εἰς τὴν ἁγίαν Σοφίαν· οἶκος γὰρ ἦν ἐκεῖσε κτισθεὶς παρὰ τοῦ Μεγάλου Κωνσταντίνου. Αἱ δὲ πατρίκιαι, αἱ Ζωσταὶ, [καὶ] οἱ πατρίκιοι ἐκεῖσε προσήρχοντο, καὶ ἤλλασσον τὸν βασιλέα καὶ τὴν δέσποιναν μετὰ καὶ τῶν πραιποσίτων.

De templo S. Deiparæ Patriciæ nuncupato.

In ecclesiam S. Deiparæ cognomine Patriciæ, quæ est pone S. Sophiæ ecclesiam, imperatores et augustæ ibant processionum causa cum ad Sanctam Sophiam ituri essent; etenim domus ibi erat, quam Constantinus Magnus exstruxerat. Huc accedebant patriciæ, Zostæ ac patricii una cum præpositis, ac imperatori et augustæ mutatoria porrigebant.

Περὶ τοῦ Βοσπορίου.

Ὅτι τὸ Βοσπόριον, καθώς φησιν Ἰωάννης ὁ Ἀντιοχεύς, ὅτε Βύζας ἔκτισε τὸ Βυζάντιον, βοῦν ἀπέστειλεν ἀπὸ τοῦ Προσφορίου, καὶ ἀπῆλθεν εἰς Χρυσόπολιν, καὶ οὕτως ἐκλήθη Βοσπόριον. Ἐκεῖ δὲ ἐπωλοῦντο οἱ βόες καὶ εἰς τὸ σιγματοειδὲς τεῖχος μέχρι τοῦ Κοπρωνύμου. Ἐκεῖνος ὥρισεν εἰς τὸν Ταῦρον πωλεῖσθαι.

C

De Bosporio portu.

Bosporius portus ita nuncupatur, ut inquit Joannes Antiochenus, quod, quando Byzas condidit Byzantium, bovem solvit a loco Prosphorio dicto, qui tranavit Chrysopolim usque, et ideo angustiæ illæ maris Bosporium appellantur. Ibi enim et in illa muri parte quæ est ad figuram sigma constructa, boves vendebantur, quod etiam moris fuit usque ad Constantinum Copronymum; qui constituit, ut in Tauro venderentur.

Περὶ τοῦ Ἁγίου Παύλου τοῦ Ὀρφανοτροφείου.

Τὸν δὲ Ἅγιον Παῦλον τὸ Ὀρφανοτροφεῖον ἀνήγειρεν Ἰουστῖνος καὶ Σοφία· ὡσαύτως καὶ τὸν Ὅσιον Ζωτικὸν, καὶ ἐτύπωσαν ἀναπαύεσθαι τοὺς λωβοὺς ἐκεῖσε, καὶ σιτηρέσια λαμβάνειν. Παρίστατο δὲ Ζωτικὸς ὁ πρωτοβεστιάριος αὐτοῦ τοῖς κτίσμασιν.

De orphanotrophio Sancti Pauli.

Orphanotrophium S. Pauli Justinus et Sophia condidere; similiter et Sanctum Zoticum, et statuerunt ibi mutilatos quibus alimenta præbuerunt. Præfuit autem ædificio et Zoticus protovestiarius.

Περὶ τοῦ Νεωρίου.

Ὅτι ἡ λεγομένη λίμνη τοῦ Νεωρίου βοῦν εἶχεν ἱστάμενον χαλκοῦν παμμεγέθη. Κράζειν δὲ ἔλεγον αὐτὸν ὡς βοῦν μίαν νοῦ ἐνιαυτοῦ, καὶ γίνεσθαι παράπτωμά τι ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ. Ἐστοιχείωσε δὲ ὁ αὐτὸς Κόνων, ἐν ᾧ καὶ ἄγορα τῶν θαλασσίων ἐμπόρων τὸ πρότερον ἦν· ἐπὶ δὲ Ἰουστίνου μετετέθη εἰς τὸν Ἰουλιανοῦ λιμένα.

D

De portu Neorio.

In portu nuncupato Neorio bos æneus ingentis molis stabat, quem semel in anno solitum mugire ferunt, et eodem die mali quid urbi accidisse. Eumdem autem portum magicis præstigiis consecravit ipse Conon; in quo et maritimorum mercatorum antea forum erat: Justino vero imperante in Juliani portum translatum est.

Περὶ τὰ τοῦ Βασιλίδος καλούμενα.

Τὰ δὲ Βασιλίδος, οἶκος ἦν Βασιλίδους πατρικίου καὶ κοιαίστορος τοῦ Μεγάλου Ἰουστινιανοῦ.

De Basilidis tractu ac æde.

Tractus Basilidis dictus, domus erat Basilidis patricii et quæstoris Justiniani Magni.

Περὶ τῶν Ἀρκαδιανῶν.

Ὅτι ὁ Ἅγιος Ἰωάννης αἱ Ἀρκαδιαναὶ, παρὰ Ἀρκαδίου ἐκτίσθη, ἐπιλεξαμένου καὶ ἐκ τῶν πολιτῶν χιλιάδας ἓξ εἰς ὀψίκιον αὐτοῦ, ἤγουν εἰς τὰ πρόκενσα, ὃ ἐστι μετὰ στασίματα· ἐκάλεσε δὲ αὐτοὺς Ἀρ-

De Arcadianis.

Ecclesiam S. Joannis Arcadianæ vocatam ædificavit Arcadius, qui sex millia civium ad obsequium, id est, ad processionem post stationes fieri solitam, sibi adlegit, eosque Arcadianos nuncupavit,

Summo quippe amore et beneficentia illos prosequebatur.

De Ecclesia SS. Cosmæ et Damiani Basilisci nuncupata.

SS. Cosmæ et Damiani ecclesia, quæ est in Basilisci tractu, a Justino et Sophia condita est. Basilisci vero domus ædificata est a Basilisco patricio ac vigilum præfecto, Verinæ imperatricis fratre, qui postea eamdem domum in palatia mutavit. Palatia autem Sophiana exstruxit Mauricius imperator pro Anastasia socru sua ac Tiberii. Post annos autem viginti septem Heraclius dux exercitus, antequam imperaret, ibi habitavit post Anastasiæ obitum; plurimum enim isto loco delectabatur, quia ibi revelatum ei fuerat, fore ut imperium obtineret. Postquam vero ad thronum evectus est, nomen suum et filii sui ad murum describi curavit.

De Sancto Platone.

Templum S. Platonis exstruxit Anastasius Dicorus sub principium septimi sæc. Columnas vero decem insculptas Thessalonica advexit; quarum octo ornant ipsum templum; duæ autem a Romano seniore in templo Salvatoris Chalces erectæ sunt.

De Digisteo.

In loco Digisteo nuncupato duæ factiones populi olim congregabantur : idque factum est per annos quingentos. Accidit autem, cum Theodora Theophili uxor uterum gestans Blachernas adiret, ut equus ejus in porticu ante narthecem templi, corrueret : ac similiter in reditu eodem in loco prolaberetur : quare ex revelatione templum S. Annæ excitavit.

De Mariano.

In loco cognominato Mauriano Mauricius imperator cum adhuc esset patricius et comes excubitorum, habitabat; dein vero ubi imperium adeptus est, Mauriani nomen locus ille obtinuit.

De templo Sanctæ Anastasiæ Romanæ.

Templum Sanctæ Anastasiæ Romanæ, quod in Mauriano visitur, sanctus Marcianus condidit ex divitiis Asparis, quem Leo Macela interfecit; et cum ipsum templum exstruere vellet idem sanctus, in loco Psipha nuncupato ubi olim vendebantur tessellæ, solum duobus numismatum millibus emit, eo quod locus impurus esset, atque ibi sancti Gregorii Theologi commentaria inventa essent, in quibus ante annos centum ita scriptum fuerat : Bene novi fore aliquando, ut hoc templum majus et pulchrius renovetur. Hæc mihi Spiritus sanctus prædicit. Præterea ecclesia Sanctæ Anastasiæ prius parvum oratorium erat, et ligneo trullo tectum, postea vero Basilius imperator aureo laqueari eam operuit. Item ecclesia Sanctæ Irenes ad Perama ab ipsomet sancto Marciano exstructa fuit. Cæterum sanctus Gregorius Theologus in eodem templo orthodoxos docuit, cum adhuc oratorium esset. Qui autem ista narrat Anastasin

καθιανούς· πάνυ γὰρ ἐφίλει καὶ εὐεργέτει αὐτούς.

Περὶ τῶν Ἁγίων Ἀναργύρων τῶν Βασιλίσκου.

Οἱ δὲ Ἅγιοι Ἀνάργυροι, οἱ ὄντες εἰς τὰ Βασιλίσκου, ἐκτίσθησαν ὑπὸ Ἰουστίνου καὶ Σοφίας. Τὰ δὲ Βασιλίσκου ἐκτίσθησαν παρὰ Βασιλίσκου πατρικίου καὶ δρουγγαρίου τῆς βίγλης, ἀδελφοῦ Βηρίνης τῆς βασιλίδος· ἐποίησε δὲ τὸν οἶκον αὐτοῦ παλάτια. Τὰ δὲ παλάτια τῶν Σοφιῶν ἀνήγειρε Μαυρίκιος ὁ βασιλεὺς εἰς ὄνομα Ἀναστασίας πενθερᾶς αὐτοῦ, καὶ Τιβερίου. Μετὰ δὲ χρόνους κζ' Ἡράκλειος στράτωρ, πρὸ τοῦ βασιλεῦσαι, τὴν κατοικίαν ἐκεῖσε ἐποιεῖτο, μετὰ τὸ τεθνᾶναι τὴν Ἀναστασίαν· πάνυ γὰρ ἐφίλει αὐτὴν, καὶ ἐκεῖσε ἀπεκαλύφθη περὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ. Μετὰ δὲ τὸ κρατῆσαι, ἱστόρησε τὸ ὄνομα αὐτοῦ τε καὶ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ εἰς τὸ τεῖχος.

Περὶ τοῦ Ἁγίου Πλάτωνος.

Ὅτι τὸν Ἅγιον Πλάτωνα ἀνήγειρεν Ἀναστάσιος ὁ Δίκορος, ἐναρχομένου τοῦ ἑβδόμου αἰῶνος. Τοὺς δὲ κίονας τοὺς δέκα, τοὺς ἐνζώδους ἔφερεν ἀπὸ Θεσσαλονίκης· οἱ μὲν ὀκτὼ ἵστανται ἐν τῷ ναῷ, οἱ δὲ δύο ἐτέθησαν ἐν τῇ Χαλκῇ παρὰ Ῥωμανοῦ τοῦ γέροντος.

Περὶ τῶν Διγιστείων.

Ὅτι ὁ καλούμενος Διγιστεὺς ἄθροισις ἦν τὸ παλαιὸν τῶν δύο μερῶν, τῶν δημοτικῶν σύλλογων· ἐκεῖσε ἠθροίζοντο· διήρκεσε δὲ χρόνους πεντακοσίους. Θεοδώρα δὲ ἡ τοῦ Θεοφίλου γυνὴ ἀπερχομένη ἐν Βλαχέρναις ὠλίσθησεν ὁ ἵππος αὐτῆς ἐν τῷ ἐμβόλῳ, τῷ ὄντι πρὸς τὸν νάρθηκα τοῦ ναοῦ· καὶ πάλιν ὡσαύτως ὑποστρέφουσα εἰς τὸν αὐτὸν τόπον ὠλίσθησεν, οὗσης αὐτῆς ἐγκύου· καὶ ἀποκαλυφθεῖσα, ἀνήγειρε τὸν ναὸν τῆς Ἁγίας Ἄννης.

Περὶ τὰ Μαυριανοῦ.

Ὅτι τὰ Μαυριανοῦ, ὄντος πατρικίου Μαυρικίου τοῦ βασιλέως καὶ ἐξκουβίτου, ἐκεῖσε ἦν ὁ οἶκος αὐτοῦ. Μετὰ δὲ τὸ βασιλεῦσαι αὐτὸν, ὠνομάσθη ὁ τόπος τὰ Μαυριανοῦ.

Περὶ τῆς Ἁγίας Ἀναστασίας τῆς Ῥωμαίας.

Ὅτι τὸν ναὸν τῆς ἁγίας Ἀναστασίας τῆς Ῥωμαίας, τὸν ὄντα εἰς τὰ Μαυριανοῦ, Μαρκιανὸς ὁ ὅσιος ἔκτισεν ἐκ τοῦ πλούτου Ἄσπαρος ἀναιρεθέντος παρὰ Λέοντος τοῦ Μακέλλου. Ὀφείλων δὲ ὁ ὅσιος κτῖσαι αὐτὸν εἰς τὰ ψηφᾶ, ἐν οἷς αἱ ψηφῖδες ἐπωλοῦντο, ὠνήσατο τὸν τόπον εἰς νομίσματα β', διὰ τὸ εἶναι τὸν τόπον μυσαρὸν, καὶ διὰ τὸ εὑρεθῆναι ὑπομνήματα ἐκεῖσε τοῦ ἁγίου Γρηγορίου τοῦ Θεολόγου, πρὸ ἐτῶν ρ' γράφοντα οὕτως· Ἀνακαινισθήσεται ὁ ναὸς οὗτος εἰς κάλλος καὶ μέγεθος, εὖ οἶδα· τάδε λέγει μοι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· πρώτην εὐκτήριον μικρὸν ἦν· ὑπῆρχε δὲ ξυλότρουλλος ἡ Ἁγία Ἀναστασία· ὁ δὲ βασιλεὺς Βασίλειος ἐκτέπασεν αὐτὴν διὰ ὀρόφου χρυσοῦ· ὁμοίως καὶ τὴν Ἁγίαν Εἰρήνην τὸ Πέραμα ὁ αὐτὸς ὅσιος Μαρκιανὸς ἀνήγειρεν. Ὁ δὲ ἅγιος Γρηγόριος ὁ Θεολόγος ἐδίδασκεν ἐν τῷ αὐτῷ ναῷ τοὺς ὀρθοδόξους, ἐκτηρίῳ οὔσῃ τῇ ἐκκλησίᾳ. Ἀνάστασιν δὲ ταύτην ὁ ἱστορῶν φησιν ὀνομάζεσθαι, ἢ διὰ τὴν τῆς ὀρθῆς

πίστεως ἀνάστασιν, ἢ διὰ τὸ γυναῖκα ἐγκύμονα πεσοῦσαν τελευτῆσαι, κοινῆς δὲ ὑπὸ τῶν ὀρθοδόξων γενομένης εὐχῆς ἀνέστη.

Περὶ τῆς Ἁγίας Εἰρήνης.

Ἡ πρώην δὲ ἐκκλησία ἡ Ἁγία Εἰρήνη εἰδωλεῖον ὑπῆρχεν. Ἀνήγειρε δὲ ὁ αὐτὸς ὅσιος καὶ τὸ νοσοκομεῖον, τὸ ἐν τῇ Ἁγίᾳ Εἰρήνῃ ὄν.

Περὶ τοῦ ναοῦ τῆς Θεοτόκου τὸ Καραβίτζιν.

Τὸ δὲ Καραβίτζιν τὴν ὑπεραγίαν Θεοτόκον ἔκτισε Μιχαὴλ ὁ ἀναιρεθεὶς ὑπὸ Βασιλείου. Ἐκλήθη δὲ οὕτως διὰ τοιαύτην αἰτίαν. Χήρα γυνὴ ἦν ἐν τοῖς χρόνοις Θεοφίλου τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, ὁ δὲ πραιπόσιτος τοῦ Θεοφίλου ὀνόματι Νικηφόρος, ἁφήρπασε τὸ κουμπάρλαν τῆς χήρας τὸ μεγέθη· ἥτις πολλαχόσε δεηθεῖσα Θεοφίλου τοῦ βασιλέως, ἔμενεν ἀδιοίκητος διὰ τὸ κωλύεσθαι ὑπὸ τοῦ αὐτοῦ πραιποσίτου. Ἡ δὲ ἀπορήσασα, παρεκάλεσέ τινας τῶν παιγνιωτῶν τοῦ Ἱπποδρομίου, καὶ ὑπέσχοντο αὐτῇ διά τινος μηχανῆς διοικηθῆναι. Ποιήσαντες δὲ οἱ αὐτοὶ παιγνιῶται κουμπαρίαν μικρὰν ἐν σχήματι πλοίου μετὰ ἁρμένου, καὶ θέντες αὐτὴν ἐπὶ ἁμάξης μετὰ τροχῶν, γενομένου ἱππικοῦ, ἔστησαν ἔμπροσθεν τοῦ βασιλικοῦ στάματος φωνοῦντες ἀλλήλοις· Χάνε, κατάπιε αὐτό. Τοῦ δὲ ἀντιλέγοντος· Οὐ δύναμαι τοῦτο ποιῆσαι· πάλιν ἔφη ὁ ἕτερος, ὅτι Ὁ πραιπόσιτος Νικηφόρος τῆς χήρας τὸ πλοῖον γέμον κατέπιε, καὶ σὺ οὐκ ἰσχύεις φαγεῖν τοῦτο; Ταῦτα ἐποίουν καὶ ἔλεγον πρὸς τὸ φανερῶσαι τῷ βασιλεῖ περὶ τοῦ καράβου τῆς γυναικός. Καὶ γνοὺς ταῦτα ὁ βασιλεὺς ἠρώτησεν, ἀκμὴν οὐκ ἐδιοικήθη ἡ χήρα. Ἡ δὲ γυνὴ παρισταμένη πλησίον, καὶ πεσοῦσα ἐπὶ πρόσωπον, ἐδέετο τοῦ βασιλέως ἐκδικηθῆναι. Ὁ δὲ βασιλεὺς πάνυ λυπηθεὶς καὶ ὀργισθεὶς ἐκάλεσε τὸν Μυγιάριον λεγόμενον τὸν ἔπαρχον ὀνόματι Θεόδωρον, καὶ κελεύει ἀποτεθῆναι ξύλα καὶ φρύγανα ἐν τῇ Σφενδόνῃ, καὶ συλλαβέσθαι τὸν πραιπόσιτον, καὶ καῦσαι μετὰ τῆς στολῆς αὐτοῦ, ὃ καὶ παραυτὰ γέγονε, καὶ ἡ γυνὴ ἀπέλαβε τὸ ἴδιον, καὶ ἐκ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ οὐκ ὀλίγα. Διὰ δὲ τὸ καταμένειν ἐκεῖσε εἰς τὸν ἀπὸ Βαρβάρου οἶκον τοῦ Μαυριανοῦ τὴν γυναῖκα, ἐκάλεσε Καραβίτζιν.

Περὶ τῆς Ἁγίας Εἰρήνης τῆς παλαιᾶς τὸ Πατριαρχεῖον.

Ἀνήγειρε δὲ τὴν Ἁγίαν Εἰρήνην τὴν παλαιὰν τὸ Πατριαρχεῖον, καὶ τὴν Ἁγίαν Σοφίαν, καὶ τὸν Ἅγιον Ἀγαθόνικον, καὶ τὸν Ἅγιον Ἀκάκιον τὸν πλησίον τῶν οἰκημάτων τοῦ Μεγάλου Κωνσταντίνος. Τοὺς δὲ Ἁγίους Ἀποστόλους ἔκτισεν ἡ μήτηρ αὐτοῦ Ἑλένη σὺν αὐτῷ, δρομικὴν ξυλόστεγον. Ἐποίησε δὲ καὶ σὺν αὐτῷ μνημοθέσιον τῶν βασιλέων, ἐν ᾧ καὶ αὐτὸς ἐτέθη.

Περὶ τὰ Καρπιανοῦ.

Ὅτι τὰ Καρπιανοῦ ἀνήγειρε Καρπιανὸς πατρίκιος, ἐν τοῖς χρόνοις Κωνσταντίνου, υἱοῦ Ἡρακλείου, τοῦ Πωγωνάτου.

A vocatam fuisse dicit; sive propter rectæ fidei instaurationem, sive quia, cum collapsa mulier uterum gestans exstincta esset, communibus orthodoxorum precibus revixit.

De sancta Irene.

Ecclesia Sanctæ Irenes antea idolorum delubrum erat. Idem autem sanctus Marcianus exstruxit et nosocomium, quod apud Sanctam Irenem visitur.

De Ecclesia S. Deiparæ Carabitzin appellata.

Ecclesiam sanctissimæ Deiparæ, quæ Carabitzin vocatur, Michael quem Basilius interfecit condidit. Hæc vero denominationis causa fuit. Erat vidua quædam sub Theophilo ejusdem Michaelis patre, cujus grandem triremem vi eripuerat ejusdem Theophili præpositus, nomine Nicephorus. Hæc vero vidua cum sæpius ea de re ad imperatorem frustra appellaret, impediente eam ipso præposito, ne jus suum contra ipsum obtineret, tandem consilii inops ad Hippodromi mimos recurrit, illi vero rem se arte quadam peracturos promiserunt. Itaque facta prava triremi cum carbaso navigii formam exhibente, eam currui rotis instructo impositam, cum ludi Circenses agerentur, coram imperatoria sede collocarunt, invicem clamantes, Aperi os, et degluti illam. Cumque alter se id facere posse negaret, rursus ille: Nicephorus præpositus onustam viduæ triremem deglutire potuit, et tu ne tantillam quidem? Hæc egerunt ac dixerunt ut imperatorem de viduæ carabo sive triremi certiorem facerent. Quæ ubi rescivit imperator, interrogavit, an nondum jus suum vidua illa obtinuisset? Mulier autem proxime astans, super faciem prolapsa ultionem ab imperatore postulat. Imperator vero valde mœstus, et ad iracundiam provocatus advocat Theodorum præfectum cognomine Mygiarium ac jubet, ut ligna ac sarmenta in sphendone congerat, comprehensumque præpositum igni traderet vestibus indutum; quod nulla interposita mora peractum est: mulierque propriam navem recepit, ac insuper ex bonis præpositi non pauca. Cæterum inde eam ædem Carabitzin appellavit, quod mulier illa ibidem domum Barbari in Mauriani tractu habitaret.

De ecclesia Sanctæ Irenes antiqua Patriarchium nuncupata.

Ecclesiam antiquam Sanctæ Irenes Patriarchium appellatam, item templum Sanctæ Sophiæ et S. Agathonici, necnon S. Acacii, quod proxime ædes Constantinianas visitur, ipse divus ac magnus Constantinus excitavit. Templum vero Sanctorum Apostolorum una cum ipso mater ejus Helena exstruxit, forma oblonga et tecto ligneo opertum. Item monumentum imperatorum, in quo et ipse conditus est.

De æde seu tractu Carpiani cognomine.

Ædem seu tractum Carpiani condit Carpianus patricius, tempore Constantini Pogonati, Heraclii filii.

De ecclesia quæ Bassi vocatur.

Ecclesiam cognomine Bassi, Bassus patricius, cum domus ipsius ibi esset, condidit tempore Justiniani Magni. Huic indignata Theodora imperatoris uxor chorda caput ejus constringi jussit, ita ut oculi ejus exilierint.

Περὶ τῶν Βάσσου.

Τὰ δὲ Βάσσου ἀνήγειρε Βάσσος πατρίκιος, ἐπειδὴ οἶκος αὐτοῦ ἦν, ἐν τοῖς χρόνοις τοῦ Μεγάλου Ἰουστινιανοῦ. Εἰς ἔχθραν ἐλθοῦσα μετ' αὐτοῦ τοῦ Βάσσου Θεοδώρα ἡ γυνὴ βασιλέως ἔσφιγξε τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ μετὰ κόρδας, καὶ ἐξεπήδησαν οἱ τούτου ὀφθαλμοί.

De Sancto Artemio.

Templum S. Joannis Præcursoris condidit. Anastasius Dicorus Silentiarius Dyrrachinus. Illic enim, cum primus a secretis adhuc esset, habitabat. Postquam vero reliquiæ S. Artemii eo translatæ fuerunt nomen S. Artemii templum illud obtinuit.

Περὶ τοῦ Ἁγίου Ἀρτεμίου.

Τὸν δὲ ναὸν τοῦ Προδρόμου ἀνήγειρεν Ἀναστάσιος ὁ Δίκορος, ὁ ἀπὸ σελεντιαρίων ὁ Δυρραχίτης· ὄντος γὰρ αὐτοῦ πρωτοασεκρῆτις ἐκεῖσε ᾤκει. Μετὰ δὲ τὸ κομισθῆναι τὸ λείψανον τοῦ ἁγίου Ἀρτεμίου, ὠνομάσθη ὁ ναὸς τοῦ Ἀρτεμίου.

De templo S. Procopii Chelonæ nuncupato.

In eodem templo Sancti Procopii Chelonæ cognominato cujusdam eunuchi statua erecta fuit, in cujus pectore inscriptum erat : *Quisquis signa magice consecrata loco moverit, laqueo præfocetur.* Erat autem statua Platonis cubicularii, qui Basilisci imperatoris temporibus vivus arsit. Cognati vero ejus ab imperatore petierunt, ut Platoni eunucho statua poneretur. Ille vero haud prohibuit. Cæterum cum templum S. Procopii reædificaretur, in Hippodromum statua illa translata est. Ædes vero ipsius eunuchi ad hodiernam usque diem supersunt in Chelone.

Περὶ τοῦ ναοῦ τοῦ Ἁγίου Προκοπίου τῆς Χελώνης.

Ὅτι ἐν τῷ αὐτῷ ναῷ τῆς Χελώνης, στήλη ἵστατο εὐνούχου τινός, ᾗ ἐν τῷ στήθει ἐγράφη· Ὁ μεταθεὶς θεμάτια, τῷ βρόχῳ παραδοθήτω. Ἦν δὲ ἡ στήλη Πλάτωνος κουβικουλαρίου, ὃς ἐν ταῖς ἡμέραις βασιλέως τοῦ Βασιλίσκου πυρίκαυστος γέγονεν. Οἱ δὲ τῆς γενεᾶς αὐτοῦ ἠτήσαντο τὸν βασιλέα στήλην θεῖναι τῷ εὐνούχῳ Πλάτωνι· ὁ δὲ οὐκ ἐκώλυεν. Ἐν δὲ τῷ ἀνακτίζεσθαι τὸν ναὸν τοῦ Ἁγίου, μετετέθη εἰς τὸ Ἱπποδρόμιον· οἱ δὲ οἶκοι τοῦ αὐτοῦ εὐνούχου σώζονται ἕως τῆς σήμερον ἐν τῇ Χελώνῃ.

De sancto Procopio, et Sancto Metrophane.

Ecclesiam S. Procopii in Chelone, et S. Metrophanis condidit Constantinus Magnus; Sanctum vero Acacium Carvam nuncupatam exstruxit frater Charisii patricii, tempore Justini et Tiberii.

Περὶ τοῦ Ἁγίου Προκοπίου, καὶ τοῦ Ἁγίου Μητροφάνους.

Τὸν δὲ Ἅγιον Προκόπιον τὴν Χελωνην, καὶ τὸν Ἅγιον Μητροφάνην ἔκτισεν ὁ Μέγας Κωνσταντῖνος· τὸν δὲ ἅγιον Ἀκάκιον τὴν Καρύαν ἔκτισεν ὁ ἀδελφὸς Χαρισίου πατρικίου, ἐν τοῖς χρόνοις Ἰουστίνου καὶ Τιβερίου.

De Sancto Procopio Chelonæ.

S. Procopium in Chelone, et Heptascalum ædificavit Constantinus Magnus. Justinianus vero Sanctæ Sophiæ conditor templum illud nomine S. Acacii appellari voluit.

Περὶ τοῦ Ἁγίου Προκοπίου τῆς Χελώνης.

Ὅτι τὴν Χελώνην τὸν Ἅγιον Προκόπιον, καὶ τὸν Ἑπτάσκαλον ὁ Μέγας Κωνσταντῖνος ἀνήγειρεν. Ὁ δὲ Ἰουστινιανὸς ὁ κτίστωρ τῆς Μεγάλης ἐκκλησίας ἐκάλεσε τὸν ναὸν, ἅγιον Ἀκάκιον.

De Mesomphalo.

Mesomphalus in medio septem urbis collium jacet : tres scilicet ab utraque parte sunt, et inter utrosque Mesomphalus, idcoque sic vocatus.

Περὶ τοῦ Μεσομφάλου.

Ὅτι τὸ λεγόμενον Μεσόμφαλον μέσον ἐστὶ τῶν ἑπτὰ λόφων, ἤγουν ἡ μία μοῖρα τῆς πόλεως ἔχει τρεῖς λόφους, καὶ ἡ ἑτέρα, τρεῖς· καὶ μέσον ἐστὶ τοῦτο· διὰ τοῦτο ἐκλήθη Μεσόμφαλον.

De sancto Procopio Condulium nuncupato.

Templum S. Procopii Condulium appellatum inde nomen accepit, quod Constantinus Justiniani Rhinotmeti pater istac transiens cœspitante equo collapsus sit.

Περὶ τοῦ Ἁγίου Προκοπίου τὸ Κονδύλιον.

Ὅτι τὸ Κονδύλιον ὁ Ἅγιος Προκόπιος, διὰ τοῦτο ἐκλήθη οὕτως, ὅτι διερχόμενος Κωνσταντῖνος ὁ πατὴρ Ἰουστινιανοῦ τοῦ Ῥινοτμήτου ἐκεῖσε ἐκονδύλισεν ὁ ἵππος αὐτοῦ, καὶ ἔπεσεν.

De Sancto Joanne Cinthelia dicto.

Templum S. Joannis Cinthelia cognominatum, inde nomen accepisse ferunt, quod ibi parvi clavi affigendis equorum soleis cuderentur. Ejusmodi enim clavi cinthelia vocantur.

Περὶ τοῦ Ἁγίου Ἰωάννου τὰ Κινθήλια.

Ὅτι τὰ λεγόμενα Κινθήλια τὸν Ἅγιον Ἰωάννην λέγουσιν, ὅτι οὕτως ἐκλήθη, διὰ τὸ κάμνειν ἐκεῖσε τὰ μικρὰ καρφία τὰ καβαλλαρικὰ, ἅπερ λέγουσι Κινθήλια.

De templo SS. Quadraginta ad Thermas Constantinianas, necnon de Ecclesia Sancti Stephani.

Templum Sanctorum Quadraginta, quod est ad Thermas Constantinianas Anastasius et Ariadna ædificarunt. Postquam vero advectæ sunt reliquiæ

Ὅτι τὸν ναὸν τὸν ὄντα εἰς Κωνσταντινιανὰς τῶν Ἁγίων Μ', Ἀναστάσιος καὶ Ἀριάδνη ἀνήγειραν. Μετὰ δὲ τὸ ἐλθεῖν τὸ λείψανον τοῦ ἁγίου πρωτο-

μάρτυρος Στεφάνου, ἀνήγειραν ἕτερον μικρὸν ναὸν, καὶ ὠνόμασαν αὐτὸν, Ἅγιον Στέφανον.

A S. Stephani protomartyris, alterum parvum templum exstruxerunt, ac appellatione Sancti Stephani donarunt.

Περὶ τοῦ Δεξιοκράτους.

Τὰ Δεξιοκράτους οἶκας ἦν Δεξιοκράτους πατρικίου, ἐν τοῖς χρόνοις Θεοδοσίου τοῦ Μικροῦ, ἐν ᾧ καὶ Μαυρίκιος γηροκομεῖον ἀνήγειρε σὺν τοῖς ἐμβόλοις. Ἦν δὲ ἐκεῖ οἶκος Καρπιανοῦ πατρικίου, καὶ ἐξ αὐτοῦ εἴληφεν ὁ τόπος τὴν προσηγορίαν Καρπιανοῦ.

De Dexiocratis tractu.

In loco Dexiocratis dicto, domus erat Dexiocratis patricii, tempore Theodosii Junioris. Ibidem Gerocomium una cum porticibus Mauricius exstruxit. Præterea eodem in loco erat domus Carpiani patricii, a quo locus ille Carpiani nomen accepit.

Περὶ Κύρου.

Τὰ δὲ Κύρου τὴν Ὑπεραγίαν Θεοτόκον ἔκτισε Κύρος ἔπαρχος, ὁ καὶ παριστάμενος εἰς τὸ χερσαῖον τεῖχος, ἐπὶ Θεοδοσίου τοῦ Μικροῦ, κραξάντων τῶν δήμων· ὅτι Κύρος καὶ εἰς ἄλλο κινήσει καὶ προκόψει. Καὶ φθονηθεὶς ἐποίησεν αὐτὸν ὁ βασιλεὺς μητροπολίτην εἰς Σμύρνην.

B

De ecclesia S. Deiparæ Cyri cognominata.

Ecclesiam Sanctissimæ Deiparæ Cyri nuncupatam ædificavit Cyrus præfectus, qui cum structuræ muri terrestris sub Theodosio Juniore præesset, populi acclamationes meruit, dicentis, fore ut ad majorem proveheretur dignitatem Cyrus. Qua de re invidia motus imperator ipsum metropolitem Smyrnæ fecit.

Περὶ τὸ Κοντοσκάλη.

Ὅτι τὸ Κοντοσκάλη ἡ πόρτα ἀπὸ Ἀγαλλιανοῦ τουρμάρχου παρισταμένου, ὅτε ἐκτίζετο ὁ λιμήν. Ἐκαλεῖτο δὲ ἐκεῖνος Κοντοσκέλη, καὶ διὰ τοῦτο ἐκλήθη οὕτως.

De porta cognomine Contoscale.

Porta quæ Contoscale appellatur, ab Agalliano Tumarcha, qui structuræ portus præerat, nomen accepit; vocabatur enim ipse Contoscele, idcirco et porta ita cognominata fuit.

Περὶ τοῦ ξενῶνος τοῦ Θεοφίλου

Ἐν τῷ καλουμένῳ Ζεύγματι ἐπάνω τοῦ λόφου, ὅπερ ὁρᾶται εὔμηκες κτίσμας νοσοκομεῖον ἦν, ὅπερ ἀνήγειρεν ὁ Μέγας Κωνσταντῖνος εἰς πορνεῖον. Γέγονε δὲ καὶ οἶκος Ἰσιδώρου πατρικίου, εἶτα μοναστήριον γυναικεῖον· καὶ ὁ Θεόφιλος ἐποίησεν αὐτὸ ξενῶνα. Ἵστατο δὲ στήλη ἐπὶ κλωστοῦ κίονος λιθίνου τῆς Ἀφροδίτης· τῶν δὲ πολιτῶν ἐκεῖσε ἀπερχομένων καὶ ἐρώντων σονουσίᾳ ζώντων τὰς ἐκεῖσε οἰκούσας μαχλάδας. Ἔξωθεν τοῦ αὐτοῦ οὐχ εὑρίσκετο ἕτερον πορνεῖον. Καὶ ἦσαν διάχωροι πρὸς τοὺς κίονας μετὰ κρικελίων καὶ κουρτίων, καὶ οὕτως οἱ ἐκεῖσε ἐν ἀσωτίᾳ ὄντες καὶ ἐρῶντες ἐτέρποντο. Ἦν δὲ στήλη τῶν ἐν ὑπολήψει οὐσῶν καθαρῶν γυναικῶν τῶν τε παρθένων καὶ μὴ, πλουσίων τε ὁμοῦ καὶ πενήτων. Καὶ ἐάν τις ἔλυσεν αὐτῶν τὴν παρθενίαν, καὶ μὴ βουλομένων ὁμολογεῖν, ἔλεγον αὐταῖς οἱ γονεῖς καὶ οἱ φίλοι· Ἀπέλθωμεν εἰς τὸ τῆς Ἀφροδίτης ἄγαλμα, καὶ εἰ καθαρὰ εἶ, ἐλεγχθήσῃ ἐκεῖ παρὰ τῆς στήλης. Καὶ ὅτε ἐπλησίαζον, εἰ μὲν ἄμεμπτος, διήρχετο ἀβλαβής· ἡ δὲ ἐφθαρμένη, ἐπιστασίᾳ ἀθρόᾳ ἐσηκοῦντο τὰ ἱμάτια αὐτῆς, καὶ ἐδείκνυε τὸ ἑαυτῆς αἰδοῖον. Ὁμοίως δὲ καὶ αἱ ἔχουσαι ἄνδρας, ἐὰν λαθραίως ἐμοιχεύοντο, τοῦτο καὶ ἐπ' αὐταῖς ἐγίνετο, καὶ οὕτως ἀπηλέγχετο καὶ ἐθαύμαζον πάντες, καὶ ἐπίστευον τῇ γενομένῃ πορνείᾳ ἐκείνων τηνικαῦτα ὁμολογουσῶν. Ἡ δὲ γυνὴ Ἰουστίνου τοῦ ἀπὸ κουροπαλάτων συνέτριψε τὴν στήλην, διὰ τὸ καὶ τῆς αὐτῆς αἰδοῖον φανῆναι μοιχευσάσης, διερχομένης ἐφ' ἵππῳ ἐκεῖσε, καὶ ἀπερχομένης ἐν τῷ λούματι τῶν Βλαχερνῶν, ὄμβρου ἐξαισίου γενομένου, καὶ μὴ δυναμένης διὰ θαλάσσης ταύτης ἐν τοῖς βασιλικοῖς δρόμωσιν ἐκεῖ ἀπελθεῖν.

C

In loco nuncupato Zeugmate supra collem, quod nunc prolongum visitur ædificium, nosocomium erat, exstructum olim a Constantino Magno pro lupanari. Fuitque postea domus Isidori patricii, ac dein monasterium mulierum. Theophilus autem vertit illud in xenodochium. Stabatque ibidem supra columnam lapideam tortilem Veneris statua: cives autem illuc convenientes ac amatores, meretrices isthic habitantes ad concubitum adibant; præter hoc quippe lupanar nullum aliud in urbe inveniebatur. Igitur eodem in loco ad columnas exstabant cellæ, cancellis et cortinis distinctæ, intra quas amantes libidini ac voluptati vacabant. Hæc insuper statua usui erat ad mulierum et virginum, divitum inopumve, quæ in suspicionem venerant, pudicitiam probandam. Si quis enim eis virginitatem eripuisset, ipsis virginibus factum negantibus, parentes et amici dicebant: Adeamus Veneris statuam, et illa castitatis tuæ periculum faciet. Ubi vero illuc accesserant, si culpæ expers erat, illæsa pertransibat; sin autem vitiata erat, subito quodam impetu, vestes ejus discerpebantur, ac pudenda ostendebat. Idem uxoribus adulteratis contingebat, eodemque indicio convincebantur. Huic violatæ pudicitiæ testimonio omnes cum summa admiratione fidem habebant, ipsis item factum non ultra negantibus. Uxor autem Justini Curopalatæ statuam hanc confregit, eo quod ipsa quoque, denudatis pudendis adulterii convinceretur, cum equo illac transiret ad balneum Blachernarum; etenim adeo ingens fuerat procella ut mari dromonibus imperatoriis eo transmeare non posset.

D

Περὶ τοῦ Ζεύγματος.

Τὸ δὲ νῦν καλούμενον Ζεῦγμα ἐκλήθη οὕτως, ἀφ'

De Zeugmate.

Locus qui nunc Zeugma nuncupatur, ex eo tem-

pore cognomen hoc accepit, quo S. Stephani protomartyris reliquiæ allatæ sunt. Eo enim in loco mulæ currui junctæ sunt, quæ eas ad thermas usque Constantinianas vexerunt.

De templo Sanctorum Anargyrorum, quod est in Zeugmate.

Templum Sanctorum Anargyrorum quod in Zeugmate situm cernitur, conditum est a Proclo patriarcha Constantinopolitano, discipulo magni Joannis Chrysostomi, et œcumenici patriarchæ, tempore Theodosii Junioris.

De templo sancti Eliæ.

Templum S. Eliæ, quod exstat in loco Petrion nuncupato, scholæ legionesque Zenonis ex Perside reducis collata magna auri summa, ipso imperatore instante, ac una cum Ariadne in partem sumptuum veniente, exstruxerunt amplissimum; quoniam ipsis S. Elias in castris apparuerat.

De Sancta Euphemia cognomine Petra.

S. Euphemiam, quæ Petra nuncupatur, Anastasius Dicorus et Ariadna condiderunt.

De gerocomio Geragathæ.

Gerocomium Geragathæ ædificavit Agatha vetula, Petri patricii filia longe pulcherrima, ac illic habitabat. Sic autem appellata fuit, eo quod virginitatem suam diu illibatam servaverit; Constantinus vero Copronymus hanc violavit multisque ditavit opibus. Quare cum celebrarentur ludi circenses, acclamavit ei populus : *Agatham jam vetulam tu renovasti.* Cæterum ipsa clanculum pie sanctas imagines colebat. Absoluto autem gerocomio, impius ille Copronymus in unum collectas omnes sanctas imagines ibidem igni tradidit.

De statuis quæ proxime Taurum erectæ cernuntur.

Prope Theodosii Magni statuam in regione Tauri, in inferiori parte infra columnam, collocatæ sunt equestres statuæ Arcadii ac Theodosii filii ejus, et Adriani. Statua autem colorata quæ in Zeuxippi thermis sita visitur, Philippici est principis mansuetissimi.

De loco Harmatii nuncupato.

Locus qui Harmatii appellatur, domus erat Harmatii cujusdam magistri, tempore Zenonis : qui cum exercitum Basilisci prodidisset, jussu Zenonis interfectus est, in cochlea qua ascenditur ad tribunal Hippodromi.

De Sancto Theophanone, quæ exstat apud Sanctos Apostolos.

Ecclesiam S. Theophanonis, quæ visitur extra veterem monumenti testudinem, condidit Constantinus Porphyrogenitus, filius Leonis Sapientis.

De ecclesia S. Marci prope Taurum.

Ecclesiam S. Marci prope Taurum primo Theodosius Magnus cum trullo ligneo exstruxit. Postea terræ motu collapsam reædificavit Romanus senior cognomine Lacapenus.

Ὅτ' ἀνεκομίσθη τὸ λείψανον τοῦ ἁγίου πρωτομάρτυρος Στεφάνου, ἐκεῖσε ἐξεύχθησαν μοῦλαι, καὶ ἦραν τὸ σῶμα τοῦ ἁγίου ἕως Κωνσταντινιανῶν.

Περὶ τῶν ἐν αὐτῷ Ἁγίων Ἀναργύρων.

Οἱ δὲ Ἅγιοι Ἀνάργυροι, οἱ ὄντες εἰς τὸ Ζεῦγμα, ἐκτίσθησαν παρὰ Πρόκλου πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως, μαθητοῦ τοῦ μεγάλου Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου, καὶ οἰκουμενικοῦ πατριάρχου, ἐν τοῖς χρόνοις Θεοδοσίου τοῦ Μικροῦ.

Περὶ τοῦ Ἁγίου Ἡλίου.

Τὸν δὲ ἅγιον Ἠλίαν, τὸν ὄντα εἰς τὸ Πέτριον, συνέδωκαν αἱ σχολαὶ καὶ τὰ τάγματα χρυσίον πολὺ, ὑποστρέψαντος Ζήνωνος ἀπὸ Περσίας; καὶ βεηθέντος αὐτοῦ· δέδωκεν αὐτοῖς συνδρομὴν μετὰ καὶ τῆς Ἀριάδνης ὁμοίως, καὶ ἀνήγειραν αὐτὸν μέγαν ναὸν, διότι ἀνεφάνησεν αὐτὸν ἐν τῷ ταξειδίῳ.

Περὶ τῆς Ἁγίας Εὐφημίας τῆς Πέτρας.

Τὴν δὲ Ἁγίαν Εὐφημίαν τὴν Πέτραν ἀνήγειρεν Ἀναστάσιος ὁ Δίκορος καὶ Ἀριάδνη.

Περὶ τοῦ γηροκομείου τὰ Γηραγάθης.

Τὰ δὲ Γηραγάθης τὸ γηροκομεῖον Πέτρου πατρικίου θυγάτηρ τοὔνομα Ἀγάθη, γραῦς ὡραιοτάτη τῷ εἴδει σφόδρα, ἀνήγειρε τοῦτο· εἶχε δὲ αὐτὸ οἶκον. Ἐκλήθη δὲ οὕτως, διὰ τὸ φυλάσσειν τὴν παρθενίαν αὐτῆς χρόνους οὐκ ὀλίγους. Ὁ Κωνσταντῖνος ὁ Κοπρώνυμος ἔφθειρε ταύτην, δοὺς αὐτῇ πλοῦτον πολύν. Ἱππικοῦ δὲ γενομένου, ἔκραξεν ὁ δῆμος· Ὅτι Ἀγάθη ἐγήρασε, σὺ δὲ ταύτην ἀνενέωσας. Ἦν δὲ ἐν τῷ κρυπτῷ σεβομένη τὰς ἁγίας εἰκόνας ὀρθοδόξως. Πληρωθέντος δὲ τοῦ γηροκομείου ὁ μισόχριστος Κοπρώνυμος ἁθροίσας τὰς ἁγίας εἰκόνας κατέφλεξεν ἐκεῖσε.

Περὶ τῶν στηλῶν, τῶν πλησίον τοῦ Ταύρου ἱσταμένων.

Πλησίον δὲ τῆς στήλης Θεοδοσίου τοῦ Μεγάλου, Ἀρκαδίου καὶ Θεοδοσίου τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, καὶ Ἀδριανοῦ, ἀμφότεροι ἔφιπποι ἵστανται ἐν τοῖς τοῦ Ταύρου μέρεσι πλησίον τοῦ κίονος κάτωθεν. Ἡ δὲ ἐν τῷ Ζευξίππῳ λουτρῷ ἱσταμένη στήλη ἐκ χρωμάτων, Φιλιππικοῦ ἐστι τοῦ πραοτάτου.

Περὶ τοῦ Ἁρματίου.

Τὰ δὲ Ἁρματίου οἶκος ἦν Ἁρματίου τινὸς μαγίστρου ἐν τοῖς χρόνοις Ζήνωνος, τοῦ προδόσαντος τὸν στρατὸν τὸν ὑπὸ Βασιλίσκου, ἀναιρεθέντος ἐκ προτροπῆς Ζήνωνος εἰς τὸν Κοχλίαν τὸν ἐρχόμενον ἐν τῷ καθίσματι τοῦ Ἱπποδρομίου.

Περὶ τῆς Ἁγίας Θεοφανὼ, τῆς οὔσης εἰς τοὺς Ἁγίους Ἀποστόλους.

Τὴν δὲ Ἁγίαν Θεοφανὼ, τὴν ἔξωθεν τῆς παλαιᾶς κόγχης τοῦ μνημοθέσιου, ἀνήγειρε Κωνστάντινος Πορφυρογέννητος, ὁ υἱὸς Λέοντός τοῦ Σοφοῦ.

Περὶ τοῦ Ἁγίου Μάρκου τοῦ εἰς Ταῦρον.

Ὁ Ἅγιος Μάρκος, ὁ πλησίον τοῦ Ταύρου, ἐκκλησία ἦν μεγάλη ξυλότρουλλος; πτισθεῖσα ὑπὸ Θεοδοσίου τοῦ Μεγάλου. Εἶτα ὑπὸ σεισμοῦ κατενεχθεῖσαν ἀνήγειρεν αὖθις Ῥωμανὸς ὁ γέρων ὁ Λακαπηνός.

De ærëo culice et aliis insectis, quæ ab Apollonio Tyaneo magice consecrata, supra Occidentalem Tauri arcum posita erant.

Χαλκοῦς δὲ κώνωψ, καὶ μυῖα, καὶ ἄλλα μικρὰ ζῳύφια ἐπάνω τῆς δύτικῆς ἀψῖδος τοῦ Ταύρου ἵστανto, ἐστοιχειωμένα παρὰ Ἀπολλωνίου τοῦ Τυανέως. Καὶ ἕως μὲν ὅδν ἵστανtο; οὐκ ἐφοίτων τῇ πόλει μυῖαι; ἢ φύλλοι; ἢ κώνωπες: Ὁ δὲ βασιλεὺς Βασίλειος ἐξ οἰκείας ἀγνοίας κατήγαγε καὶ ἠφάνισεν αὐτά. A Æreus culex et musca et alia parva insecta ab Appollonio Tyaneo magice consecrata supra Occidentalem Tauri arcum posita erant. Quandiu autem illa permanserunt integra, nec muscæ, nec pulices, nec culices urbem intrarunt. Cæterum imperator Basilius Macedo ex ignorantia ea dejecit atque confregit.

De cisterna, gerocomio ac balneo, quæ in loco τοῦ Κριοῦ *dicto exstant.*

Τὴν δὲ κιστέρναν εἰς τὰ τοῦ Κριοῦ καὶ τὸ γηροκομεῖον, καὶ τὸ λοῦμα ἔκτισε Στέφανος παρασιτμώμενος Μαυρικίου βασιλέως, μετὰ χρόνους ιβ'· καὶ τὸν οἶκον αὐτοῦ ναὸν ἀνήγειρε.

Cisternam quæ est in loco τοῦ Κριοῦ seu Arietis nuncupato, gerocomium item ac balneum condidit Stephanus Mauricii cubicularius post annos duodecim. Præterea domum suam in ecclesiam commutavit.

Περὶ τὰ Βιγλεντίας.

Ὁ Ἅγιος Προκόπιος τὰ Βιγλεντίας, εἰς τὸν Ταῦρον, παλάτια ἦσαν κτισθέντα παρὰ τοῦ Μεγάλου Ἰουστινιανοῦ· ὁ δὲ ναὸς ὑπῆρχε τοῦ παλατίου. Ὑπὸ δὲ τοῦ ἐμπρησμοῦ ἀφανισθέντα νεωστὶ ἀνῳκοδομήθη. Ἀντωνῖνα δὲ ἡ γυνὴ τοῦ Βελισαρίου μαγίστρου; ζωστὴ ἦν Θεοδώρας τῆς γυναικὸς Ἰουστινιανοῦ, καὶ μετὰ τὸ χηρεῦσαι ἐποιεῖτο τὴν κατοίκησιν μετὰ τῆς Βιγλεντίας καὶ συναινέσει αὐτῆς ᾠκοδομήθη ὁ Ἅγιος Προκόπιος. B

De templo S. Procopii cognomine Vigilantiæ.

Templum S. Procopii Vigilantiæ nuncupatum, quod situm in Tauro visitur, palatia olim erant a Justiniano Magno constructa. Hoc vero templum palatii erat. Sed hæc igne absumpta nuper restaurata sunt. Antonina porro uxor Celisarii magistri, vestitrix erat Theodoræ uxoris Justiniani : quæ cum vidua mansisset, isthic habitabat cum Vigilantia, cujus suasu exstructa est ecclesia S. Procopii.

Περὶ τῶν Ἀνθημίου πλησίον τοῦ Κόρου.

Τὰ δὲ Ἀνθημίου οἰκεῖα ἦν αὐτοῦ μαγίστρου ὄντος, ἐν τοῖς χρόνοις Μαρκιανοῦ τοῦ βασιλέως, ὃς ἔστεψεν αὐτὸν; δεδωκὼς αὐτῷ τὴν πρώτην θυγατέρα αὐτοῦ.

De Anthemii tractu ac æde quæ erat proxime Deiparæ ædem Cyri dictam.

Anthemiana domus erat Anthemii, cum adhuc magister esset, tempore Marciani imperatoris; quem ipse Marcianus, data ei in uxorem filia sua primogenita, coronavit.

Περὶ τῶν τοῦ Γαΐνα.

Καὶ τὰ Γάϊνα; οἶκος ἦν πατρικίου τοῦ τυραννήσαντος εἰς τὰ Θρᾳκῶα μέρη, ἐν τοῖς χρόνοις Ἀρκαδίου, καὶ σφαγέντος ἐκεῖσε. C

De Gainæ domo.

Locus qui Gainæ dicitur, domus erat patricii ejus nominis, qui tempore Arcadii imperium affectavit in partibus Thraciæ, atque ibidem occisus est.

Περὶ τὰ Μεγεθίας.

Τὰ δὲ Μεγεθίας Μεγέθια δέσποινα ἀνήγειρεν ἐν τοῖς χρόνοις Τιβερίου τοῦ Θρᾳκός.

De Megethiæ ædificio.

Ædificium Megethiæ sub Tiberio Thrace a domina Megethia conditum est.

Περὶ τοῦ Ἁγίου Πολυεύκτου.

Τὸν δὲ Ἅγιον Πολύευκτον ἀνήγειρεν Ἰουλιανὴ ἡ θυγάτηρ Οὐαλεντινιανοῦ τοῦ κτίτορος τοῦ ἀγωγοῦ. Ἔκτισε δὲ τοῦτον εἰς χρόνους τέσσαρας, τῶν τεχνιτῶν ἀπὸ Ῥώμης ἐλθόντων. Γυναικαδελφὴ δὲ ἦν τοῦ Μεγάλου Θεοδοσίου.

De Sancto Polyeucto.

Ecclesiam Sancti Polyeucti Juliana filia Valentiniani, aquæductus conditoris, ædificavit intra quatuor annos, evocatis Roma architectis. Fuit autem hæc Juliana soror uxoris Theodosii Magni.

De ecclesia SS. Deiparæ Ponolytes nuncupata.

Ἡ Ὑπεραγία Θεοτόκος ἡ Πονολύτης ἐκλήθη οὕτως, ὅτι πολλὰς ἰάσεις ἐκεῖσε ἐπετέλει, καὶ πόνει τῶν πολλῶν ἐλύοντο;

Ecclesia SS. Deiparæ Ponolytes ita vocatur, quod multi illic sanitate recuperata a variis morbis et languoribus liberarentur.

Περὶ τῆς Θεοτόκου τὰ Ἀρεοβίνδου.

Τὴν Ὑπεραγίαν Θεοτόκον, τὰ Ἀρεοβίνδου; ἀνήγειρε Πέτρος μάγιστρος καὶ Κουροπαλάτης, ἀδελφὸς Μαυρικίου. Ὁ δὲ Ἀρεόβινδος; ἀπ' οὗ ἔλαβεν ὁ τόπος τὴν προσηγορίαν, ἐν τοῖς χρόνοις ἦν Ἰουστίνου τοῦ Θρᾳκὸς τοῦ κρατίστου, καὶ ὁ οἶκος αὐτοῦ ἦν ἐκεῖσε. Μετὰ ιβ' χρόνους ἀπ' ἐκείνου τοῦ Ἀρεοβίνδου; ἐκτίσθη ἡ τε ἐκκλησία καὶ τὸ λοῦμα.

De ecclesia Deiparæ Areobindi nuncupata.

Ecclesiam sanctissimæ Deiparæ Areobindi cognomine Petrus magister, et Curopalata, frater Mauricii condidit. Areobindus autem, a quo locus ille Areobindi dictus est, sub Justino Thracé potentissimo floruit, eodemque in loco domum habebat. Cæterum annis nonaginta duobus a tempore Areobindi, ecclesia condita est ac balneum.

De sancta Anastasia Pharmacolytria.

Ecclesia S.Anastasiæ Pharmacolytriæ condita est ab Anastasio Dicoro eo in loco, ubi antea patricii cujusdam Pharmacæ nuncupati domus exstabat.

De loco cognominato Leomacellum.

Locus vocatus Leomacellum inde nomen accepit, quod ibi olim Leo magnus imperator carnes vendiderit. Uxor etiam ejus chordas torquebat.

De ecclesia Deiparæ Curatoris nuncupata.

Ecclesia Deiparæ Curatoris cognomine exstructa fuit sub Verina Leonis Macelæ uxore ; et curator quidam ejusdem, structuræ præfuit, quo ad instar sepulcri Domini fieret.

De Christocamera.

Ad Christocameram domus erat Moselis. Pariter et Christi imago proxime S. Acacium depicta erat, et ideo sic nuncupatur.

De sancta Anna dicta Deuteron.

In loco cognominato Deuteru Justiniani Rhinotmeti statua erat, quam postea Bardas Cæsar, Michaelis avunculus dejecit confregitque,Nuncupatus autem est locus Deuteron hujus rei gratia. Justinianus Rhinotmetus a Leontio patricio in Chersonem relegatus fuit, ubi cum decem mansisset annos, profugit tandem ad Terbelim Bulgarorum principem,qui filiam suam Theodoram ipsi in uxorem dedit, et insuper quindecim millia militum subministravit, cum quibus Constantinopolim petiit ; sed cum cives eum recipere nollent, simulata fuga, ad portam quæ Antiqua dicitur se recepit, ac inde per aquæductum urbem subiit juxta basim columnæ, quæ est intra urbem ; ac imperio potitur ; et sic locus ille cognominatus fuit Deuteron. Eoque tempore templum Sanctæ Annæ ædificavit, quoniam uxori ipsius gravidæ sancta illa apparuit. Cæterum maforium ac corpus ejusdem sanctæ ipso imperante in urbem delata sunt.

De Chrysobalanto.

Chrysobalantum domus erat Nicolai patricii ac orientalium domestici, quam ille in duo templa mutavit, S. archangeli Michaelis et Pantelesemonis. Nam ipso in castris commorante, uxor ejus ab alio quodam adulterabatur. Qua de re, cum in urbem rediisset, certior factus ambos in lecto collocatos articulatim secuit. Tandem recordatione et metu extremi judicii,duo hæc templa exstruxit. Cum vero, absoluta jam fere structura, ob pecuniæ summam angeretur, apparuit ei in somno angelus Domini dicens : Abi in locum qui est proximus Asparis cisternæ, et invenies orumenam centum auri libras continentem. Quod cum invenisset, locum illum sic nuncupavit.

Monasterium Festinationis.

Monasterium, quod cognominatur Festinationis, ædificavit domina Anna Leonis Isauri uxor. Cum enim reverteretur ex Blachernis gravida,et pariendi instaret tempus, ingressa domum cujusdam

A Περὶ τῆς Ἁγίας Ἀναστασίας τῆς Φαρμακολυτρίας.

Τὴν δὲ Ἁγίαν Ἀναστασίαν τὴν Φαρμακολυτρίαν ἔκτισεν Ἀναστάσιος ὁ Δίκορος· πρότερον δὲ οἶκος ἦν τινος πατρικίου Φαρμακᾶ λεγομένου.

Περὶ τοῦ Δεωμακέλλου.

Τὸ δὲ Λεωμάκελλον καλεῖται ἐκ τοῦ πωλεῖν ἐκεῖσε τὸν Μέγαν Λέοντα τὸν βασιλέα κρέατα· καὶ ἡ τούτου γυνὴ ἔπλεκε τὰς χορδάς. Ἐκ τούτου οὖν ἐκλήθη ὁ τόπος οὕτως.

Περὶ τὰ Κουράτορος.

Τὰ Κυυράτορος ἐκτίσθησαν ἐν τοῖς χρόνοις Βηρίνης, τῆς γυναικὸς τοῦ Λεωμακέλλου· καὶ ὁ Κουράτωρ αὐτῆς παρίσταται εἰς τὸ ὁμοίωμα τοῦ τάφου τοῦ Κυρίου.

B Περὶ τοῦ Χριστοκαμάρου.

Εἰς δὲ τὸ Χριστοκάμαρον ἦν ὁ οἶκος τοῦ Μωσηλέ. Ἦν καὶ ὁ Χριστὸς ἱστορισμένος πλησίον τοῦ Ἁγίου Ἀκακίου, καὶ διὰ τοῦτο οὕτως ἐκλήθη.

Περὶ τῆς Ἁγίας Ἄννης τὸ Δεύτερον.

Ὅτι εἰς τὸ λεγόμενον Δεύτερον ἐν τῷ κίονι στήλη ἵστατο Ἰουστινιανοῦ τοῦ Ῥινοτμήτου· τὴν δὲ στήλην κατήγαγε Βάρδας ὁ Καῖσαρ, ὁ θεῖος Μιχαὴλ, καὶ συνέτριψεν αὐτήν. Ἐκλήθη δὲ Δεύτερον, διότι ἐξόριστος γέγονεν ὁ αὐτὸς Ἰουστινιανὸς εἰς Χερσῶνα παρὰ Λεοντίου πατρικίου· ποιήσαν δὲ ἐκεῖ χρόνους δέκα, καὶ φυγῇ χρησάμενος, ἀπῆλθεν εἰς τὸν Τέρβελιν τῶν Βουλγάρων ἀρχηγὸν, καὶ ἤγαγέ τε τὴν αὐτοῦ θυγατέρα ὀνόματι Θεοδώραν, καὶ δοὺς αὐτῷ χιλιάδας ιε' λαὸν, καὶ ἐλθὼν ἐν τῇ πόλει καὶ μὴ δεC χθεὶς παρὰ τῶν ἐντὸς οἰκούντων, ὑπέστρεψεν εἰς τὴν παλαιὰν πόρταν, καὶ εἰσελθὼν ἀπεκεῖσε εἰς τὸν ἀγωγὸν ἐξῆλθεν εἰς τὸ θεμέλιον τοῦ κίονος ἔσωθεν τῆς πόλεως, καὶ ἐκράτησε τὴν βασιλείαν, καὶ οὕτως ἐκλήθη ὁ τόπος τὸ Δεύτερον· καὶ τότε τὸν ναὸν τῆς ἁγίας ἀνήγειρεν Ἄννης, ὅτι ἔγκυος ἦν ἡ γυνὴ αὐτοῦ, καὶ ὠπτάνθη αὐτῇ ἡ ἁγία· ἀλλὰ καὶ τὸ Μαφόριον καὶ τὸ σῶμα αὐτῆς ἐπ' αὐτοῦ εἰσῆλθεν εἰς τὴν πόλιν.

Περὶ τοῦ Χρυσοβαλάντου.

Τὸ δὲ Χρυσοβάλαντον οἶκος ἦν Νικολάου δομεστίκου τῆς Ἀνατολῆς καὶ πατρικίου, ὃν ἀνήγειρεν εἰς ναοὺς δύο, τοῦ Ἀρχιστρατήγου καὶ τοῦ Ἁγίου Παντελεήμονος. Χρονίσαντος δὲ ἐν τῷ ταξειδίῳ, ἐμοιχεύθη ἡ γυνὴ αὐτοῦ, καὶ εἰσελθὼν ἐν τῇ πόλει, D καὶ μαθὼν τοῦτο ἐκοίτασεν ἀμφοτέρους, καὶ μεληδὼν αὐτοὺς κατέκοψεν. Ἔσχατον δὲ εἰς ἔννοιαν ἐλθὼν τοῦ φοβεροῦ κριτηρίου, ἀνήγειρε τοὺς ναούς. Ἐλθὼν δὲ εἰς τὸ τέλος τοῦ κτίσματος καὶ ἀδημονῶν διὰ ποσότητα χρυσίου, ὤφθη αὐτῷ κατ' ὄναρ ἄγγελος Κυρίου, καὶ εἶπεν αὐτῷ· Ἄπελθε εἰς τὸν τόπον πλησίον τῆς Ἄσπαρος κιστέρνης καὶ εὑρήσεις βαλλάντιον ἔχον χρυσίου λίτρας ρ'. Καὶ εὑρὼν αὐτὸ ἐκάλει τὸν τόπον οὕτως.

Ἡ μονὴ τῶν Σπουδῆς.

Τὰ λεγόμενα Σπουδῆς ἡ μονὴ, Ἄννα ἡ δέσποινα ταύτην ἀνήγειρεν, ἡ γυνὴ Λέοντος τοῦ Συρογενοῦς· στρεφομένη ἀπὸ Βλαχερνῶν οὖσα ἔγκυος εἰς τὸν καιρὸν τοῦ τεκεῖν αὐτὴν, καὶ εἰσελθοῦσα εἰς οἰκόν

τινος πρωτοσπαθαρίου ἔτεκεν. Ἐποίητε δὲ αὐτὸν μονὴν, καὶ ἐπωνόμασεν αὐτὴν Σπουδῆς, διὰ τὸ ἐπείγειν αὐτὴν ἐκεῖσε τὸν τοκετὸν, καὶ μὴ φθάσασα εἰς τὸ παλάτιον. Ἔκτισε δὲ καὶ τὰ Ἄννης.

A protospatharii peperit; domnumque in monasterium versam Festinationis appellare voluit, ob acceleratum partum, antequam ad palatium pervenire posset. Præterea templum S. Annæ concidit.

De gerocomio Severi, ac templo ab ejus uxore condito.

Σέβηρος πατρίκιος ὁ ἀδελφοποιητὸς βασιλέως Κώνσταντος, τοῦ ἐγγόνου Ἡρακλείου, τοῦ ἀναιρεθέντος ἐν τῷ βλανείῳ Σικελίας· ἔκτισε δὲ αὐτὸ γηροκομεῖον, διότι οἶκος ἦν αὐτοῦ· καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ ναὸν ἀνήγειρε, διότι μετὰ τὸ σφαγῆναι ἐν Σικελίᾳ τὸν βασιλέα, ἐκεῖνος ἐπάρας τὸν Ῥωμαϊκὸν στόλον ἀνῆλθεν ἕως τοῦ Φοίνικος.

Severus patricius, frater adoptivus Constantis imperatoris, qui nepos Heraclii fuit, et in Sicilia in balneo occisus est, condidit ipsum gerocomium, quia ibidem domus ipsius exstabat. Ejus quoque uxor templum ædificavit. Etenim imperatore in Sicilia interfecto, ipsemet sumpta Romana classe ad locum usque Phœnicis nuncupatum pervenit.

Ἡ μονὴ τοῦ Μητροπολίτου.

Monasterium Metropolitæ.

Ὅτι τὰ Μητροπολίτου τὴν μονὴν Ἰουστινιανὸς ἔκτισεν. Ἐκλήθη δὲ οὕτως, ὅτι οἶκος ἦν ἐκεῖσε Μητροπολίτου τινός.

B Monasterium cognomine Metropolitæ conditum est a Justiniano. Ita vero nuncupatum est, quod ibidem domus exstaret cujusdam Metropolitæ.

Περὶ τῆς Ἁγίας Εὐφημίας τὸ Πετρίον.

De Sancta Euphemia Petrion dicta.

Τὴν δὲ Ἁγίαν Εὐφημίαν τὸ Πετρίον, καὶ λουτρὸν, Βασίλειος ἀνήγειρεν ὁ βασιλεὺς, καὶ τὰς θυγατέρας αὐτοῦ ἐκεῖσε ἀπέκειρε.

Sanctam Euphemiam cognomine Petrion, et balneum Basilium imperator condidit, ac filias suas ibidem totondit.

Περὶ τῆς Πλατείας.

De Platea.

Ὅτι ὁ Ἅγιος Ἡσαΐας καὶ Λαυρέντιος ἐκτίσθησαν παρὰ Μαρκιανοῦ καὶ Πουλχερίας. Τὸ δὲ ἅγιον σῶμα τοῦ προφήτου ἦκεν ἀπὸ Ἱερουσαλήμ.

Sanctum Isaiam, ac Laurentium ædificarunt Marcianus et Pulcheria. Corpus autem Isaiæ prophetæ Hierosolyma delatum fuit.

Περὶ τοῦ Ἀντιόχου.

De loco Antiochi dicto.

Τὰ δὲ Ἀντιόχου οἶκος ἦν Ἀντιόχου πατρικίου καὶ πραιποσίτου καὶ βαΐουλου Θεοδοσίου τοῦ βασιλέως, πολλὰς ἀρχὰς διανύσαντος ἐν τῇ δόξῃ αὐτοῦ. Πλούσιος δὲ σφόδρα γενόμενος, πτωχὸς τέθνηκε, διὰ τὸ ἄδικον καὶ ἐπιβαρὺν πᾶσι γενέσθαι καὶ δόλιον.

In loco Antiochi vocato, domus visebatur Antiochi patricii et præpositi, qui bajulus fuit Theodosii imperatoris, et multa cum laude plurimos magistratus gessit. Hic autem etsi maximis abundaret divitiis, attamen inops decessit, eo quod injustus, C esset, et omnibus gravis ac fraudulentus.

Περὶ τὸ Παλαιὸν Πετρίον.

De ædificio nuncupato Vetus Petrion.

Ὅτι τὸ Παλαιὸν Πετρίον οἶκος ἦν Πέτρου πατρικίου ἐν τοῖς χρόνοις τοῦ Μεγάλου Ἰουστινιανοῦ, καὶ ἔλεγον αὐτὸν Βαρσαμιανὸν τὸν Σύρον, τὸν πολλὰς ἀρχὰς διανύσαντα ἐν τῇ δόξῃ αὐτοῦ.

Ædificium quod appellatur Vetus Petrion, domus erat Petri patricii tempore Justiniani Magni, qui Petrus cognominabatur Barsamianus Syrus, vir summa cum laude plurimis magistratibus perfunctus.

Περὶ τῶν Βλαχερνῶν.

De Blachernis.

Τὸν ναὸν τὸν μέγαν τῶν Βλαχερνῶν, Μαρκιανὸς καὶ Πουλχερία, ἡ τούτου γυνὴ, ἀνήγειρεν αὐτὸν, κοσμήσας διὰ πολυτελῶν μαρμάρων. Βλάχνα γὰρ ἦν ἐν τῷ αὐτῷ τόπῳ, καὶ ἐκόπησαν, εἶθ' οὕτως ἐκτίσθη ὁ ναός. ἢ ὅτι λάκκος ἦν ὁ τόπος καὶ ποτε ἐναποκληθέντα λακέντια ἠγρεύθησαν, καὶ διὰ τοῦτο ἐκλήθη Βλαχέρνα καὶ Λακαΐρναι, διὰ τὸ εἶναι πολλὰ ὕδατα.

Magna ecclesia Blachernarum condita fuit a Marciano et Pulcheria ejus uxore, ac variis et pretiosis marmoribus exornata. Locus enim ille erat silicibus consitus, quibus remotis deinde templum istic constructum est; vel quia eo in loco lacus erat, ac pisces lacentia dicti capiebantur; et idcirco ob multitudinem aquarum Blacherna et La- D cærnæ appellantur.

Περὶ τῆς ἁγίας Σοροῦ.

De sacro Conditorio.

Τὴν δὲ ἁγίαν Σορὸν ἀνήγειρεν ὁ Λεομακέλης, διότι ἐν τοῖς χρόνοις αὐτοῦ ἐφάνη ἡ θεία ἐσθὴς, καὶ ἔχνη, καὶ πολλὰ ἅγια θαύματα γέγονεν εἰς τέλος.

Sacrum Conditorium ædificavit Leo Macelas, quoniam ipso imperante reperta est divina vestis; ibidemque multa signa ac prodigia perpetuo edebantur.

Περὶ τοῦ ἁγίου Λούματος.

De sacro Balneo.

Ἔκτισε δὲ καὶ τὸ Λοῦμα καὶ ἐπεκύρωσε καὶ κτήματα πολλὰ, καὶ σκεύη, καὶ κειμήλια. Ἔξω δὲ τῆς πόρτας ἐτύγχανεν. Ὑπὸ δὲ Ἡρακλείου περιεκλείσθη, γινομένων ἐκεῖσε θαυμάτων καὶ ὀπτασιῶν πολλῶν τῆς ἁγίας Θεοτόκου.

Sacrum Balneum ab eodem imperatore exstructum fuit, multisque possessionibus, vasis ac cimeliis ditatum. Balneum hoc olim erat extra portam: postea vero ab Heraclio muro cinctum est, quod ibidem multa miracula ederentur, et sancta Deipara frequenter appareret.

De sacro balneo Blachernarum a Basilio Juniore reædificato.

Sacrum balneum Blachernarum Basilius Junior, cognomine Pulcher, filius Romani Junioris Porphyrogeniti evertit, reædificavitque ac auro illud exornans, in pulchriorem et augustiorem formam redegit, additis multis imaginibus, ap signis ex auro et argento.

Τῶν Βλαχερνῶν τὸ ἅγιον Λοῦμα ὁ νέος Βασίλειος ὁ εὐσχήμων, υἱὸς Ῥωμανοῦ τοῦ νέου Πορφυρογεννήτου, παρέλυσε καὶ ἀνήγειρε νεωστὶ, καλλωπίσας καὶ χρυσώσας προκριτότερον παρ' ὃ ἦν, καὶ ἐξ ἀργυρίου καὶ χρυσίου πολλοῦ εἰκόνιας καὶ κατεκόσμησεν αὐτόν.

ANONYMI

DE ANTIQUITATIBUS CPOLITANIS

LIBER TERTIUS.

Quæ incipit ab altera parte S. Sergii et palatiis Sophiani usque ad muros occidentales Magnarum Portarum.

DE TERTIA PARTE, ET DE STATUIS QUÆ IN HIPPODROMO VISEBANTUR.

Statuæ quamplurimæ Roma delatæ fuere, quæ in Hippodromo erectæ sunt; in primis vero sexaginta, in quibus Augusti visitur statua. Plurimæ etiam Nicomedia deductæ sunt; ex iis vero levis Diocletiani statua hucusque in Hippodromo superest, quæ ad medium imperatoris tribunal stat. Præterea magnam statuarum copiam Constantinus Magnus deferri curavit Athenis, Cyzico, Cæsarea, Trallibus, Sardibus, Sebastia, Satalis, et Chaldia, Antiochia magna, ex Cypro, Creta, Rhodo, Chio, Attalia, Tyanis, Iconio, Nicæa Bithyniæ, et ex Sicilia, omnibusque aliis tam Orientalibus, quam Occidentalibus urbibus, ac provinciis quæ sua quæque in basi erectæ, ac collocatæ fuerunt, ut periti qui isthæc legerent ultimo futurarum rerum veritatem ediscant. Cæterum Dianæ statua in Hippodromo collocata visitur, ubi palæstritæ exercentur. Quatuor vero inaurati equi qui supra cancellos eriguntur, ex Chio advecti sunt sub Theodosio Juniore. In ambulacro duarum factionum equestres statuæ stabant et pedestres, Gratiani, Valentiniani, Theodosii, ut et Firmiliani gibbosi, risus concitandi gratia. Ex duabus Hippodromi statuis quarum altera belluas gignit, altera homines devorat: prima quidem Justinianum tyrannum denotat, et quæ recuperato imperio gessit; altera vero quæ navim appositam habet, ut aliqui quidem volunt, Scylla est, homines a Charybdi accedentes devorans; atque ille quem capite prehensum tenet, Ulyssem refert; alii vero putant, terram et mare septemque sæcula esse quæ devorant ac devorantur. Statuam sellæ insidentem, alii Verinam uxorem Leonis Magni esse aiunt, alii Minervam, ex Græcia advectam.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΕΤΕΡΟΥ ΜΕΡΟΥΣ, ΚΑΙ ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΤΟΥ ΙΠΠΟΔΡΟΜΙΟΥ ΣΤΗΛΩΝ.

Ὅτι ἀπὸ Ῥώμης πολλὰ ἠνέχθησαν εἴδωλα, ἅτινα ἑστήθησαν ἐν τῷ Ἱπποδρομίῳ· ἐξαίρετος ἑξήκοντα, ἐν οἷς καὶ τὸ τοῦ Διοκλήστου. Ἀπὸ δὲ Νικομηδείας στῆλαι πολλαὶ ἦκαν, ὅθεν καὶ τοῦ Διοκλητιανοῦ νῦν σώζεται ἐπίκουφος ὢν, ἀναμέσον τοῦ καθίσματος ἱσταμένη τοῦ βασιλικοῦ. Ὁμοίως ἀπὸ Ἀθηνῶν, καὶ ἀπὸ Κυζίκου καὶ Καισαρείας, Τράλλεως, καὶ Σάρδεως, καὶ Σεβαστείας, καὶ Σατάλων, καὶ Χαλδαίας, καὶ ἀπὸ Ἀντιοχείας τῆς μεγάλης, καὶ Κύπρου, καὶ Κρήτης, καὶ Ῥόδου, καὶ Χίου, καὶ Ἀτταλίας, καὶ Τυάνων, καὶ Ἰκονίου, καὶ Βιθυνῶν Νικαίας, καὶ Σικελίας, καὶ ἀπὸ πασῶν τῶν πόλεων Ἀνατολῆς, καὶ δύσεως, καὶ θεμάτων ἦκαν διάφοραι στῆλαι παρὰ τοῦ Μεγάλου Κωνσταντίνου· ἃς καὶ ἐτέθησαν καὶ ἐστηλώθησαν, ἵνα οἱ διερχόμενοι ταῦτα καὶ πεπειραμένοι ἔχωσι τὰ ἀλάθητον τῶν ἰσχέων. Τῆς δὲ Ἀρτέμιδος ἡ στήλη ἐν τῷ Ἱππικῷ ἐστιν, ἔνθα οἱ παλαίοντες δοκιμάζονται. Οἱ δὲ τέσσαρες καχρυσωμένοι ἵπποι, οἱ ὑπερθεν τῶν καγκέλλων ὁρώμενοι, ἐκ τῆς Χίου ἦκασιν ἐπὶ Θεοδοσίου τοῦ μικροῦ· αἱ δὲ ἐν τῷ περιπάτῳ τῶν δύο μερῶν ἔφιπποι στῆλαι καὶ πεζαὶ, Γρατιανοῦ, καὶ Οὐαλεντινιανοῦ, καὶ Θεοδοσίου, καὶ τοῦ κυρτοῦ Φιρμιλιανοῦ, πρὸς γέλωτα ἔκτησαν. Αἱ δὲ γεννῶσαι θῆρας, καὶ ἐσθίουσαι ἀνθρώπους ἐκ τῷ Ἱπποδρομίῳ· ἡ μὲν μία ἐστὶν Ἰουστινιανοῦ τοῦ τυράννου, δηλοῦσα τὴν ἱστορίαν τῶν ἰδιαιτέρων αὐτοῦ πράξεων· ἡ δὲ ἑτέρα, ἐν ᾗ πλοῖον ἐπάρχει, οἱ μὲν λέγουσιν, ὅτι ἡ Σκύλλα ἐστὶν, ἡ ἐκ τῆς Χαρύβδεως ἐσθίουσα τοὺς ἀνθρώπους· καί ἐστιν Ὀδυσσεὺς, ὃν κατέχει ἐκ τῆς κορυφῆς. Ἔκαστοι δὲ λέγουσιν, ὅτι ἡ γῆ, καὶ ἡ θάλασσα, καὶ οἱ ἑπτὰ αἰῶνές εἰσιν οἱ ἐσθίοντες καὶ ἐσθιόμενοι. Ἡ δὲ καθεζομένη εἰς τὸ σελλίον, οἱ μὲν Βηρίνην τὴν

γυναῖκα τοῦ Μεγάλου Λέοντος· ἄλλοι δέ φασιν Ἀθηνᾶν ἐξ Ἑλλάδος ἐλθοῦσαν. Ἡ δὲ Ὕαινα ἦχθη ἀπὸ τῆς μεγάλης Ἀντιοχείας παρὰ τοῦ Μεγάλου Κωνσταντίνου. Τὰ δὲ λοιπὰ ἀγάλματα τοῦ Ἱππικοῦ, τά τε ἀρρενικὰ καὶ τὰ θήλεια, καὶ οἱ διάφοροι ἵπποι, καὶ τῶν καμπτήρων οἱ κίονες, οἵ τε λίθινοι καὶ οἱ χαλκοῖ, καὶ οἱ ὀβελίσκοι τῶν καμπτήρων οἱ χαλκοῖ, καὶ αἱ ἱστορίαι τοῦ μονολίθου, καὶ αἱ ἡνιοχευτικαὶ στῆλαι σὺν ταῖς βάσεσιν αὐτῶν ταῖς ἐνιστόροις, καὶ τῶν περιπάτων οἱ κίονες σὺν ταῖς κεφαλαῖς καὶ ποδίσκοις αὐτῶν, καὶ τῶν ἐν νῷ Σφενδόνι, καὶ τοῖς στήθεσι, καὶ συστεματίοις, καὶ σολεοῖς, καὶ ἁπλῶς, ὁπόθεν, ἐκεῖσε εὑρίσκεται γραφή. Κατ' ἐξαίρετον εἰς τὰς χαλκὰς πύλας, τῶν ἐσχάτων ἡμερῶν καὶ τῶν μελλόντων εἰσὶ πᾶσαι αἱ ἱστορίαι, ἃς ἐστηλίωσατο Ἀπολλώνιος ὁ Θυανεὺς εἰς μνήμην τῶν ἐντυγχανόντων, διὰ τὸ ἀνεξάλειπτον εἶναι. Ὁμοίως καὶ ἐπὶ πάσης τῆς πόλεως τὰ ἀγάλματα ἐστοιχειώσατο. Οἱ δὲ ἔχοντες δοκιμὴν τῶν στηλωτικῶν ἀποτελεσμάτων εὑρήσουσι πάντα ἀληθῆ. Ὁμοίως δὲ καὶ οἱ τρίποδες Δελφικῶν χαλκάδων καὶ αἱ ἔφιπποι στῆλαι γράφουσι δι' ἣν αἰτίαν ἕστηκαν, καὶ τί σημαίνουσιν.

A Hyæno vero ex magna Antiochia a Constantino Magno deducta est. Cæterum reliqua signa omnia, quæ in Hippodromo visuntur tam virilia quam muliebria, et variæ equorum statuæ, et metarum columnæ lapideæ atque aneæ, earumque obelisci ærei, et monolithi sculpturæ, et statuæ aurigarum cum earum basibus figuratis, et porticum columnæ cum suis capitulis et spiris; item ille quæ in sphendone visuntur, necnon mediæ icones et compages et solea; hæc inquam, omnia unde eo advecta fuerint, ascriptum reperitur. Præsertim vero in portis æreis omnes conspiciuntur historiæ ultimorum dierum, quas ibi statuit Apollonius Tyaneus in sempiternam et indelebilem rerum quæ futuræ sunt, memoriam. Similiter ipse per totam urbem B statuas magice consecratas erexit, et qui ejusdem generis apotelesmatum peritiam habent, omnia vera deprehendent. Præterea quoque in tripodibus Delphicorum cacaborum ac statuis equestribus inscriptum est, cujus rei gratia collocata sint, et quid significent.

Περὶ τῆς στήλης τῆς ἱσταμένης εἰς τὸ στυράκιον εἰς τὴν Φιάλην.

Ἡ δὲ στήλη ἱσταμένη εἰς τὸ στυράκιον εἰς τὴν Φιάλην τοῦ Ἱπποδρομίου, ἡ χαλκῆ καὶ γυναικοειδής, Εἰρήνης ἐστὶ τῆς Ἀθηναίας, ἣν ἀνήγειρε Κωνσταντῖνος ὁ υἱὸς αὐτῆς εἰς βαραπείαν ταύτης.

De statua quæ columellæ insidens erigitur in Phiala.

Statua muliebris ænea, quæ columellæ imposita visitur in Hippodromi Phiala, Irenæ Atticæ est, quam in honorem ejus Constantinus filius erexit.

Περὶ τοῦ Ἁγίου Σεργίου.

Τὰ δὲ ὄντα κτίσματα εὐμεγέθη εἰς τὸν Ἅγιον Σέργιον, οἶκος ἦν τοῦ Μεγάλου Ἰουστινιανοῦ, ἅγιος αὐτοῦ C πατρικίου.

De Sancto Sergio.

Magna illa ædificia, quæ versus Sancti Sergii ædem cernuntur, ea sunt in quibus habitavit Magnus Justinianus tum patricius.

Περὶ τῶν καλουμένων Νεκρῶν.

Ἡ δὲ καλουμένη Νεκρά, τὰ σώματα τῶν ἀναιρεθέντων ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ Ἰουστινιανοῦ ἐν τῷ Ἱπποδρομίῳ, ἐτέθησαν ἐκεῖσε, διὰ τὸ μὴ χωρεῖν ἀλλαχοῦ θάψαι αὐτά· ἀπέφραξε δὲ τὰ σκάλια ἀπὸ τοῦ πρωτοθύρου μέχρι τοῦ Καμελαύχου, καὶ οὕτως ἐτίθουν τὰ νεκρὰ σώματα.

De loco Necra nuncupata.

In loco, qui Necra appellatur, cadavera eorum qui sub eodem Justiniano cæsi fuerant in Hippodromo, deposita sunt, eo quod alibi ea sepeliri non possent. Obstruxit enim scalas ab exteriori porta ad Camelaucum; et ita cadevera ibi reponebantur.

Περὶ τῶν λοιπῶν στηλῶν τῶν ἐν τῷ Ἱπποδρομίῳ.

Ἐν τῷ ἅρματι εἰς τοὺς πλεκτοὺς κίονας ἐν τῷ λεγομένῃ Νεολαίᾳ, ἵσταται στήλη γυναικεία καὶ βωμὸς μετὰ μοσχαρίου, ἐν οἷς καὶ ἵπποι χρυσολαμπεῖς δ'· καὶ ἐπὶ δίφρου διφρηλάτης γυναικὸς, ἐν τῇ δεξιᾷ χειρὶ κατεχούσης στηλίδιόν τι, ἄγαλμα διατρέχον τοῦτο. Οἱ μὲν λέγουσι, Κωνσταντίνου κατασκευὴν τὴν ζεῦξιν μόνην, τὴν δὲ λοιπὴν ἀρχαίαν εἶναι, καὶ μηδὲν παρὰ Κωνσταντίνου κατασκευασθῆναι· ἕως γὰρ Θεοδοσίου τοῦ Μεγάλου θέαμα παρὰ πολίταις γέγονεν ἐν τῷ Ἱπποδρομίῳ, ἀνὰ κηρῶν λευκῶν καὶ χλαμύδων φορούντας πάντας εἰσέρχεσθαι τὴν αὐτὴν στήλην ἐπάνω ἅρματος ἄγουν καρούχας, ἕως τοῦ σταύματος ἀπὸ τῶν καγκέλλων· τοῦτο δὲ ἐξετέλουν, ὅτε τὸ γενέθλιον τῆς πόλεως ἐπετελεῖτο. Ἐκεῖσε δὲ ἀνζώδης ἐστηλώθη εἰς τοὺς κίονας ὁ Ἀδάμ, καὶ ἡ Εὔα, καὶ ἡ Εὐθηνία, καὶ ὁ Λιμός.

De reliquis statuis quæ in Hippodromo habentur.

In Neolæa supra columnas tortiles erecta est muliebris statua currui insidens, et ara cum vitulo: ubi etiam equi auro fulgentes quatuor, et in sella, auriga muliebris dextera gestantis parvam, currentis forma, statuam. Nonnulli volunt hæc duntaxat fuisse a Constantino Magno juncta; reliqua vero antiqua, nec a Constantino confecta. Cæterum usque ad Theodosium magnum fuit civibus in Hippodromo spectaculum, quippe albis omnes induti chlamydibus vel lænis statuam illam currui sive carrucæ impositam cum cereis albis deducebant a cancellis ad solium imperatorium usque. Hoc autem fieri solebat quotannis die urbis natali. Præterea ibidem supra columnas positæ fuere statuæ Adami et Evæ, Prosperitatis ac Famis.

De templo Sanctæ Euphemiæ, quæ exstat in Hippodromo.

Templum S. Euphemiæ, quod in Hippodromo cernitur, Constantinus Magnus exstruxit, et pretiosa exornavit materia. Verum post quadringentos triginta et octo annos Constantinus Copronymus imperator, Christi ac Dei hostis, illud in armamentarium et sterquilinium publicum mutavit, et reliquias heu! sanctæ Euphemiæ cum loculo in profundum maris projecit. Post annos vero triginta sex Irene piissima Augusta Atheniensis hoc templum reædificavit, et reliquias repertas eo iterum transtulit.

A Περὶ τῆς Ἁγίας Εὐφημίας τῆς ἐν τῷ Ἱπποδρομίῳ.

Τὸν δὲ ναὸν τῆς ἁγίας Εὐφημίας τῆς ἐν τῷ Ἱπποδρομίῳ ὁ Μέγας Κωνσταντῖνος ἀνήγειρε, κοσμήσας αὐτὸν διὰ πολυτελοῦς ὕλης, υλη' δὲ χρόνων παρελθόντων, ἐλθόντος τοῦ μισοθέου καὶ μισοχρίστου βασιλέως Κοπρωνόμου Κωνσταντίνου, ἐποίησεν αὐτὸν Ἀρμαμέντα καὶ κοπροθέσιον, καὶ τὸ λείψανον τῆς ἁγίας Εὐφημίας, φεῦ! σὺν τῇ λάρνακι εἰς τὸν βυθὸν τῆς θαλάσσης ἔῤῥιψεν. Μετὰ δὲ τριάκοντα ἓξ χρόνους Εἰρήνη ἡ εὐσεβεστάτη Αὐγούστα ἡ Ἀθηναία, τοῦτον πάλιν ἀνῳκοδόμησε, καὶ τὸ λείψανον εὑροῦσα ἔφερε.

De templo S. Joannis Præcursoris Illi nuncupato.

In loco cognominato Illi, ubi exstat templum S. Joannis Præcursoris, olim fons erat, in quo draco ingens latitabat; illic tum et ærarium imperiale erat, et multos illac transeuntes draco devorabat. Sanctus vero Hypatius cum eo accessisset, suo baculo, in cujus ima parte clavi ferrei affixi erant, facto crucis signo, draconem percussit ac interfecit, hinc apprehensum in medium forum eum mortuum projecit, ac igni tradidit: et idcirco locus ille tale nomen obtinuit, vel ab Illo magistro, qui imperium affectaverat, ibidemque habitabat.

Περὶ τοῦ Προδρόμου τοῦ Ἴλλου.

Ὅτι τὰ λεγόμενα Ἴλλου ὁ Πρόδρομος, πηγὴ B ἐτύγχανε, καὶ ἐνεμφώλευε δράκων παμμεγέθης. Ἐκεῖσε δὲ ἦν καὶ ταμεῖον βασιλικὸν, καὶ πολλοὺς ὁ δράκων ἤσθιεν. Ὁ δὲ ἅγιος Ὑπάτιος ἐκεῖσε παραγενόμενος μετὰ τῆς ῥάβδου αὐτοῦ ἐχούσης κάτωθεν ἥλους σιδηροῦς, καὶ σφραγίσας καὶ κρούσας τὸν δράκοντα, ἀπέψυξεν, καὶ λαβὼν αὐτὸν μέσον τοῦ Φόρου προὔθηκε νεκρὸν, καὶ ἔκαυσεν αὐτόν. Καὶ ἐπὶ τούτῳ ὠνομάσθη ὁ τόπος οὕτως, καὶ ἀπὸ Ἴλλου μαγίστρου τυραννήσαντος, καὶ ἐκεῖσε οἰκοῦντος,

De eodem templo Illi dicto.

Templum S. Joannis Præcursoris, Illi nuncupatum, domus exstitit Illi magistri, qui præclaris multisque functus est dignitatibus sub Leone Macela et Zenone. Idem Illus imperium affectans, C collectis ex populo septuaginta mille militibus in Antiochia magna in Zenonem insurrexit; Zeno vero adversus eum fratrem suum Longinum magistrum misit cum magna militum manu. Commisso autem prælio prope magnam Antiochiam victus est Longinus, et vix solus, universo deleto exercitu, Antiochiam se recepit, Illo viribus longe superiore exsistente. Verum Zeno Joannem patricium, cognomine Curvum, cum magno Scytharum et Macedonum manu in Seleuciam legavit, ibique conserto prælio, Illus cum suis devictus est. Sed fuga in quoddam castellum elapsus a suis domesticis Joanni proditur, a quo et reliqui ejus duces comprehensi decollatique sunt. Horumque capitibus una cum capite Illi hastæ infixis Con- D stantinopolim ingreditur Joannes. Cæterum imperavit Illus menses quatuordecim.

Περὶ τοῦ αὐτοῦ Ἴλλου.

Ὅτι τὰ καλούμενα Ἴλλου ὁ Ἅγιος Ἰωάννης ὁ Πρόδρομος, οἶκος ἦν Ἴλλου μαγίστρου, πολλὰς ἀρχὰς διανύσαντος μετὰ πολλῆς δόξης ἐν τοῖς χρόνοις τοῦ Λεομακέλου καὶ Ζήνωνος. Τυραννήσας δὲ ὁ αὐτὸς Ἴλλος, καὶ λαοῦ ἀθροίσας ο' χιλιάδας εἰς Ἀντιόχειαν τὴν μεγάλην κατὰ τοῦ Ζήνωνος ἀντῆρεν, Ὁ δὲ Ζήνων ἀποστείλας Λογγῖνον μάγιστρον τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ μετὰ πλήθους στρατιωτῶν, καὶ συμβολῆς πολέμου γενομένης ἡττήθη Λογγῖνος πλησίον Ἀντιοχείας τῆς μεγάλης, καὶ μόλις μόνος διεσώθη ἐν τῇ Ἀντιοχείᾳ, τοῦ λαοῦ αὐτοῦ παντὸς κατασφαγέντος· καὶ κατεδυνάστευσεν Ἴλλος σφόδρα. Ὁ δὲ Ζήνων ἀπέστειλεν Ἰωάννην πατρίκιον, τὸν ἐπιλεγόμενον Κυρτὸν, μετὰ Σκυθῶν καὶ Μακεδόνων ἐν Σελευκίᾳ. καὶ συμβαλόντες πόλεμον, ἡττήθησαν οἱ τοῦ μέρους τοῦ Ἴλλου, καὶ φυγὼν Ἴλλος ἔν τινι φρουρίῳ παρεδόθη ὑπὸ σῶν οἰκείων αὐτοῦ ἀνθρώπων πρὸς Ἰωάννην, καὶ συλλαβόμενος τοὺς ἄρχοντας αὐτοῦ μετὰ τῆς τούτου κάρας εἰσήγαγέν εἰς Κωνσταντινούπολιν, ἐπὶ δόρατα τὰς κεφαλὰς φέρων. Ἐτυράννησε δὲ Ἴλλος μῆνας ιδ'.

De loco nuncupato Phocolisthum.

Locum cognominatum Phocolisthum inde nomen accepisse contendit Panodorus Ægyptius, quod, cum Phocas imperator illac equo insidens pertransiret, equus ejus ibi cespitaverit et ceciderit, ut ait Panodorus Ægyptius; Theodorus vero Thebanus philosophus inde nomen obtinuisse pulat, quod cum ante Constantinum Magnum locus ille extra urbem esset, multisque frequentatus latronibus, qui plurimos Byzantinos cives interfece-

Περὶ τὸ καλούμενον Φωκόλισθον.

Ὅτι τὸ λεγόμενον φωκόλισθον, ἔφιππος βαδίζων ὁ Φωκᾶς βασιλεὺς, ὠλίσθησεν ὁ ἵππος αὐτοῦ καὶ ἔπεσε· καὶ διὰ τοῦτο ἐκλήθη Φωκόλισθον, καθώς φησι Πανόδωρος ὁ Αἰγύπτιος· ὁ δὲ Θεόδωρος ὁ Θηβαῖος φιλόσοφος ὤν, πρὸ τοῦ Μεγάλου Κωνσταντίνου φησὶ ἔξωθεν τῆς πόλεως Βύζαντος, λῃστὰι πολλοὶ ὑπῆρχον, καὶ πολλοὺς Βυζαντίους ἀνεῖλον. Ὁ δὲ Μέγας Κωνσταντῖνος μετὰ τὸ πορθῆσαι καὶ κτίσαι τὴν πόλιν, μαθὼν περὶ τῶν λῃστῶν καὶ συλλαβόμενος

αὐτοὺς ἐκεῖσε ἐφούλκισεν αὐτούς. Διὰ τοῦτο ἐκλήθη τὸ ὄνομα τοῦ τόπου Φουλκόκηστον.

vit latrones ipsos comprehensos inibi furcis affixit. Qua de re locus ille nuncupatus fuit Phulcolestum.

Περὶ τὰ λεγόμενα Κοντάρια εἰς τὴν Ἁγίαν Θέκλην.

Ὅτι τὰ λεγόμενα Κοντάρια, ὁ ἅγιος Γεώργιος, ὅτε ἦλθεν ὁ βασιλεὺς Θρᾴκης πρὸς Βύζαντα, ἔκοψαν οἱ Βύζαντες ἐκ τῶν ἐκεῖσε τόπων κοντάρια, καὶ οὕτως ἐκλήθη ὁ τόπος Κοντάρια. Ὁ δὲ μέγας Κωνσταντῖνος ἀνήγειρεν ἐκεῖσε ναὸν τῆς Θεοτόκου. Ὁ δὲ Ἰουστῖνος ὁ Πρωτοκουροπαλάτης, ὁ ἀνὴρ Σοφίας τῆς Λοβῆς, εἰς κάλλος καὶ μέγεθος ἐπλάτυνε τὸν τοιοῦνον ναὸν, καὶ ἐπωνόμασε τοῦτον τῆς Ἁγίας Θέκλης.

De loco qui appellatur Contaria ad sanctam Theclam.

Locus Contaria dictus, sive Sanctus Georgius, inde nomen accepit, quod, cum Thraciæ rex expeditionem contra Byzantem suscepisset, Byzantii inde hastas exciderint. Constantinus autem magnus templum ibi Virgini Deiparæ exstruxit, quod postea Justinus Protocuropalates, conjux Sophiæ Lobes ampliavit exornavitque, ac Sanctæ Theclæ appellatione donavit.

Περὶ τῆς μονῆς τοῦ ἁγίου Σεργίου καὶ Βάκχου τὰ Ὁρμίσδου.

Ὅτι τὰ καλούμενα Ὁρμίσδου, λιμὴν ἦν μικρὸς, ἐν ᾧ ὁ μέγας Ἰουστινιανὸς ἐχρημάτισε κοιτῶνα, καὶ ὠνόμασε Σέργιον καὶ Βάκχον. Ὡσαύτως καὶ ἕτερον ναὸν τῶν ἁγίων Ἀποστόλων, ὅτε τὸν χρισμὸν ἔλαβεν ὑποκάτω τῶν βαθμίδων, ὅτε καὶ τὴν σφαγὴν εἰς Ἱππικὸν ἐποίει. Ἐκλήθη δὲ Ἰουλιανοῦ λιμὴν, ὅτι ὁ κτίσας οὕτως ἐκαλεῖτο.

De monasterio S. Sergii et Bacchi cognomine Hormisdæ.

Locus dictus Hormisdæ, parvus erat portus, in quo Justinianus magnus monasterium exstruxit nomine Sergii et Bacchi; et templum pariter SS. apostolorum, eo quod ibidem subter gradus inunctus fuit, cum stragem in Hippodromo edidisset. Præterea appellatus fuit Juliani portus, quoniam sic ejus conditor nuncupatur.

Περὶ τοῦ Βουκινου.

Τὸ Βούκινον τὸ παλαιὸν, σάλπιγγες ἦσαν ἐπάνω τοῦ τείχους· τὸ δὲ τεῖχος ὑποκάτω ἦν συριγγῶδές κοῦφον. Καὶ ὅτε ἦν νότος ἢ βορρᾶς, σφοδρῶς ἐκ τῶν κυμάτων τῆς θαλάσσης ἀποκρουούσης, ἐκεῖθεν ἀνήρχετο βίαιον πνεῦμα καὶ ἦχε μελῳδίαν, δίκην σειρῆνος, καὶ ἀντέλεγεν ὁ ἕτερος πύργος ὁ ἄντικρυς. Ὅτε δὲ ἤθελε κινῆσαι Ῥωμαϊκὸς στόλος, ἐκεῖ ἠθροίζοντο, καὶ κατὰ τὸν ἦχον τῶν πύργων ἐσάλπιζον αἱ νῆες, καὶ ἐκίνουν.

De loco dicto Buccinum.

In loco nuncupato Buccinum, olim supra murum Buccinæ exstabant, et muri ima pars adinstar fistulæ concava erat. Cum vero auster vel boreas vehementius flaret, ex fluctibus maris eo allisis spiritus vehemens ascendebat, ac sirenis instar edebat concentum, resonabatque pariter altera turris opposita. Cum vero aliquo profectura esset Romana classis, illuc congregabatur, et juxta turrium sonum in navibus quoque tuba canebatur, atque ita discedebatur.

Περὶ τῆς Σοφίας τὸν λιμένα.

Τὸν λιμένα τῆς Σοφίας Ἰουστῖνος ἔκτισεν εἰς πρόσωπον τῆς γυναικὸς αὐτοῦ Σοφίας. Πρὸ δὲ τοῦ κτισθῆναι τὸν λιμένα ὑπῆρχε στοὰ καμαροειδὴς, ἣν ἔκτισεν ὁ Μέγας Κωνσταντῖνος, καὶ ἀνήρχοντο οἱ φιλόσοφοι, οἵ τε Θηβαῖοι καὶ Ἀθηναῖοι, καὶ διελέγοντο μετὰ τῶν πολιτῶν φιλοσόφων· καὶ διήρκεσε τοῦτο μέχρι τοῦ Ἰουστίνου, καὶ πάντοτε ἐνίκων οἱ δυτικοί. Ἐπὶ δὲ Ἰουστίνου ἠττηθέντες, οὐδέποτε ἀνῆλθον μέχρι τῆς σήμερον. Ἔκτοτε διελθόντων χρόνων, ἐγένετο Σοφίαν τὴν Αὐγούσταν ἱστασθαι εἰς τὸν ἡλιακὸν τοῦ παλατίου, καὶ ὁρῶσα τὰ πλοῖα κλυδωνιζόμενα ἐν τῇ θαλάσσῃ καὶ σπλαγχνισθεῖσα ἤρξατο ὀδύρεσθαι, καὶ προσελθοῦσα εἰς τὸν βασιλέα τὸν ἄνδρα αὐτῆς, καὶ ἱκέτευσεν αὐτὸν ὅπως παράσχῃ αὐτῇ χρυσίον ἱκανὸν εἰς τὸ ποιῆσαι λιμένα· καὶ ἐπικαμφθέντος τῇ ταύτης αἰτήσει, προσέταξε Ναρσῇ, τῷ πατρικίῳ καὶ πραιποσίτῳ, καὶ Τρωΐλῳ, πρωτοβεστιαρίῳ αὐτοῦ, κτίσαι τὸν λιμένα· οἵ καὶ βόθυνον μέγαν ἀρύξαντες ἀνῳκοδόμησαν τοῦτον. Διὸ καὶ τὴν προσηγορίαν εἴληφε. Μέσον δὲ τοῦ λιμένος ἀνήγειρε στήλας δ', ἐπάνω τῶν δ' κιόνων, Σοφίας καὶ Ἀραβίας τῆς ἀνεψιᾶς αὐτοῦ, Ἰουστίνου καὶ Ναρσῆ τοῦ ἐκεῖσε παρισταμένου· ἐξ ὧν αἱ δύο ἀφῃρέθησαν

De portu Sophiano.

Portum Sophianum condidit Justinus conjugis suæ Sophiæ nomine. Antequam vero portum exstruxisset, erat ibi fornice instructa porticus a Constantino magno ædificata, in quam philosophi Thebani pariter ac Athenienses conveniebant ad disserendum cum philosophis Constantinopolitanis; quod usque ad Justini tempora factum est, semper victoriam reportantibus occidentalibus, qui semel sub Justino victi, nunquam postea ad hodiernum usque diem reversi sunt. Cæterum aliquot interjectis annis accidit, ut stans Sophia Augusta in solario palatii, naves videret in mari fluctibus agitari. Quare commiseratione permota lamentari cœpit, accedensque ad conjugem imperatorem, rogavit, daret sibi necessariam auri copiam ad construendum portum. Imperator ejus petitioni annuit, et Narsæ patricio et præposito ac Troilo protovestiario suo portus exstruendi munus injunxit, qui ducta ingenti fossa portum condidere. Idcirco tale nomen accepit. In medio autem portu quatuor statuas totidem columnis impositas erexit, videlicet Sophiæ statuam, Arabiæ filiæ suæ, suam, et Narsæ præfecti structuræ. Earum duæ sublatæ

sunt a Philippico : continebant enim notas rerum futurarum.

A παρὰ Φιλιππικοῦ · εἶχον δὲ γραμματα τῶν μελλόντων.

De Fœnili quod est in loco Buccinum dicto.

Fœnile, quod visitur in loco cognominato Buccinum, olim ecclesia erat Sancti Andreæ apostoli, quam eo veniens Justinianus ædificaverat. Constantinus vero Cabalinus eam in fœnile mutavit.

Περὶ τοῦ ἐν τῷ Βουκίνῳ Χορτοβολῶνος.

Ὁ Χορτοβολὼν, ὁ εἰς τὸ Βούκινον, ἐκκησία ἦν τοῦ ἁγίου ἀποστόλου Ἀνδρέου, ἣν ἀνήγειρεν Ἰουστινιανὸς ἐκεῖσε ἐρχόμενος · Ὁ δὲ Καβαλῖνος ἐποίησε χορτοβολῶνα.

De Contariis quæ sunt apud S. Theclam.

Quæ modo Contaria nuncupantur, prius vigilum erant excubiæ, quæ annos septem durarunt. Post bellum autem bienne, fanum illic Gallienus exstruxit, quo postea Constantinus Magnus destructo, ejus loco Sanctæ Deiparæ templum ædificavit, nummoque insculpsit imaginem Christi, sanctissimæ Deiparæ, matris suæ Helenæ, et suam ipsius; festumque dedicationis duodecim dies celebravit. Hoc templum postea Sanctæ Theclæ appellatum fuit, Cæterum tum Milliarii fornix porta erat terrestris, et in loco vocato Dippio mutatio equorum cursus publici. Ipsa vero Contaria magnus mons erat, in quo excubias agebant Byzantii, populorum occidentalium impetum metuentes.

Περὶ τὰ λεγόμενα Κοντάρια εἰς τὴν Ἁγίαν Θέκλην.

Τὰ λεγόμενα Κοντάρια, βίγλα ἦν ἐκεῖσε μεγάλη, καὶ ἕως ζ' χρόνους ἐφυλάττετο. Καὶ πολέμου γεγονότος χρόνους δύο, ναὸς ᾠκοδομήθη, εἰδώλιον μικρὸν, ὑπὸ Γαληνοῦ, ὃν καθελὼν ὁ Μέγας Κωνσταντῖνος, ναὸν τῆς Θεοτόκου ἀνήγειρε, καὶ ἐχάραξε τὸν Χριστὸν καὶ τὴν ὑπεραγίαν Θεοτόκον, καὶ τὴν αὐτοῦ μητέρα καὶ ἑαυτὸν, καὶ ἐτέλεσε πανήγυριν ἡμέρας ιβ' · ὅστις ναὸς μετωνομάσθη Ἁγία Θέκλα. Τότε δὲ καὶ τοῦ Μιλίου ἡ καμάρα χερσαία ἦν πόρτα, καὶ εἰς τὸ Διίππιον ἡ ἀλλαγή. Ταῦτα δὲ τὰ λεγόμενα Κοντάρια, μέγα ὄρος ἦν, καὶ ἐφυλάσσετο ὑπὸ τῆς βίγλης τῶν Βυζαντίων πτοουμένων τοὺς δυτικούς.

De templo S. Michaelis archangeli Addæ dicto.

Templum S. Michaelis archangeli Addæ nuncupatum Justinus ædificvait. Nomen vero accepit ab Addæ magistro, qui ibidem domum exstruxerat.

Περὶ τοῦ Ἀρχιστρατήγου τοῦ Ἀδδᾶ.

Ὅτι ὁ Ἀρχιστράτηγος τοῦ Ἀδδᾶ ἐκτίσθη ὑπὸ Ἰουστίνου. Τὸ δὲ ὄνομα ἐδέξατο ἐκ τοῦ Ἀδδᾶ τοῦ μαγίστρου, ἐκ τοῦ ἐκεῖσε κτίσαντος οἶκον.

De columna Ferrea.

Cum columna, quæ visitur in foro appellato Anelio, Roma sub Constantino Magno adveheretur, ob ingentem ejus molem triennium integrum navigavit. Tandem ingressa Sophiarum portum, cum ad portam extrahere de navi eam vellent, in littore quatuor cubitis demersa et obruta remansit, quod uliginosus ac palustris locus esset : cum autem eam ligneis vectibus extrahere non valerent, ferreis ingentibus sunt usi : atque ideo sic vocata est.

Περὶ τῆς Σιδηρᾶς.

Ὅτι ἐπὶ τοῦ Μεγάλου Κωνσταντίνου ὁ μέγας κίων τοῦ φόρου τοῦ Ἀνηλίου τρεῖς χρόνους ἀπῆει πλοϊζόμενος ἀπὸ Ῥώμης διὰ τὴν ὑπερβολὴν τοῦ μεγέθους αὐτοῦ. Καὶ εἰσελθὼν εἰς τὰς Σοφίας, ἐν τῇ πόρτῃ θελόντων ἐκβαλεῖν τὸν κίονα ἀπὸ τῶν σχεδίων ἐχώσθη εἰς τὸν αἰγιαλὸν πήχεας δ', διὰ τὸ χαῦνον καὶ ἀλσώδη εἶναι τὸν τόπον · μέλλοντες δὲ τοῦτον ἀποσπᾷν μετὰ ξύλων, οὐκ ἠδύναντο, ἀλλὰ μετὰ σιδηρῶν μοχλίων μεγάλων. Καὶ διὰ τοῦτο οὕτως ἐκλήθη.

De partu Eleutherii.

Portus Eleutherii exstructus est a Constantino Magno. In eo stabat Eleutherii primi a secretis lapidea statua, scapulare super humeros habens, et ventilabrum manu gestans, utrumque lapideum. Cum autem erigeretur Theodosii statua, quæ columnæ insidens in Tauro conspiciebatur, terra fossili in hunc portum ingesta, totus oppletus est.

Περὶ τοῦ λιμένος τοῦ Ἐλευθερίου.

Ὁ δὲ λιμὴν τοῦ Ἐλευθερίου ἐκτίσθη παρὰ τοῦ Μεγάλου Κωνσταντίνου. Ἵστατο δὲ καὶ στήλη λιθίνη Ἐλετθερίου πρωτασηκρήτου, φέροντος ἐπ' ὤμων καπούλιον καὶ πτύον ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ, ἀμφότερα λίθινα. Κτισθείσης δὲ καὶ τῆς στήλης τοῦ Θεοδοσίου, ἥ ἐπὶ τοῦ κίονος τοῦ Ταύρου ἦν, ὁ χοῦς ἐχύνετο εἰς τὸν λιμένα, καὶ ἐγεμίσθη.

De statuis quæ sunt prope S. Agathonicum.

Duæ sunt statuæ verinæ, una post ascensum ibi graduum magis ad austrum vergens quam Sancti Agathonici templum altera, e regione proxime S.Barbaræ templum, quod est in Artotyriano loco seu Artopoliis. Illa quidem, quæ ad S. Agathonicum est, superstite adhuc Leone ejus marito, erecta fuit ; quæ vero prope S. Barbaram, post ejus obi-

Περὶ τῶν στηλῶν τῶν οὐτῶν εἰς τὸν Ἅγιον Ἀγαθόνικον.

Αἱ στῆλαι δύο εἰσὶ τῆς Βηρίνης, μία μὲν νοτιωτέρα τοῦ ἁγίου μάρτυρος Ἀγαθονίκου, μετὰ τὴν ἄνοδον τῶν ἐκεῖσε βαθμίδων · ἑτέρα δὲ ἄντικρυς αὐτοῦ, πλησίον τῆς ἁγίας Βαρβάρας τοῦ Ἀρτοτυριανοῦ τόπου. Καὶ ἡ μὲν τοῦ ἁγίου Ἀγαθονίκου γέγονε ζῶντος Λέοντος τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς · ἡ δὲ τῆς ἁγίας Βαρβάρας, μετὰ τὴν τελευτὴν αὐτοῦ,

ἡνίκα Βασιλίσκον τὸν ἀδελφὸν αὐτῆς ἔστρεψε, φυγόν- A
τος Ζήνωνος τοῦ γαμβροῦ αὐτῆς.

Περὶ τοῦ Ἁγίου Ἀγαθονίκου.

Ὁ δὲ Ἅγιος Ἀγαθόνικος, τὸ πρότερον ὑπὸ Ἀναστασίου, καὶ Ἰουστινιανοῦ τοῦ Μεγάλου τὸ δεύτερον ἀνεκαινίσθη. Ἐν αὐτῷ δὲ τῷ ναῷ καὶ πατριάρχαι ἐπισκόπησαν ἑπτὰ, ἐπὶ χρόνους πεντήκοντα, καὶ βασιλεῖς ἐστεφηφόρουν ἐκεῖσε δ'· δι' ἣν δὲ αἰτίαν μετεποιήθη ἐκεῖθεν ὑπὸ Τιβερίου, οὐ γινώσκεται. Καὶ παλάτιον δὲ πλησίον τοῦ αὐτοῦ ναοῦ ἦν μέγιστον· ὑπὸ δὲ Τιβερίου τοῦ πρώτου μετεποιήθη διολισθὲν εἰς τὰ βασίλεια.

Περὶ τοῦ Ἁγίου Ἰουλιανοῦ.

Εἰς τὸν Ἅγιον Ἰουλιανὸν μοναχοὺς ὁσίους κατέκαυσεν ὁ Καβαλῖνος, διὰ τὸ μὴ κοινωνεῖν αὐτοὺς τῇ μυσαρᾷ αὐτοῦ ἐσθήσει τε καὶ θρησκείᾳ, καὶ B
αὐτὸν τὸν ναόν· καὶ ἀναλύσας ὁ μόλιβδος τῆς ἐκκλησίας κατῆλθεν ἕως τῶν Σοφιῶν αἰγιαλοῦ. Ἵσταντο δὲ ἐκεῖσε Περδικες χαλκαῖ ἐν καμάρᾳ.

Περὶ τοῦ ἀρχιστρατήγου, τοῦ ὄντος εἰς τὸν Ἅγιον Ἰουλιανόν.

Ὁμοίως καὶ τὸν ἀρχισπράτηγον τὸν ὄντα εἰς τὸν Ἅγιον Ἰουλιανὸν ὁ Δίκορος ἀνήγειρεν, ὅτε ἦλθεν ἀπὸ τοῦ Δυρράχιου· παῖς γὰρ ὢν ἐμάνθανε τὰ γράμματα ἐκεῖσε οἰκῶν.

Περὶ τῶν παλατίων τῶν Ἐλευθερίου.

Τὰ δὲ παλάτια τὰ Ἐλευθερίου καὶ τὰ ἐργοδόσια ἔκτισεν Εἰρήνη καὶ Κωνσταντῖνος, ὁ υἱὸς αὐτῆς. Ἀπὸ δὲ τῶν μέχρι Ἀμαστριανοῦ, Ἱπποδρόμιον γέγονε παρὰ τοῦ Μεγάλου Θεοδοσίου· ἡ δὲ Εἰρήνη κατέλυσεν αὐτόν. C

Περὶ τοῦ Ἁγίου Παντελεήμονος τοῦ Μεγάλου.

Τὸν δὲ Ἅγιον Παντελεήμονα ἔκτισε Θεοδώρα ἡ γυνὴ Ἰουστιτιανοῦ τοῦ Μεγάλου. Ὅτε ἦλθεν ἀπὸ Παφλαγωνίας, ἐκεῖσε ἐν τῷ ἐμβόλῳ ἔκειτο ὡς πτωχὴ, καὶ ἔνηθεν ἔρια, καὶ ἐπώλει αὐτὰ, καὶ οὕτως ἔζη. Μετὰ δὲ τὸ βασιλεῦσαι, ἔκτισε τὸν ναόν.

Περὶ τὰ Κλαυδίου.

Τὰ Κλαυδίου, οἶκος ἦν πατρικίου τοῦ Κλαυδίου καὶ κοιαίστορος, ἐν τοῖς χρόνοις Βασιλίσκου βασιλέως, ὃς καὶ παλάτιον ἀνήγειρεν ἐκεῖσε.

Περὶ τὰ Ναρσοῦ.

Τὰ δὲ Ναρσοῦ, οἶκος ἦν Ναρσοῦ πατρικίου καὶ πραιποσίτου, εὐννύχου, ἐν τοῖς χρόνοις Ἰουστίνου καὶ Σοφίας. Τῶν δὲ ξενῶνα, καὶ τὸ γηροκομεῖον, D
καὶ τὴν ἐκκλησίαν ἀνήγειρεν ὁ αὐτὸς, καὶ τὰ μέχι τοῦ Ὀξυβαφίου, καὶ τον Ἅγιον Πρόβον.

Περὶ τοῦ Ἁγίου Θωμᾶ.

Ὅτι τὰ Ἀμάντου καλούμενα, οἶκος ἦν μαγίστρου τινὸς Ἀμάντου παρακοιμωμένου, ἐν τοῖς χρόνοις τοῦ Δικόρου ὅστις ἔκτισε τὸν Ἅγιον Θωμᾶν· ἐμπρησθέντος δὲ, Λέων ὁ υἱὸς Βασιλείου τοῦ Μακεδόνος ἀνεκαίνισεν αὐτόν.

Περὶ τὸ Χρυσοκάμαρον.

Τὸ δὲ Χρυσοκάμαρον, ὄπισθεν τοῦ Μυρελαίου ζώδιον ἵστατο χρυσοῦν, διὰ τοῦτο ἐκλήθη Χρυσοκάμαρον. Παρὰ δέ τινων κλεπτῶν ἐν τοῖς χρόνοις

tum, quando Basiliscum fratrem suum coronavit, Zenone genero fugato.

De templo S. Agathonici.

Templum S. Agathonici primo ab Anastasio; secundo autem, a Justiniano Magno renovatum est. In hoc vero templo intra quinquaginta annos, septem patriarchæ episcopatum gessere, ac quatuor ibidem imperatores coronati sunt. Qua vero de causa mutatum sit a Tiberio, nescitur. Proxime hoc templum erat Palatium maximum, quod, cum collapsum esset, Tiberius senior imperatoriis ædibus adjunxit.

De S. Juliano.

Monachos S. Juliani pios ac religiosos Constantinus Copronymus igni tradidit, eo quod profani ejus vestimenti ac detestabilis sectæ participes esse nollent; quemadmodum et ipsam ecclesiam, cujus plumbum calore dissolutum ad littus usque Sophianum defluxit. Cæterum ibidem in porticu Perdices æreæ visebantur.

De S. Michaele archangelo prope S. Julianum.

Similiter et ædem S. Michaelis archangelo, quæ est juxta S. Julianum, Anastasius Dicorus exstruxit, cum Dyrrachio in urbem venisset. Etenim, cum puer esset, ibi habitans litteras didicit.

De palatiis Eleutherianis.

Palatia Eleutheriana et officina Irene una cum Constantino suo filio ædificavit. Hippodromum vero, qui inter Eleutherii palatia et Amastriani tractum a Theodosio Magno exstructus fuit, Irene postea evertit.

De Ecclesia S. Panteleemonis Magni.

Ecclesia S. Panteleemonis condita est a Theodora, Justiniani Magni uxore; quoniam ex Paphlagonia cum venisset, ibi in porticu degebat, ceu paupercula victum sibi ex lanificio quæritans. Sed ubi ad imperium pervenit, ibidem templum exstruxit.

De Claudii tractu.

Claudii tractus, domus erat Claudii patricii et quæstoris, tempore Basilisci imperatoris; qui et palatium illic ædificavit.

De tractu Narsetis.

Narsetis tractus, domus erat Narsetis patricii et præpositi, eunuchi, tempore Justini et Sophiæ. Xenodochium autem, gerocomium et ecclesiam idem ipse condidit et quæcunque ad locum usque Oxybaphii nuncupatum visuntur; itemque Sanctum Probum.

De Sancto Thoma.

Amanti tractus, domus erat Amanti cujusdam magistri et accubitoris sub Anastasio Dicoro; qui ecclesiam S. Thomæ ædificavit, quam postea incendio consumptam Leo filius Basilii Macedonis restauravit.

De Chrysocamera.

In Chrysocamera pone Myrelæum, olim signum aureum visebatur; idcirco Chrysocamera nuncupata est. Hoc autem signum a quibusdam latroni-

bus suffuratum est tempore Bardæ Cæsaris, avunculi Michaelis, filii Theophili.

De Psarelæo.

Psarelæum monasteriorum cum antea esset vocabatur Myrelæum; imperator enim cui notum erat nomen, voluit ut Psarelæum appellaretur. Monachi vero a Constantino Copronymo injuria affecti inde profugerunt.

De porta seu tractu cognomine Psamatha.

In porta seu tractu Psamatha cognomine, idolum stabat, quod quidam gentilis colebat, cui Christiani dicebant, Idolum quod ceu Deum colis, deus falsus et ementitus est, ac ex eo locus iste ita cognominatus est. Cæterum hæc porta dicta est Quinta, eo quod numero quinta sit.

De palatiis quæ in tractu Psamatha exstant.

Palatia autem et gerocomium in tractu Psamatha dicto, exstruxit S. Helena; pariterque S. Theodorum Claudii nuncupatum. Urbicius vero structuræ præfectus condidit templum S. Juliani propriis sumptibus. Ibidem erant castra Romanorum.

De porta S. Æmiliani.

Porta S. Æmiliani nomen accepit a proximo templo S. Æmiliani, quod prius parvum erat oratorium. Cum autem Moysis virga afferretur, eam hoc loco excepit Constantinus Magnus, et S. Deiparæ ecclesiam exstruxit; et sic locus ille appellatus fuit Rhabdos seu virga. Præterea et magnam ecclesiam S. Æmiliani ædificavit: deinde vero sacram illam virgam in palatium transtulit.

De cisternis et de aquæductu.

Aquæductum ingentium arcuum, seu in cœlum usque educti fornices, a Valente, uti nunc conspiciuntur, exstructi sunt. Ad Cisternam Aetii cognominatam, quam Aetius exstruxit, statua ipsius Aetii erecta erat.

De Asparis cisterna.

Asparis cisternam Aspares et Ardaburius exstruxere, tempore Leonis Magni. Qua absoluta ambo inibi interfecti sunt ab eodem imperatore; eo quod conjuratione cum populo inita, Leonem ab imperio ejicere statuerant, nisi de industria eos dolo sustulisset imperator. Cæterum domus Asparis erat, quam deinde possedit Basilius accubitor.

De cisterna Boni.

Cisternam Boni ædificavit Bonus patricius Roma rediens; eamque cameris cylindricis texit. Domus autem ejus ibidem erat: vivebatque sub Heraclio imperatore.

De cisterna Mocisia.

Cisternam Mocisiam Anastasius Dicorus condidit. Cum vero eam exstrueret, in urbe cives fame et siti laborabant, ut unus modius integro numero veniret. Nomen vero hæc cisterna habet a vicino templo S. Mocii.

A Βάρδα Καίσαρος, τοῦ θείου Μιχαὴλ, υἱοῦ τοῦ Θεοφίλου, ἐκλάπη.

Περὶ τὰ Ψαρελαίου.

Τὰ Φαρελαίου πρότερον ἐκαλεῖτο Μυρέλαιον, μονὴ οὖσα. Καὶ γνωρίσας αὐτὸ ὄνομα ἀντεῖπεν ὁ βασιλεὺς, ἵνα ἀκούῃ Ψαρέλαιον· ὅπου ἐνόβριζε τοὺς μοναχούς ὁ Κοπρώνυμος, καὶ ἔφυγον ἐκεῖθεν.

Περὶ τοῦ Ψαμαθᾶ.

Ἵστατο δὲ εἰς τὸν Ψαμαθὰν εἴδωλον, καί τις τῶν εἰδωλολατρῶν ἐσέβετο αὐτό. Ἔλεγον δὲ αὐτῷ οἱ ὀρθόδοξοι, ὅτι Τὸ εἴδωλον, ὃ σέβῃ ὡς θεὸν, ψεῦμα τινός ἐστι· καὶ ἐτομολογήθη ὁ τόπος οὕτως. Ἡ δὲ Πέμπτη πόρτα ἐκλήθη, διὰ τὸ εἶναι κατ' ἀριθμὸν

B πέμπτην.

Περὶ τῶν ἐν αὐτῷ παλατίων.

Ἀλλὰ καὶ παλάτια, καὶ τὸ Γηροκομεῖον, τὰ εἰς τὰ Ψαμαθὰ ἡ ἁγία Ἑλένη ἀνήγειρεν· ὁμοίως καὶ τὸν Ἅγιον Θεόδωρον τὸν Κλαυδίου. Ἡ Οὐρβίκιος ὁ παριστάμενος εἰς τὰ κτίσματα ἀνήγειρε καὶ τὸν Ἅγιον Ἰουλιανὸν ἐξ οἰκείων ἐξόδων, ἐν ᾧ ἐτύγχανε ἅπληκτά τῶν Ῥωμαίων.

Περὶ τῆς πόρτης τοῦ ἁγίου Αἰμιλιανοῦ.

Ἡ καλουμένη τοῦ ἁγίου Αἰμιλιανοῦ πόρτα οὕτως ἐκλήθη, διὰ τὸ εἶναι πλησίον τοῦ ναοῦ τοῦ ἁγίου Αἰμιλιανοῦ, ὅς πρότερον μὲν ἦν εὐκτήριον μικρὸν· ἀλλ' ὅτε ἦχθη τοῦ Μωσέως ἡ ῥάβδος, ἐδέξατο αὐτὴν ἐκεῖσε ὁ Μέγας Κωνσταντῖνος, καὶ ἀνήγειρε ναὸν τῆς Θεοτόκου, καὶ οὕτως ὠνομάσθη ὁ τόπος Ῥάβδος. Ἀνήγειρε δὲ καὶ τὸν Ἅγιον Αἰμιλιανὸν μέγαν· εἶθ' οὕτως ἔφερε τὴν ἁγίαν ῥάβδον ἐν τῷ παλατίῳ.

C

Περὶ τῶν κινστερνῶν, καὶ περὶ τοῦ ἀγωγοῦ.

Ὅτι ὁ ἀγωγὸς τῶν μεγάλων ἀψίδων, ἥτοι αἱ οὐράνιαι καμάραι ὑπὸ Οὐαλεντος ἐκτίσθησαν, ὡς ὁρᾶται. Καὶ ἐν ἐνδὲ καλουμένῃ τοῦ Ἀετίου κινστέρνῃ, ἥτις ὑπ' αὐτοῦ ἐκτίσθη, καὶ στήλη ἵστατο τοῦ αὐτυῦ.

Περὶ τῆς τοῦ Ἄσπαρος.

Ἡ δὲ λεγομένη Ἀσπάρου κινστέρνα ὑπὸ Ἀσπάρου καὶ Ἀρδαβουρίου ἐκτίσθη, ἐπὶ τοῦ Μεγάλου Λέοντος· καθ' ἣν ἀμφότεροι, πληρωθείσης αὐτῆς, ἀνῃρέθησαν παρὰ τοῦ αὐτοῦ βασιλέως, οἵτινες ἐβούλοντο μετὰ τοῦ δήμου καταβιβάσαι Λέοντα τῆς βασιλείας, εἰ μὴ ἐξ ἀγχινοίας οὗτος τούτους ἀνεῖλε

D δόλῳ. Ὁ δὲ οἶκος τοῦ Ἀσπάρου ἦν, ὅνπερ εἶχε Βασιλειος ὁ παρακοιμώμενος.

Περὶ τῆς τοῦ Βώνου.

Τὴν δὲ Βώνου κινστέρναν ἔκτισε Βῶνος πατρίκιος, ἀνελθὼν ἀπὸ Ῥώμης· καὶ ἐσκέπασεν αὐτὴν κυλινδρικῷ θόλῳ. Ὁ δὲ οἶκος αὐτοῦ ἐκεῖσε ἦν· ὁ αὐτὸς δὲ ἦν ἐπὶ Ἡρακλείου βασιλέως.

Περὶ τῆς Μωκισίας.

Τὴν δὲ Μωκισίαν ἔκτισεν Ἀναστάσιος ὁ Δίκορος. Ὅτε δὲ αὐτὴν ἔκτισε, λεῖψις ἦν ἐν τῇ πόλει ὕδατος καὶ σίτου, ὡς πιπράσκεσθαι τοῦ σίτου μόδιον ἓν εἰς τὸ νόμισμα. Ἔλαβε δὲ τὴν τοιαύτην ἐπωνυμίαν ἡ κινστέρνα, διὰ τὸ πλησίον εἶναι τοῦ Ἁγίου Μωκίου.

Περὶ τῆς τοῦ Φιλοξένου.

Εἰς τὸν Φόρον πλησίον ἐστὶ κινστέρνα, ἣν ἔκστισεν ὁ Φιλόξενος ὁ Ῥωμαῖος, ὁ ὢν ἐκ τῶν ιβ'.

Περὶ τῆς κινστέρνας τῆς βασιλικῆς τῆς μεγάλης, καὶ τῆς μικρᾶς.

Ἡ πλακωτὴ βασιλικὴ κινστέρνα, Μαλακταρία ἦν, ὅτε ἐκτίζετο ἡ Ἁγία Σοφία· ὡσαύτως καὶ ἡ ἄνωθεν αὐτῆς στέγη, ἡ Βασιλισκάρα ὀνομαζομένη, καὶ αὐτῇ Μαλακταρία ἐτύγχανε τοῦ δηλικάτου τῆς Ἁγίας Σοφίας.

Περὶ τῶν πορτῶν τῆς Χαρσίου καὶ τῆς Ξυλοκέρκου.

Ἡ Χαρσίου ἐκ τοῦ Χαρσίου δευτερεύοντος μέρους Βενέτων γέγονε. Ξυλόκερκος [δὲ ἐκλήθη], διὰ τὸ εὑρηκέναι ἐκεῖσε πολλὰ ὕδατα τοὺς τεχνίτας καὶ πολλοὺς ἔβριψαν λίθους διὰ τὴν πλημμύραν τῶν ὑδάτων εἰς τὸ θεμέλιον, καὶ ἐποίησαν παντουρώσεις ξύλων πολλῶν.

Περὶ τὸ Πολύανδρον.

Τὸ δὲ Πολύανδρος καλεῖται οὕτως, διότι ἡνώθησαν ἐκεῖσε ἀμφότερα τὰ μέρη τῶν δήμων, ὅτε ἐκτίζοντο τὰ τείχη.

Περὶ τῶν μοναστηρίων·

Τὴν μονὴν τῶν ἁγίων Κάρπου καὶ Παπύλου ἡ ἁγία Ἑλένη ἔκτισε διὰ ποικίλων μαρμάρων, εἰς μίμησιν τοῦ τάφου τοῦ Χριστοῦ, καὶ κτήματα πολλὰ ἐκύρωσε.

Περὶ τῶν Πρασίνων.

Τὰ νῦν καλούμενα Πράσινα διὰ τοῦτο οὕτως ἐκλήθη, διὰ τὸ εἶναι ἐκεῖσε σταῦλον τῶν Πρασίνων. Τὸ δὲ γηροκομεῖον ἀνήγειρε Μαρκιανὸς καὶ Πουλχερία. Ἀρτάβασδος δὲ ὁ τυραννήσας Καβαλῖνον, καὶ κρατήσας χρόνους τρεῖς, καὶ τυφλωθείς, ἀκίνητα κτήματα, καὶ τὰ ἱερὰ ἐκεῖσε ἀφιέρωσε, διότι οἶκος αὐτοῦ ἐκεῖσε ἦν. Μετὰ σπ' ἔτη ἦν ὁ Ἀρτάβασδος τῆς κτίσεως τοῦ γηροκομείου.

Περὶ τοῦ Φλωρεντίου γηροκομείου.

Τὰ Φλωρεντίου, οἶκος ἦν Φλωρεντίου πατρικίου, ἐν τοῖς χρόνοις Ἀρκαδίου βασιλέως· καὶ τελευτῶν ἐποίησε τὸν οἶκον αὐτοῦ γηροκομεῖον.

Περὶ τῆς μονῆς τὰ Ῥωμανοῦ.

Ὅτι ἡ μονὴ τὰ Ῥωμανοῦ ἐκτίσθη ἐν τοῖς χρόνοις τοῦ Λεωμακέλου παρὰ Αἵμωνος πατρικίου Ῥωμαίου. Τότε γὰρ εἰσῆλθε καὶ ᾤκησεν ἐκεῖ. Ἔχει δὲ ἀπὸ τοῦ κτισθῆναι χρόνους φπβ'.

Περὶ τῆς μονῆς τὰ Δαλμάτου.

Ἡ μονὴ τὰ Δαλμάτου ἐκτίσθη παρὰ Δαλμάτου πατρικίου, ἀνεψιοῦ τοῦ Μεγάλου Κωνσταντίνου. Ἐξ οὗ καὶ Ἄψίμαρος ὁ Τιβέριος βασιλεὺς, ὅτε ἀνῆλθε μετὰ χελανδίων καὶ ἐκράτησε τὴν βασιλείαν, τὸν Λέοντιον βασιλέα ἐφρούρει ἐκεῖ.

Περὶ τῆς μονῆς τὰ Κουκοροβίου.

Τὰ Κουκοροβίου τὴν μονὴν ἔκτισεν ὅσιος Εὐάρεστος ἐν τοῖς χρόνοις τοῦ Τραύλου τοῦ Ἀμορβαίου.

De cisterna Philoxeni.

Proxime forum visitur Cisterna exstructa a Philoxeno Romano, qui erat unus ex duodecim.

De Basilica magna cisterna, et de alia minore.

Basilica cisterna lapidibus constrata Malactarea erat, quo tempore S. Sophia construebatur : lacunar item superius, Basiliscarium nuncupatum, Malactarea erat delicati S. Sophiæ.

De porta Charsiæ et Xylocercos.

Porta Charsiæ exstructa fuit a Charsia secundario factionis Venetæ. Porta vero Xylocercos inde dicta, quod ibi artifices magnam aquæ copiam invenerint, et multos lapides projecerint in fundamentum ob aquarum inundationem, fulcimenta multis ex lignis supponentes.

De porta Polyandri.

Porta Polyandri sic dicitur, quod utraque factio ibi convenisset, cum muri ædificarentur.

De monasteriis.

Monasterium SS. Carpi et Papyli exstruxit S. Helena ad imitationem sepulcri Christi, ex vario marmore, multisque possessionibus ditavit.

De Prasinis.

Locus nunc Prasina appellatus, inde nomen accepit, quod ibidem stabulum esset factionis Prasinæ. Gerocomium vero Marcianus et Pulcheria condiderunt. Cæterum Artabasdus, qui tyrannidem adversus Constantinum Caballinum arripuit, tres annos imperio potitus et postea excæcatus est, possessiones immobiles ac sacra vasa eidem gerocomio dicavit, eo quod domus ejus ibi sita esset. Vivebat autem Artabasdus annis ducentis et octoginta post conditum gerocomium.

De gerocomio Florentii.

Florentii tractus, domus erat Florentii patricii tempore Arcadii imperatoris, quam moriens in gerocomium mutavit.

De monasterio Romani.

Monasterium Romani conditum est temporibus Leonis Macelli ab Hæmone patricio Romano : nam tunc ingressus in urbem istic habitavit. Exstruxit autem ipsum annis abhinc quingentis octoginta duobus.

De monasterio Dalmati.

Monasterium Dalmati ædificavit Dalmatus patricius, Magni Constantini consobrinus. Cæterum Tiberius Apsimarus, postquam cum suis chelandiis Byzantium pervenit, et imperio potitus, Leontium imperatorem ibidem inclusum custodivit.

De monasterio Cucorobii nuncupato.

Monasterium Cucorobii cognomine condidit S. Evarestus sub Michaele Balbo Amorrhæo.

De monasterio S. Zoes, quod est ad cisternam Mocisiam

Sciendum est monasterium S. Zoes ad cisternam Mocisiam conditum fuisse a Marciano, qui ibi sepultus est.

A Περὶ τῆς μονῆς τῆς ἁγίας Ζωῆς, τῆς ἐν τῇ Μωκισίᾳ.

Τὴν ἐν τῇ Μωκισίᾳ Ἁγίαν Ζωὴν, δεῖ εἰδέναι, ὅτι ὁ ὅσιος Μαρκιανὸς ἔκτισε, καὶ ἐκεῖ κεῖται.

De Sancto Luca.

Cœmeterium S. Lucæ, et triclinia, et ipsum templum ædificavit Irene Attica, ut ibi gratis pauperes sepelirentur. Nam cum admodum virtutis studiosa et pia esset, complures domus senibus, peregrinis et pauperibus sustentandis exstruxit. Item tributorum onera minuit. Cæterum pro mortuis condidit sepulcra; pro vivis, triclinia pistorii; pro bene valentibus, hospitale Irenæ nuncupatum.

Περὶ τοῦ Ἁγίου Λουκᾶ.

Τὸν ἅγιον Λουκᾶν, ἔνθα οἱ νεκροὶ θάπτονται, καὶ τοὺς Τρικλίνους, καὶ αὐτὸν τὸν ναὸν ἔκτισεν Εἰρήνη ἡ Ἀθηναία εἰς τὸ θάπτεσθαι δωρεὰν τοὺς πένητας· πάνυ γὰρ φιλάρετος οὖσα καὶ εὐσεβὴς, καὶ πολλὰ γηροκομεῖα, καὶ ξενοδοχεῖα, καὶ γηροτροφεῖα ἐποίει εἰς ἀνάπαυσιν τῶν πενήτων, καὶ φόρων κουφισμοὺς ἐξέκοψε. Ἔκτισε καὶ εἰς ταφὴν τοὺς τάφους· καὶ εἰς ζωὴν, τοὺς τρικλίνους τοῦ πιστωρείου· εἰς ὑγίειαν, τὸν ξενῶνα, τὰ Εἰρήνης καλούμενον.

De monasterio S. Mocii.

Sanctum Mocium primo exstruxit Constantinus Magnus, paganorum multitudine istic habitante : eratque templum Jovis, et ex ejus lapidibus ædes sacra est ædificata. Venientes vero in ædem Sancti Mocii (Ariani), cum loci desiderio capti essent, deprecati sunt imperatorem Constantinum, ut sibi illam ad habitandum concederet, quam adepti, statim templum excitarunt Ariani, et celebrandis divinislaudibus ipsum annos septem frequentarunt. Cecidit vero cum in eo sacras liturgias celebrarent anno septimo, ubi et multi Ariani interfecti sunt. At sub Justiniano Magno rursus ædificatur eadem ædes, et hactenus perstat.

B Περὶ τῆς μονῆς τοῦ Ἁγίου Μωκίου.

Ἰστέον ὅτι ὁ Ἅγιος Μώκιος, πρῶτον μὲν ὑπὸ τοῦ Μεγάλου Κωνσταντίνου ᾠκοδομήθη. Ἑλλήνων πλήθη ἐκεῖσε κατοικούντων πολλά. Καὶ ναὸς ἦν τοῦ Διὸς, καὶ ἐκ τῶν αὐτοῦ λίθων ὁ ναός. Ἐλθόντες δὲ ἐν τῷ αὐτῷ ναῷ τοῦ ἁγίου Μωκίου [Ἀρειανοὶ] ἠράσθησαν, καὶ παρεκάλουν τὸν βασιλέα Κωνσταντίνον κατοικεῖν αὐτοὺς ἐκεῖσε· ὅ καὶ γέγονε. Παρευθὺς οὖν ἐγείρουσι τὸν ναὸν οἱ Ἀρειανοὶ, καὶ ἐδοξάζετο ὑπ' αὐτῶν ἔτη ἑπτά. Ἐκπίπτει δὲ λειτουργούντων αὐτῶν τῷ ζ' ἔτει· ἐν ᾧ καὶ πολλοὶ Ἀρειανοὶ ἀπεκτάνθησαν. Ἐν ταῖς ἡμέραις δὲ Ἰουστινιανοῦ τοῦ Μεγάλου ἀνεγείρεται ὁ αὐτὸς, καὶ ἵσταται ἕως ἀρτι.

De eodem.

Ex templo S. Mocii, et S. Menæ ejectis duntaxat simulacris, sic illa cognominavit. Integram vero Sancti Menæ ædem, sacris vasis ac prædiis suburbanis locupletatam, anno post centesimo tricesimo quinto ædificandam curarunt Pulcheria et Marcianus. Cæterum templum Sancti Mocii triplo tunc majus, quam nunc est, duabus tertiis partibus contraxit Constantinus et mater ejus; ibidemque altare exstruxit. Quoniam vero ibi olim S. Mocius interfectus fuerat, ideo templum hoc quasi ipsi proprium exstruxit, ejusque corpus illuc transtulit.

C Περὶ τοῦ αὐτοῦ.

Ἐκ τοῦ Ἁγίου Μωκίου, καὶ τοῦ ἁγίου Μηνᾶ ἐδίωξε τὰ ἀγάλματα, καὶ ὠνόμασε τοὺς ναοὺς οὕτως. Τὴν δὲ τελείαν αὐτοῦ ἀνοικοδομὴν ἐποίησε Πουλχερία, καὶ Μαρκιανὸς μετὰ ρλε' χρόνους, προστεθέντες ἱερὰ σκεύη, καὶ προάστεια. Τοῦ δὲ αὐτοῦ ἁγίου Μωκίου ὑπάρχοντος ἕτερα δύο μήκη, παρ' ὃ ἐστιν, ἐξέκοψε τὸ δίμοιρον μέρος ὁ μέγας Κωνσταντῖνος καὶ ἡ τούτου μήτηρ, καὶ ἀνήγειρε τὸ θυσιαστήριον. Διότι δὲ ἀνῃρέθη ὁ ἅγιος Μώκιος ἐκεῖσε, τούτου χάριν ἀνήγειρε καὶ τὸν ναὸν, ὡς ἴδιον αὐτοῦ, καὶ τὸ σῶμα αὐτοῦ ἐκεῖσε ἤνεγκε.

De monasterio Libis.

Monasterium Libis sub Romano seniore, et Constantino Porphyrogenito, Leonis filio, conditum est a Libe patricio et drungario classis; qui etiam ibidem xenodochium exstruxit.

Περὶ τοῦ Λιβός.

Ἡ μονὴ τὰ Λιβὸς ἐν τοῖς χρόνοις Ῥωμανοῦ τοῦ γέροντος, καὶ τοῦ Πορφυρογεννήτου Κωνσταντίνου, τοῦ υἱοῦ Λέοντος, ἀνηγέρθη παρὰ πατρικίου τοῦ Λιβός, D γεγονότος δρουγγαρίου τῶν πλωΐμων, ποιήσαντος ἐκεῖσε καὶ ξενῶνα.

De ecclesia veteri S. Joannis præcursoris.

Ecclesiam S. Joannis præcursoris veterem, cujus ædificium terrestri muro incumbebat, condidit Constantinus Magnus.

Περὶ τοῦ Προδρόμου τῆς παλαιᾶς.

Τὸν δὲ Πρόδρομον τὴν παλαιὰν, ἀνήγειρεν ὁ Μέγας Κωνσταντῖνος· τὸ δὲ κτίσμα ἠκούμβιζεν εἰς τὸ χερσαῖον τεῖχος.

De templo Sancti Eleutherii a quodam patricio condito.

Templum S. Eleutherii exstruxit sub Arcadio imperatore quidam patricius.

Τὸν δὲ Ἅγιον Ἐλευθέριον πατρίκιός τις ἔκτισε. ἐν τοῖς χρόνοις Ἀρκαδίου τοῦ βασιλέως.

De S. Philippi monasterio.

Monasterium sancti Philippi apostoli condidit Anastasius Dicorus, multisque possessionibus ditavit.

Περὶ τοῦ Ἁγίου Φιλίππου.

Τὸν Ἅγιον Φίλιππον τὸν ἀπόστολον Ἀναστάσιος ὁ Δίκορος ἀνήγειρε, καὶ κτήματα πολλὰ ἐπεκύρωσε.

Περὶ τοῦ Ἁγίου Μανουήλ.

Τὸν δὲ Ἅγιον Μανουήλ, Σαβὲλ καὶ Ἰσμαὴλ, μετὰ τὸ καυθῆναι αὐτοὺς ἐπὶ Ἰουλιανοῦ τοῦ Παραβάτου ἐπὶ τοῦ χερσαίου τείχους, ὁ Μέγας Θεοδόσιος ἀνήγειρε, καὶ τὰ σώματα αὐτῶν ἐκεῖ ἔθετο.

Περὶ τῶν Ἁγίων Νοταρίων.

Τοὺς δὲ Ἁγίους Νοταρίους ὁ Μέγας Θεοδόσιος ἀνήγειρε, καὶ τὰ σώματα αὐτῶν ἐκεῖσε ἔθετο.

De ecclesia Deiparæ in Sigmate a Constantino Magno condita.

Καὶ τὴν Θεοτόκον, τὴν εἰς τὸ Σίγμα, ὁ Μέγας Κωνσταντῖνος ἀνήγειρεν· εἶτα δὲ ὁ Μέγας Ἰουστινιανὸς ἀνέκτισε. Μετὰ δὲ τκη' ἔτη σεισμοῦ γεγονότος φοβεροῦ, ἐπὶ τῆς βασιλείας Βασιλείου, μετὰ τὸ ἀνελεῖν τὸν Μιχαὴλ, συνεπτώθη ὁ ναὸς ἐν ἡμέρᾳ Κυριακῇ, τοῦ ἁγίου Πολυεύκτου, καὶ τοὺς ἐν αὐτῷ πάντας διέφθειρε. Καὶ ἀπὸ τότε ἐκλήθη Σίγμα.

Περὶ τῶν τὰ Κανικλείου καλουμένων.

Τὰ Κανικλείου, οἶκος ἦν Θεοκτίστου μαγίστρου καὶ ἐπὶ τοῦ Κανικλείου, τοῦ σφαγέντος παρὰ Βάρδα Καίσαρος, θείου τοῦ Μιχαήλ.

De Sancto Manuele.

Templum SS. Manuel, Sabel et Ismael, postquam ipsi a Juliano Apostata igne cremati sunt ad murum terrestrem, condidit eodem loco Theodosius Magnus, eorumque corpora ibi deposuit.

De ecclesia SS. Notariorum.

Ecclesiam SS. Notariorum exstruxit Theodosius Magnus, ibidemque eorum corpora deposuit.

De ecclesia Deiparæ in Sigmate a Constantino Magno condita.

Ecclesiam Deiparæ in Sigmate Constantinus Magnus condidit; deinde Justinianus Magnus reædificavit. Post annos vero trecentos viginti octo, imperante Basilio, occiso jam Michaele, terribili terræ motu hoc templum collapsum est, die Dominica, quæ erat. S. Polyeucto sacra; ac omnes quotquot in eo erant, oppressi fuere. Et deinceps appellatum fuit Sigma.

De tractu Caniclei.

Tractus Caniclei, domus erat Theoctisti magistri et præfecti Caniclei, qui interfectus fuit jussu Bardæ Cæsaris, Michaelis avunculi.

De monasterio Euphrosynæ cognominato Libadia.

Ὅτι ἡ μονὴ ἡ λεγομένη τῆς Εὐφροσύνης τὰ Λιβάδια ἐκτίσθη παρὰ Εἰρήνης τῆς Ἀθηναΐας, μικρὰ καὶ πενιχρά. Ὁ δὲ Μιχαὴλ ὁ υἱὸς Θεοφίλου εἰς ἔχθραν ἐλθὼν μετὰ τῆς μητρὸς αὐτοῦ, κατήγαγεν αὐτήν τε καὶ τὴν ἀδελφὴν αὐτοῦ ἐκ τοῦ παλατίου, καὶ εἰσήγαγεν ἐκεῖσε, καὶ ἀπέκειρε ταύτας, πλουτήσας τὴν μονὴν ἀπό τε κτημάτων καὶ λοιπῶν. Ἀπὸ δὲ τῆς ἀδελφῆς αὐτοῦ Εὐφροσύνης ἐκλήθη οὕτως ἡ μονή.

Περὶ τοῦ Ξυλινίτου.

Τοῦ Ξυλινίτου τὴν μονὴν ἔκτισε Νικήτας μάγιστρος ἐν τοῖς χρόνοις Λέοντος τοῦ Συρογενοῦς, τοῦ πατρὸς Καβαλίνου Κωνσταντίνου. Ὁ αὐτὸς δὲ ὁ Ξυλινίτης ἀπεκεφαλίσθη εἰς τὸν Σφενδόνα παρὰ τοῦ αὐτοῦ Λέοντος δι' ἐπιβουλῆς.

Περὶ τὰ Ἰκασίας.

Ἡ δὲ μονὴ τὰ Ἰκασίας ἐκτίσθη παρ' αὐτῆς μοναχῆς γεγονυίας, ὅτε τῆς βασιλείας ἀπέτυχε παρὰ Θεοφίλου βασιλέως, σεβασμίας καὶ ὡραίας τυγχανούσης. Ἦτις καὶ κανόνας, καὶ στιχηρὰ ποιήσασα ἐν τοῖς χρόνοις Μιχαὴλ καὶ Θεοφίλου, τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, ἔζη ἐν αὐτῇ.

Περὶ τῆς Ἁγίας Δομνίνας τὰ Ἀλεξάνδρου.

Αἱ δὲ δύο μοναὶ τῆς Ἁγίας Δομνίνας, ἡ ἐπονομαζομένη τὰ Ἀλεξάνδρου, καὶ ἡ ἄλλη μονὴ, τὰ λεγόμενα τὰ Γρηγορίας, ἐν τοῖς χρόνοις τοῦ Μεγάλου Θεοδοσίου ἐκτίσθησαν. Ἐλθυῦσαι γὰρ ἀπὸ Ῥώμης εὗρον ἄοικον τὸν τόπον, καὶ αἰτησάμενοι τὸν βασιλέα, δέδωκεν αὐταῖς τὸν τόπον, καὶ ἀνήγειραν τὰς μονάς.

Περὶ τοῦ Δίου.

Ὁ ὅσιος Δῖος αἰτησάμενος καὶ αὐτὸς τὸν βασιλέα, δέδωκεν αὐτῷ τόπον· καὶ ἀνήγειρε τὴν τοιαύτην μονήν.

Περὶ τοῦ Μυροκεράτου.

Τὸ δὲ καλούμενον Μυροκέρατον ἐκτίσθη ἐν τοῖς

De monasterio Euphrosynæ cognominato Libadia.

Monasterium Euphrosynæ cognomine Libadia, ab irene Attica exiguum valde et pauperrimum exstructum fuit. Postea vero ubi Michael, Theophili filius, cum matre sua simultatem habere cœpit, matrem et sororem suam e palatio ejectas, in hoc monasterium detonsas inclusit; monasterio possessionibus ac reliquis omnibus ditato. Cæterum ab ejus sorore Euphrosyna monasterium nomen accepit.

De monasterio Xylinitæ.

Monasterium Xylinitæ nuncupatum ædificavit Nicetas magister sub Leone Isaurico, Constantini Caballini patre. Ipse autem Nicetas Xylinites per insidias decollatus fuit in Sphendone ab eodem Leone.

De monasterio Icasiæ.

Monasterium Icasiæ condidit Icasia sanctimonialis, quando imperio repulsa est a Theophilo imperatore, etsi decora et augusta specie erat. Quæ cum in eodem monasterio sub Michaele et Theophilo ejus filio viveret hymnos et versiculos composuit.

De monasterio S. Domninæ cognomine Alexandri.

Duo hæc monasteria, quorum alterum S. Domninæ, cognomine Alexandri; alterum vero Gregoriæ dicitur, sub Theodosio Magno ædificata fuere. Etenim tunc temporis sanctæ illæ feminæ Roma venerunt, et facta ab imperatore loci hujus, a nemine habitati, copia, monasteria ibi exstruxere.

De monasterio Dii.

Similiter et S. Dius locum ab imperatore petiit, quo impetrato monasterium hoc condidit.

De monasterio Myroceratum dicto.

Monasterium cognomine Myroceratum sub Mau-

ricio imperatore conditum fuit. Narrant autem multi ex historicis, fuisse in hoc monasterio suspensum cornu olei, quo Samuel propheta reges Judæorum inungebat; atque inde monasterium nomen accepisse.

A

χρόνοις Μαυρικίου βασιλέως. Φασὶ δὲ πολλοὶ τῶν ἱστορικῶν, ὅτι τὸ κέρας τοῦ ἐλαίου, ὅπερ εἶχε Σαμουὴλ ὁ προφήτης, καὶ ἔχριε τοὺς βασιλεῖς, εἰς τὴν αὐτὴν μονὴν ἐκρέματο, καὶ διὰ τοῦτο οὕτως ἐκλήθη.

De monasterio Procopii nuncupato.

Monasterium Procopii cognomine ædificavit Procopia Augusta, filia Nicephori Seleuciensis uxor Michaelis Rhangale excuropalatæ imperatoris.

Περὶ τὰ Προκοπίου.

Ἡ καλουμένη μονὴ τὰ Προκοπίου ἐκτίσθη παρὰ Ηροκοπίας δεσποίνης, τῆς θυγατρὸς Νικηφόρου τοῦ Σελευκίου, καὶ γυναικὸς Μιχαὴλ Ῥαγγαβέ, τοῦ ἀπὸ κουροπαλάτων.

De monasterio Augustæ cognominato.

Monasterium monialium, quod Angustæ vocatur, Justinus Thrax potentissimus ædificavit uxori suæ Euphemiæ, cum ejus illic corpus esset repositum.

Περὶ τῆς μονῆς τῆς Αὐγούστης.

Τὴν δὲ γυναικείαν μονὴν τὴν καλουμένην Αὐγούστης, Ἰουστῖνος ὁ Θρᾷξ ὁ κράτιστος ἔκτισε ταύτην τῇ γυναικὶ αὐτοῦ Εὐφημίᾳ· τεθὲν καὶ τὸ σῶμα αὐτῆς ἐκεῖσε.

De monasterio Bethleem dicto, et de monasterio cognomine Gastria.

Monasterium Bethleem appellatum exstruxit Helena. Monasterium autem Gastria inde nomen accepit, quod, cum S. Helena venerandam Christi crucem Hierosolymis afferret, eam intulit Constantinopolim per portam Psamatha, et quæ supra crucem reperta erant, lilia, basilica, rosas, sampsucha, costos, balsama, ea omnia, quo conservarentur, in vasis plantavit. Et cum divertisset ibi in monasterium, locum illum Gastria appellavit.

B

Περὶ τῆς μονῆς τῆς Βηθλεὲμ, καὶ περὶ τῆς Γαστρίων.

Ἔκτισε δὲ καὶ τὴν μονὴν τὴν Βηθλεὲμ ἡ ἁγία Ἑλένη. Γαστρία δὲ καλεῖται οὕτως· αὕτη ἡ ἁγία Ἑλένη κομίσασα ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ τὸν τίμιον σταυρὸν, εἰσήγαγε τοῦτον διὰ τῆς πόρτης τοῦ Ψαμαθᾶ· καὶ τὰ εὑρεθέντα ἄνωθεν τοῦ σταυροῦ κρίνα τε καὶ βασιλικὰ, καὶ τριαντάφυλλα, καὶ σάμψυχα, κόστους καὶ βάλσαμα, ἐφύτευσεν εἰς γάστρας πρὸς τὸ διασῶσαι. Καὶ ἀπληκεύσασα ἐκεῖσε εἰς τὴν μονὴν, ὠνόμασε τὸν τόπον Γάστρια.

De monasterio S. Mamantis cognomine Xylocerci.

Monasterium S. Mamantis, quod Xylocercus dicitur, ædificavit Mauricii soror. Illa enim, Mauricio et liberis ejus [a Phoca tyranno] in portu Eutropii interfectis, collecta eorum corpora ibi deposuit· Cæterum Mauricii uxorem una cum filiabus tribus, primum quidem Phocas aliquantulum in monasterio cognomine Nova, inclusas servavit; dein vero eas decollavit: neque uxoris Mauricii corpus tumulatum esse voluit, sed in mare capite truncatum projici jussit; universamque Mauricii cognationem crudeliter perdidit.

C

Περὶ τῆς μονῆς τὰ Ξυλοκέρκου, ὁ Ἅγιος Μάμας.

Ἡ δὲ μονὴ ἡ Ξυλόκερκος, ὁ Ἅγιος Μάμας παρὰ τῆς ἀδελφῆς Μαυρικίου ἐκτίσθη. Μετὰ γὰρ τὸ ἀναιρεθῆναι τὸν Μαυρίκιον εἰς τὸν Εὐτροπίου λιμένα σὺν πᾶσι τοῖς τέκνοις αὐτοῦ, καὶ λαβοῦσα τὰ σώματα αὐτῶν κατέθετο ἐκεῖσε. Τὴν δὲ γυναῖκα αὐτοῦ καὶ τὰς τρεῖς θυγατέρας εἰς τὴν μονὴν ἐκάθισεν αὐτὰς, τὰ Νέα, πρὸς ὀλίγον· εἶθ' οὕτως ἀπεκεφάλισεν αὐτὰς Φώκας· καὶ οὐκ ἔασε τὴν γυναῖκα Μαυρικίου ταφῆναι, ἀλλ' εἰς τὴν θάλασσαν ἔῤῥιψεν ἀποκεφαλισθεῖσαν· καὶ πᾶσαν τὴν γενεὰν Μαυρικίου Φώκας ὤλεσε πικρῶς.

De monasterio Choræ.

Monasterium Choræ prius quidem oratorium erat. Crispus autem præfectus et gener crudelis Phocæ Cappadocis eo relegatus fuit, quod Heraclio imperatori suspectus esset. Etenim ipse Crispus conspiratione facta cum Heraclio urbem cum maritimis copiis occupavit: etsi Phocæ gener esset. Postea vero cum regis litteras contra ipsum accepisset Heraclius, sic Crispum allocutus est: Miser, generum te non præstitisti, et quomodo amicum te vere præstabis? Igitur hac de re istuc relegatus, monasterium hoc magnum ac pulchrum exstruxit. Cæterum inde Choræ nomen accepit, quod ibidem esset extra Byzantium locus Byzantinorum, quemadmodum et Studii locus extra urbem erat.

D

Περὶ τῆς Χώρας.

Ἡ μονὴ ἡ Χώρα πρῶτον μὲν εὐκτήριον ἦν. Κρίσπος δὲ ὁ ἔπαρχος καὶ γαμβρὸς τοῦ Καππάδοκος καὶ ἀπηνοῦς Φώκα περιωρίσθη ἐκεῖσε, ὅτι ἐν ὑπολήψει γέγονε τοῦ Ἡρακλείου τοῦ βασιλέως Καὶ γὰρ καὶ αὐτῷ συγκροτήσας ὁ αὐτὸς Κρίσπος, καὶ κρατήσας διὰ τῆς θαλασσης τὴν βασιλείαν, γαμβρὸς τυγχάνων Φώκα· καὶ μετὰ τοῦτο βασιλέως γράμματα κατ' αὐτοῦ δεξάμενος ὁ Ἡράκλειος ἔφη αὐτῷ οὕτως· Ἄθλιε, γαμβρὸν οὐκ ἐποίησας, καὶ πῶς ἀληθῆ φίλον ποιήσεις; Διὰ ταῦτα οὖν ἐκεῖσε περιορισθεὶς ἔκτισε ταύτην εἰς κάλλος καὶ μέγεθος. Ἐπεκλήθη δὲ Χώρα, διότι τῶν Βυζαντίων χωρίον ἦν ἐκεῖσε ἔξω τοῦ Βυζαντίου, καθὰ καὶ τὰ Στουδίου χωρίον, καὶ αὐτὸ ὑπῆρχεν.

De Sancto Romano.

Ædem S. Romani condidit sancta Helena, et proxime eam sacrum loculum, in quem reliquias prophetæ Danielis, S. Romani martyris, aliorumque

Περὶ τοῦ Ἁγίου Ῥωμανοῦ.

Τὸν ἅγιον Ῥωμανὸν ἡ ἁγία Ἑλένη ἔκτισε. Τὴν δὲ πλησίον αὐτοῦ ἁγίαν Σορὸν, καὶ τὸ λείψανον τοῦ ἁγίου προφήτου Δανιὴλ, καὶ τοῦ ἁγίου Ῥωμανοῦ

τοῦ μάρτυρος, καὶ τῶν λοιπῶν προφητῶν, τῶν ἐκεῖσε κειμένων ἡ αὐτὴ ἁγία Ἑλένη ἀνήγαγε, καὶ τέθεικεν ἐκεῖσε. Οἱ δὲ ἅγιοι, ὅ τε Ἰωσὴφ ὁ ποιητὴς καὶ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ Θεόδωρος ὁ Στουδίτης ἐκεῖσε ἐκαθέζοντο, καὶ ἐποίουν τοὺς κανόνας ἐν τοῖς χρόνοις Λέοντος τοῦ Ἀρμενίου, μετὰ φ' ἔτη τοῦ κτισθῆναι τὸν ναὸν, ὅτε ἦσαν οὗτοι οἱ ποιηταί.

A prophetarum, qui ibidem jacent, intulit, ac eum in locum deposuit. Cæterum S. Joseph poeta et ejus frater Theodorus Studita ibidem commorabantur canones componentes, tempore Leonis Armeni. Qui poetæ post annos quingentos a condita ecclesia vivebant.

Περὶ τῆς μονῆς τὰ Μαρτινακίου.

Τὴν μονὴν τὰ Μαρτινακίου ἀνήγειρε Μαρτινάκιος πατρίκιον, ὁ θεῖος τῆς ἁγίας Θεοφανοῦς, ἐν τοῖς χρόνοις Βασιλείου καὶ Μιχαήλ.

De monasterio cognomine Martinacii.

Monasterium Martinacii dictum ædificavit Martinacius patricius, avunculus sanctæ Theophanonis, tempore Basilii et Michaelis.

De monasterio SS. Cosmæ et Damiani Paulinæ nuncupato.

Τὰ δὲ Παυλίνης ἐκλήθη ἀπὸ Παυλίνου μαγίστρου ἐπὶ τοῦ θεοφιλοῦς Θεοδοσίου τοῦ μικροῦ. Γνωστὸς γὰρ αὐτοῦ ὑπῆρχεν, Ἦν δὲ πρὸς αὐτοῦ ὁ τόπος, καὶ ἀνήγειρε τὸν ναὸν τῶν ἁγίων Ἀναργύρων. Οὔπω δὲ ἐτελείωσεν αὐτόν. Ἐπὶ δὲ αὐτοῦ ηὑρέθη μῆλον ὀπῶρας, δίκην ἐπίχων μοδίου τὸ μέγεθος, ἀπὸ Φρυγίας κομίσαντος τοῦτό τινος· καὶ ἰδὼν αὐτὸ ὁ βασιλεὺς, ἐπὶ τῶν ἡμερῶν αὐτοῦ εὑρεθὲν τοιοῦτο ἐθαύμασε, καὶ ἔδωκε τῷ κομισαμένῳ νομίσματα ρ', καὶ ἀπέστειλεν αὐτὸ Εὐδοκίᾳ τῇ Ἀθηναίᾳ, τῇ αὐτοῦ γυναικί· Ἐκείνη δὲ ἀπέσσειλε πρὸς Παυλῖνον. Ὁ δὲ βασιλεὺς μαθὼν, καὶ ἀκριβευσάμενος περὶ τῆς τούτου ἀποστολῆς, καὶ γνοὺς τὴν ἀλήθειαν, ἐκείνην μὲν ἠμύνατο ῥήμασιν αὐστηροῖς, τὸν δὲ Παυλῖνον ὥρισεν ἀνερχόμενον ἐν τῷ παλατίῳ, ὑπὸ δύο ἀνδρῶν μελοκοπηθῆναι. Τοῦ δὲ ἀνερχομένου εἰς τὸ σκοτεινὸν, οὐκ ἠδυνήθησαν αὐτοι σφάξαι αὐτόν. Ἀλλὰ τὰ ὦτα αὐτοῦ ἐξέκοψαν· καὶ εὐθὺς ἐνόησεν ὁ Παυλῖνος τὴν ἐπιβουλὴν. Τοῦτο δὲ θαῦμα ἦν τῶν ἁγίων Ἀναργύρων, ὅπως τελειώσῃ τὸν ναὸν αὐτῶν, Ἀκούσας δὲ ταῦτα ὁ βασιλεὺς, ὅτι ἠστόχησεν, αἰσχυνθεὶς τοῦτον, ἄγνοιαν προυβάλλετο. Τελειώσαντος δὲ τὸν ναὸν, ἀπεκεφάλισε τοῦτον φανερῶς.

Tractus Paulinæ dictus nomen accepit a Paulino magistro, tempore piissimi Theodosii Junioris, cujus erat familiaris. Ipsius autem erat locus ille, et in eo ecclesiam SS. Anargyrorum Cosmæ et Damiani ædificavit. Nondum autem absoluta structura, repertum fuit eo tempore pomum autumnale modii magnitudine, quod ex Phrygia quidam ad imperatorem attulit. Quo viso imperator non absque admiratione, quod suo tempore inventum esset, eum, qui attulerat, centum nummis remuneravit, ac ipsum Eudociæ Atheniensi uxori suæ misit; illa vero Paulino. Quod ubi imperator rescivit, ac de veritate certior factus est, uxorem severa interminatione increpavit, Paulinum vero palatium subeuntem a duobus satellitibus obtruncari jussit; quem tamen in tenebris palatium ingressum, abscissis solum auribus, non potuerunt interficere; et illico ipse se insidiis circumventum novit. Id porro accidit mira SS. Anargyrorum Cosmæ et Damiani ope, ut eorum templum perficeret. Imperator autem intelligens a scopo aberratum fuisse, præ pudore, nihil sibi hac de re cognitum fuisse simulavit. Verum absoluto templo SS. Anargyrorum, ipsi caput palam amputari jussit.

De muro occidentali magnarum portarum, tempore Leonis imperatoris instaurato.

Τὰ τείχη τῆς πόλεως τῶν μεγάλων πορτῶν, τῆς δύσεως ἐπὶ Λέοντος τοῦ μεγάλου καὶ εὐσεβοῦς ἀνεκαινίσθη, ὅτε καὶ ἐλιτάνευσαν καὶ τὸ, Κύριε ἐλέησον, τεσσαράκοντα ἐξεβόησαν, καὶ ὁ δῆμος τῶν Πρασίνων ἔκραξαν οὕτως· Ἑλένη καὶ Κωνσταντῖνος καὶ Θεοδόσιος εἰς κράτος ἐδικήθησαν. Οὗτος δὲ ἐνομοθέτησε τὴν ἁγίαν Κυριακὴν ἀπραξίᾳ τιμᾶσθαι.

Muri urbis occidentales magnarum portarum sub Leone Magno ac pio renovati sunt, quo tempore supplicatio habita, ac quadragesies *Kyrie eleison*, conclamatum est, succlamante factione Prasina: *Helena, Constantinus et Theodosius prorsus victi sunt*. Cæterum hic lege sancivit, ut dies Dominica feriata coleretur.

Περὶ τὰ τείχη, τὰ πρὸς τὴν θάλασσαν.

Τὰ τείχη, τὰ πρὸς τὴν θάλασσαν ὄντα ἀνεκαινίσθησαν πρότερον ὑπὸ Τιβερίου Ἀψιμάρου· ἕως γὰρ αὐτοῦ ἠμελημένα ἐτύγχανον πάνυ. Εἶτα ἐκ δευτέρου ἀνεκαίνισεν αὐτὰ Θεόφιλος.

De muris maritimis.

Muros maritimos antea penitus neglectos Tiberius Apsimarus reædificavit. Deinde eosdem Theophilus secundo restauravit.

Περὶ τοῦ Πύργου τοῦ Κεντηναρίου.

Εἰς δὲ τὸν πύργον τὸ Κεντηνάριον ἔξοδος ἐγένετο πολλὴ. Σεισμοῦ δὲ γενομένου καὶ χαλάσαντος, ἀνήγειρεν αὐτὸν Θεόφιλος, ὡς ὁρᾶται μικρός.

De turre Centenarium vocata.

Turris cognomine Centenarium magnis sumptibus exstructa fuit: illa autem terræmotu collapsa, parvam hanc, ut videre licet, reædificavit Theophilus.

Τὰ ἔξω μοναστήρια.

Ἡ δὲ Ἀχειροποιήτης ἐκτίσθη παρὰ τοῦ Μεγάλου Κωνσταντίνου εἰς τὸ καθέζεσθαι Ἀβράμιον τὸν μοναχὸν ἐκεῖσε. Διὸ καὶ ἐκλήθη Ἀβραμίου,

De monasteriis extra urbem.

Monasterium Achiropoetes dictum condidit Constantinus Magnus, ut Abramium monachum istic collocaret; unde Abramii appellationem sumpsit.

De Hebdomodo.

Templum oblongum Hebdomum nuncupatum exstruxit Constantinus Magnus in honorem S. Joannis Theologi. Templum autem, rotundo tecto, conchis instructum condidit Theodosius Magnus, ac Præcursori nuncupavit; eo quod ipso imperante caput Joannis Præcursoris allatum fuisset, quod in Hebdomo suburbio exceptum in ecclesiam S. Joannis theologi una cum Nectario patriarcha deposuit. Deinde vero Rufinus magister persuasit imperatori ut templum S. Joannis Præcursoris construeret, in quo ejusdem sacrum caput reponeretur.

De ecclesia SS. Deiparæ ad Fontem.

Ecclesiam SS. Deiparæ ad Fontem, Justinianus magnus ædificavit. Cum enim aliquando in Thraciam venatum iret, et ex hoc templo, quod tunc parvum oratorium ac unius monachi domicilium erat, magnam videret prodire populi multitudinem, interrogavit quidnam illud esset. Respondit autem Strategius magister et custos imperialis pecuniæ, fontem ibi esse morbos sanantem. Tunc imperator admiratione affectus hanc ecclesiam ex superfluis Magnæ ecclesiæ materiis, exstrui curavit.

De monasteriis ultra fretum, et de monasterio Picridii.

Monasterium Picridii ædificavit Picridius quidam cubicularius tempore Irenæ Atticæ.

De monasterio Armamentarii dicto.

Monasterium S. Panteleemonis, Armamentarii cognomine, primum sub Mauricio armamentum erat. Post annos vero ducentos quadraginta et octo Theodora Theophili uxor in monasterium mutavit, multisque possessionibus ditavit.

De castello.

Castellum hoc modo conditum et nomen sortitum est. Tiberius Mauricii socer castellum ac munimentum navibus exstruxit, eo quod Chaganus Bulgarorum princeps irruptione in Thraciam facta, omnia ad portas usque igne ac ferro vastaret, unde Tiberius muros castello munivit, ubi naves inclusit.

De loco Hierii nuncupato.

In loco cognomine Hierii trans fretum sacerdotis cujusdam colebatur statua, nomine Irus. Dicebantur etiam et Herii, quod ibidem essent multa sepulcra; etenim civium corpora ibi tumulabantur. Ibidem vero ecclesiam condidit Constantinus Magnus. Cæterum primum ibi habitavit et docuit S. Andreas apostolus, qui deinde sanctum Stachyn ordinavit episcopum.

De S. Irene cognomine Galata.

Ecclesia S. Irenes Galata, sic vocata est a Galatione quodam ibi habitante. Cæterum S. Andreas Byzantium cum venisset, exstructis in loco Harmatii dicto ædibus, illic habitavit. Sculpsit etiam propria manu crucem ex lapide, collocavitque in ecclesia veteri S. Irenes. Deinde in Neorium commigravit, hoc est in porticum quæ

Περὶ τοῦ Ἑβδόμου.

Τὸ δὲ Ἑβδομον ὁ δρομικὸς ναὸς ἐκτίσθη παρὰ τοῦ Μεγάλου Κωνσταντίνου εἰς ὄνομα τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τοῦ Θεολόγου. Ὁ δὲ στρογγυλόστεγος ναὸς ὁ ἔχων τὰς κόγχας. ὠνομέσθη Πρόδρομος, καὶ ἐκτίσθη παρὰ τοῦ Μεγάλου Θεοδοσίου· διότι ἐν τοῖς χρόνοις αὐτοῦ ἡ ἁγία κεφαλὴ τοῦ Προδρόμου ἤχθη, καὶ ἐδέξαντο αὐτὴν εἰς τὸ Ἑβδομον, καὶ ἀπέθεντο εἰς τὸν ναὸν τοῦ Θεολογοῦ μετὰ Νεκταρίου Πατριάρχου. Ὁ δὲ μάγιστρος Ῥουφῖνος ἔπεισε τὸν βασιλέα κτίσαι ναὸν τοῦ Προδρόμου, εἰς τὸ τεθῆναι τὴν ἁγίαν αὐτοῦ κάραν,

Περὶ τῆς Πηγῆς.

Τὴν δὲ Πηγὴν ἔκτισεν Ἰουστινιανὸς ὁ Μέγας· εἰς τὸ κυνηγῆσαι ἐξερχόμενος εἰς τὴν Θρᾴκην, εἶδε λαοῦ πλῆθος ἐκεῖθεν ἐξερχόμενον, ὄντος εὐκτηρίου μικροῦ, καὶ ἑνὸς καθεζομένου μοναχοῦ, καὶ ἠρώτησεν ὁ βασιλεὺς, τί ἐστιν; ὁ δὲ Στρατήγιος ὁ μάγιστρος ὁ φύλαξ τῶν βασιλικῶν χρημάτων εἶπεν αὐτῷ ὅτι ἡ πηγὴ τῶν ἰαμάτων ἐστί. Τότε θαυμάσας ὁ βασιλεὺς ἔκτισεν αὐτὴν ἐκ τῶν περισσευμάτων τῆς Μεγάλης ἐκκλησίας.

Περὶ τῶν μοναστηρίων τῶν περατικῶν, καὶ περὶ τῆς τὰ Πικριδίου μονῆς.

Τὰ Πικριδίου ἡ μονὴ ἐκτίσθη παρὰ Πικριδίου τινὸς κοιτωνίτου ἐν τοῖς χρόνοις Εἰρήνης Ἀθηναίας.

Περὶ τὰ Ἀρμαμενταρίου.

Τὰ Ἀρμαμενταρίου ἡ μονὴ, ὁ Ἅγιος Παντελεήμων, πρῶτον ἐπὶ Μαυρικίου ἀρμαμέντιον ἦν. Μετὰ δὲ χρόνους σμη' Θεοδώρα ἡ γυνὴ Θεοφίλου μονὴν αὐτὸ ἐποίησε, καὶ κτήματα πολλὰ ἐπεκύρωσε.

Περὶ τοῦ Καστελλίου.

Τὸ δὲ Καστέλλιον ἐκτίσθη καὶ ἐκλήθη οὕτως. Τιβέριος ὁ πενθερὸς Μαυρικίου ἐκαστέλλωσε καὶ ὠχύρωσε τὰς ναῦς, διὰ τὸ ἐλθεῖν Χάγανον τὸν ἄρχοντα τῶν Βουλγάρων καὶ ἐμπρῆσαι, καὶ κατακαῦσαι, καὶ κατασφάξαι ἅπαντα τὰ Θρᾳκῶα μέρη μέχρι πορτῶν· ὅθεν καὶ ἐκαστέλλωσε τὰ τείχη, καὶ ἐν αὐτῷ ἀπέκλεισε τὰς ναῦς.

Περὶ τὰ Ἱερείου.

Ὅτι τὰ Ἱερείου πέραν ἱερέως τινὸς ἐσέβετο στήλη, τοὔνομα Ἶρος. Λέγεται δὲ καὶ Ἡρείου, διὰ τὸ τὰ μνήματα πολλὰ εἶναι· ἐκεῖσε γὰρ ἐθάπτοντο οἱ νεκροὶ τῶν πολιτῶν. Τὸν δὲ ναὸν ὁ Μέγας Κωνσταντῖνος ἀνήγειρε. Ορῶτον δὲ ὁ ἅγιος Ἀνδρέας ὁ ἀπόστολος ἐκάθισεν ἐκεῖσε καὶ ἐδίδασκεν· εἶθ' οὕτος ἐχειροτόνησε τὸν Στάχυν.

Περὶ τῆς Ἁγίας Εἰρήνης τὰ Γάλατα.

Ἡ Ἁγία Εἰρήνη τὰ Γάλατα ἐκλήθη οὕτως ἀπὸ Γαλατιῶνός τινος οἰκοῦντος ἐκεῖσε. Ἦλθε δὲ καὶ ὁ ἅγιος Ἀνδρέας ἐπὶ τὸ Βυζάντιον, καὶ ἔκτισεν εἰς τὰ Ἁρματίου, καὶ ἐκαθέζετο ἐκεῖσε. Ἐποίησε δὲ καὶ σταυρὸν ἰδιοχείρως, λατομήσας τοῦτον καὶ γλύψας, ἔστησεν αὐτὸν εἰς τὴν Ἁγίαν Εἰρήνην τὴν παλαιάν. Εἶθ' οὕτως ἦλθεν εἰς Νεώριον, τὸ λεγόμενον κερα-

τοεμβόλιον · ἐκεῖσε γὰρ καμάρα χαλκῆ ἦν, καὶ ἵστατο ἄνωθεν αὐτῆς στήλη ἔχουσα ἐν τῇ κεφαλῇ κέρατα τέσσαρα. Θαύματα δὲ ἐγένοντο ἐν αὐτῇ. Εἴ τις γὰρ εἶχεν ἐν αὐτῷ ὑπόληψιν εἶναι κερατᾶς, ἐκεῖσε ἀπερχόμενος καὶ προσεγγίζων τῇ στήλῃ, εὐθέως ἐγυρίζετο ἕως τρίτου · εἰ δὲ ἐκτὸς ὑπόλήψεως ἦν, ἵστατο ἀσάλευτος ἡ στήλη · καὶ οὕτως ἠλέγχοντο οἱ κερατάδες.

A Cornuta dicebatur. Erat quippe ibi porticus ænea, supra quam visebatur statua quatuor cornua in capite gerens, ibidemque et prodigia edebantur. Etenim si quis suspectam habens uxoris pudicitiam, ad hanc statuam accederet, continuo ter in gyrum se vertebat statua; sin autem extra suspicionem erat, immobilis stabat. Et sic cornuti declarabantur.

Περὶ τοῦ Ἁγίου Μάμαντος.

Τὸν δὲ Ἅγιον Μάμαντα ἀνήγειρεν ὁ Λεομάκελος, καὶ ἔκτισεν ἐκεῖ παλάτια, διότι ἐνεπρήζετο ἡ πόλις μῆνας ς', καὶ ἐξελθὼν ὁ Λεομάκελος, ἔκτισεν αὐτὰ, καὶ μόλον ἐποίησε, καὶ ναὸν ὡσαύτως · καὶ ἐώρα ἀπεκεῖσε τὴν πόλιν ἐμπρηζομένην. Εἶθ' οὕτως ἔβρεξε στάκτην ἐπ' αὐτῇ ὡς σπιθαμὴν τὸ πάχος. Ἔκτισε δὲ καὶ Ἱπποδρόμιον, ἐν ᾧ καὶ Μιχαὴλ ὁ βασιλεὺς ἀνῃρέθη ὑπὸ Βασιλείου.

De Sancto Mamante.

Sanctum Mamantem et quæ ibidem visuntur palatia exstruxit Leo Macelus. Cum enim urbs sex integros menses continuo incendio flagrasset, egressus Leo Macelus ibi palatia, portum et dictum templum ædificavit, quo etiam e loco incendium in urbe grassans spectabat; deinde cinerem pluit in urbe palmaris spissitudinis. Præterea idem Hippodromum condidit, in quo Michael imperator a Basilio interfectus occubuit.

B

Περὶ τῆς γεφύρας τῆς οὔσης εἰς τὸν Ἅγιον Μάμαντα.

Ὅτι εἰς τὸν Ἅγιον Μάμαντα ἵστατο γέφυρα μεγάλη ὁμοία τῆς Χαλκηδόνος, ἔχουσα καμάρας ιβ', ποταμὸς δὲ κατήρχετο παμμεγέθης, καὶ μάλιστα τῷ Φευρουαρίου μηνί. Ἔνθα καὶ δράκων ἵστατο χαλκοῦς · διὰ δὲ τὸ λέγειν τινὰς, δράκοντα οἰκεῖν εἰς τὴν γέφυραν, πολλαὶ παρθένοι ἐθύοντο, καὶ πλήθη προβάτων καὶ βοῶν καὶ ὄρνεων. Βασιλίσκος δέ τις ἐραστὴς τοῦ τόπου, ὃς ἦν εἷς τῶν ἀπὸ Νουμεριανοῦ Καίσαρος, στίσας κατῴκησεν ἐν αὐτῷ · ἔνθα καὶ ναὸν τοῦ Διὸς ἤγειρε παμμεγέθη. Ταῦτα δὲ πάντα Ζήνων τῷ δευτέρῳ ἔτει τῆς βασιλείας αὐτοῦ κατέστρεψεν.

De ponte prope Sanctum Mamantem.

Prope Sanctum Mamantem cernebatur pons magnitudine æqualis Chalcedonensi, duodecim arcubus constans, magno flumini impositus, quod præsertim mense Februario exundabat. Ibidemque stabat draco æreus; et quod quidam draconem in isto ponte habitare putarent, multæ virgines ibi immolatæ sunt; ac magna ovium, boum ac volucrum copia. Cæterum quidam Basiliscus qui a parte Numeriani Cæsaris stetit, amore loci captus, ædes ibi exstructas inhabitavit, et templum maximum Jovi excitavit; quod cum cæteris omnibus ædificiis Zeno secundo imperii sui anno evertit.

C

Περὶ τῶν ζευκτῶν κιονίων.

Τὰ ζευκτὰ κιόνιά εἰσιν, ὅπου εἶχε τοὺς τιμίους σταυροὺς, καὶ Ῥωμανὸς ὁ γέρων ἔγειρεν αὐτά.

De columellis junctis.

Columellæ junctæ illæ dicuntur ubi exstabant venerandæ cruces. Has erexit Romanus senior.

Περὶ τοῦ Ὁσίου.

Τὸν δὲ Ὅσιον ἀνήγειρεν Ἰουστῖνος καὶ Σοφια ἡ Λωβή · ὡσαύτως καὶ τὸ ὀρφανοτροφεῖον τοῦ Ἁγίου Παύλου.

De Osio.

Osium Justinus et Sophia Lobe ædificarunt; quemadmodum et orphanotrophium Sancti Pauli.

Περὶ τοῦ Ἁγίου Φώκα.

Τὸν δὲ Ἅγιον Φώκαν Βασίλειος ὁ βασιλεὺς κτίζει μετὰ καὶ τοῦ Φόρου, καὶ τῆς νέας, καὶ τῶν παλατίων τῶν Πηγῶν.

De Ecclesia S. Phocæ.

Ecclesiam S. Phocæ condit Basilius imperator : item S. Deiparæ in Foro, et ecclesiam novam, et palatia Pegana seu Fontium.

Περὶ τῆς μονῆς τὰ Δαμιανοῦ.

Τὴν μονὴν τὰ Δαμιανοῦ ἔκτισε Δαμιανὸς παρακοιμώμενος ὁ Σθλάβος ἐν τοῖς χρόνοις Θεοφίλου καὶ Μιχαήλ.

D

De monasterio Damiani.

Monasterium Damiani ædificatum fuit a Damiano præposito cubiculi, natione Sthlavo, tempore Theophili et Michaelis.

Περὶ τοῦ Ἀνάπλου.

Τὸν δὲ Ἀρχιστράτηγον τὸν εἰς τὸν Ἀνάπλουν ὁ Μέγας Κωνσταντῖνος ἀνήγειρε.

De Anaplo.

Templum Sancti Michaelis archangeli in Anaplo Constantinus Magnus exstruxit.

Περὶ τοῦ Ἁγίου Ταρασίου.

Τὸν δὲ Ἅγιον Ταράσιον λέγουσιν εἶναι προάστειον τοῦ πατριάρχου Ταρασίου, καὶ ἀνέστησεν ἐν αὐτῷ μονήν.

De Sancto Tarasio.

Sanctum Tarasium ferunt fuisse pridem villam suburbanam patriarchæ Tarasii, quam postea in monasterium mutavit.

Περὶ τοῦ Σωσθενίου.

Τὴν δὲ μονὴν τοῦ Σωσθενίου, τὸν ἀρχιστράτηγον ἔκτισεν ὁ Μέγας Κωνσταντῖνος.

De monasterio Sostheniano.

Monasterium archangeli Michaelis Sosthenianum Constantinus Magnus condidit.

De ecclesia auratis tegulis tecta.

Ecclesiam auratis tegulis tectam Justinus et Sophia Lobe condidere : item et palatia Sophiana.

De monasteriis quæ sunt trans fretum sita, et de monasterio Maleliæ dicto.

Monasterium Maleliæ nuncupatum exstruxit Malelius primus a secretis, ita appellatus.

De monasterio Pelamidæ dicto.

Monasterium cognominatum Pelamidæ ædificavit Leo philosophus tempore Constantini Magni.

De Sancto Georgio.

Ædem sancti Georgii Chalcedonensem condidit Sergius patriarcha, quemadmodum et ædem Deiparæ, Marnacii nuncupatam, ubi ejusdem corpus jacet.

De palatiis Hiereis.

Palatia Hierea a Justiniano Magno condita fuere; quæ postea Justinus ejus ex sorore nepos una cum Sophia exornavit. Locus autem ille sic appellatus est, quod antiquitus ibi templum esset Junonis.

De palatiis Bryantis.

Palatia Bryantis, Tiberius et Mauricius condidere : locus autem ille nuncupatus est Bryas, quoniam futurum est ut postremus imperatorum eggressurus ex urbe, atque Hierosolymam ad habitandum profecturus, in ipso Bryantis loco fremitum et plangentis urbis clamorem audiat.

De palatiis Damatryos.

Palatia Damatryos ab iisdem pariter ædificata fuere. Erat autem ibi saltus Constantini cæci filii Irenes.

De portu Eutropii.

Portum Eutropii, in quo Mauricio et uxori ejus atque liberis capita præcisa fuere, exstruxit Eutropius protospatharius et quæstor, tempore Constantini imperatoris.

De stupendo elephantis in urbe gesto.

Sub Theodosio Magno adductus fuit in urbem elephas juvenis, quem in quadam domo alebant. Ludis autem circensibus cum in Hippodromum eum deducerent, transeuntem per Milliarium hasta percussit leniter numularius quidam. Post annos vero decem elephas, qui jam succreverat, cum ad Hippodromum ageretur et transiret per Milliarium, reminiscens ejus, a quo olim ibi fuerat percussus, atque ipsum intuitus, subito impetu numularium cum barritu adortus, in medio Milliarii discerpsit.

De imaginibus supra magnam columnam porphyreticam erectis.

Imagines Metrophanis, Alexandri et Pauli Constantinus Magnus tabulis ligneis incidi curavit, et supra magnam columnam porphyreticam, exiguo discretas intervallo, ad orientem collocari; quas Ariani rerum potiti in Milliario aureo igni tradi-

A

Περὶ τῆς Χρυσοκεράμου.

Τὴν Χρυσοκέραμον ἔκτισεν Ἰουστῖνος καὶ Σοφία ἡ Λωβὴ, καὶ τὰς Σοφιανάς.

Περὶ τῶν περατικῶν μοναστηρίων. Περὶ τῆς Μαλελίας.

Τῆς δὲ Μαλελίας τὴν μονὴν ἀνήγειρε Μαλέλιος ὁ πρωτοασηκρῆτις, οὕτως καλούμενος.

Περὶ τῆς Πηλαμίδας.

Τὴν δὲ Πηλαμίδα ἀνήγειρε Λέων ὁ φιλόσοφος ἐν τοῖς χρόνοις Κωνσταντίνου τοῦ Μεγάλου.

Περὶ τοῦ Ἁγίου Γεωργίου.

Τὸν δὲ Ἅγιον Γεώργιον τὸν ἐν Χαλκηδόνι Σέργιος πατριάρχης ἔκτισεν· ὁμοίως καὶ τὴν Θεοτόκον τὰ B Μαρνακίου, ἐν ᾧ καὶ τὸ σῶμα αὐτοῦ κεῖται.

Περὶ τῶν παλατίων τῆς Ἱερείας.

Τῆς Ἱερείας τὰ παλάτια ἐκτίσθησαν παρὰ τοῦ Μεγάλου Ἰουστινιανοῦ. Ὁ δὲ ἀνεψιὸς αὐτοῦ Ἰουστῖνος καὶ Σοφία ἐκαλλώπισαν αὐτά. Εἴρηται δὲ οὕτως, ὅτι τῆς Ἥρας ἦν ἐκεῖ ὁ ναός.

Περὶ τοῦ Βρύαντος.

Τοῦ δὲ Βρύαντος τὰ παλάτια ἔκτισε Τιβέριος καὶ Μαυρίκιος. Ἐκλήθη δὲ Βρύας, ὅτι μέλλοντος τοῦ ἐσχάτου ἐξελθεῖν βασιλέως, καὶ κατοικίσαι εἰς Ἱερουσαλὴμ, ἐν αὐτῷ Βρύαντι μέλλει ἀκοῦσαι βρυγμὸν καὶ τὴν βοὴν τοῦ κλαυθμῶνος τῆς πόλεως.

Περὶ τοῦ Δαματρύος.

C Ὁμοίως καὶ τοῦ Δαματρύος τὰ παλάτια οὗτοι ἔκτισαν. Ἐκεῖσε δὲ ἦν τὸ πήδημα Κωνσταντίνου τοῦ τυφλοῦ υἱοῦ τῆς Εἰρήνης.

Περὶ τοῦ Εὐτροπίου λιμένος.

Τὰ δὲ Εὐτροπίου ὁ λιμὴν, εἰς ὃν ἐπετμήθη Μαυρίκιος σὺν γυναικὶ καὶ τέκνοις, ἐκτίσθη παρὰ Εὐτροπίου πρωτοσπαθαρίου καὶ κοιαίστορος ἐν τοῖς χρόνοις Κωνσταντίνου τοῦ βασιλέως.

Περὶ τοῦ γενομένου θαύματος παρὰ ἐλέφαντος ἐν τῇ πόλει.

Ἐν τοῖς χρόνοις τοῦ Μεγάλου Θεοδοσίου ἦχθη ἐλέφας μικρὸς ἐν τῇ πόλει, καὶ ἀνέτρεφον αὐτὸν εἴς τινα οἰκήματα. Ἱππικοῦ δὲ γενομένου ἔφερον αὐτὸν εἰς τὸ Ἱπποδρόμιον. Ἐν δὲ τῷ Μιλίῳ διερχόμενον ἔκρουσε τραπεζίτης τις μετριάζων μετὰ στυρακίου. D Μετὰ δὲ χρόνους δέκα τοῦ ἐλέφαντος ἀνατραφέντος, καὶ εἰς τὸ Ἱπποδρόμιον ἀγομένου, καὶ ἐν τῷ Μιλίῳ διερχομένου, ἐμνήσθη τοῦ κρούσαντος αὐτὸν, καὶ ἰδὼν αὐτὸν, εὐθέως βρυχησάμενος ἔκρουσε τὸν τραπεζίτην, καὶ ἔσχισεν αὐτὸν παραυτίκα μέσον τοῦ Μιλίου.

Περὶ τῶν εἰκόνων τῶν ἱσταμένων ἐν τῷ μεγάλῳ πορφυρῷ κίονι.

Μητροφάνους καὶ Ἀλεξάνδρου καὶ Παύλου εἰκόνες ἐν σανίσι γεγόνασιν ὑπὸ τοῦ Μεγάλου Κωνσταντίνου, καὶ ἵσταντο ἐν τῷ μεγάλῳ πορφυρῷ κίονι πλησίον κατὰ ἀνατολάς· ἅστινας οἱ Ἀρειανοὶ μετὰ τὸ κρατῆσαι, πυρὶ παραδεδώκασιν ἐν τῷ ὡρείῳ Μιλίῳ.

μετὰ καὶ τοῦ τῆς Θεοτόκου ἀπεικονίσματος, καὶ αὐτοῦ δὴ τοῦ νηπιάσαντος σαρκὶ Ἰησοῦ Χριστοῦ, καθὼς Ἀγγυριανὸς χρονογράφος ἐν τῷ δεκαλόγῳ αὐτοῦ, καὶ Ἀναστάσιος ἡμῖν παρέδωκαν.

derunt una cum imagine S. Deiparæ, et ipsius Jesu Christi infantis, ut Angyrianus chronographus libro decimo, et Anastasius memoriæ prodiderunt.

Περὶ τὸ Σμύρνιον.

Τὸ καλούμενον Σμύρνιον πλησίον τοῦ Τετραδισίου ἐμβόλου, σύνεγγυς τοῦ Ἁγίου Θεοδώρου τοῦ Σφωρακίου, ἔχει ὑποκάτω τῆς γῆς τοῦ πρὸς βορρᾶν μέρους ὀργυιὰς δέκα, στήλας ἐννέα, ἐξ ὧν δ' μέν εἰσι Κωνσταντίνου τοῦ Μεγάλου καὶ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ Φαύστης, καὶ Ἱλαρίωνος πραιποσίτου, καὶ τοῦ τρίτου παιδὸς αὐτοῦ Κρίσπου ὀνομαζομένου, ὃν Ἡρόδοτος καὶ Ἱππόλυτος χρονογράφοι λέγουσιν ἀποκεφαλισθῆναι, διὰ τὸ εἰς ὑποψίαν ἐλθεῖν ἐπὶ Φαύστῃ τῇ μητρυιᾷ αὐτοῦ. Διὸ ἐκείνην μὲν, βαλανείου σφοδρῶς ἐκκαέντος, ἐκέλευσεν ἔσωθεν τούτου κατακαῆναι· τὸν δὲ υἱὸν αὐτοῦ ἀποτμηθῆναι ἄκριτον διὰ τὴν ὑποψίαν. Διὸ καὶ τῆς μητρὸς Ἑλένης μὴ φερούσης τὴν ἀναίρεσιν τοῦ νέου, ἤδη τῆς τοῦ Καίσαρος ἀξιωθέντος τιμῆς, ἠδολέσχει ἐπὶ τῇ ἀκρίτῳ ἀποφάσει· καὶ στηλώσας τὸν τοιοῦτον υἱὸν αὐτοῦ ὁ Μέγας Κωνσταντῖνος, διὰ τὸ μετανοῆσαι καὶ λυπηθῆναι, ἔκλαυσεν ἡμέρας μ' καὶ νύκτας μ', μὴ λουσάμενος τὸ σῶμα, μηδὲ ἀνακλιθείς. Ἐποίησε δὲ τὴν τούτου στήλην ἐξ ἀργύρου καθαροῦ, βάψας αὐτὴν ἐκ χρυσίου πλείστου, ἐγκόψας τὰ γράμματα περιέχοντα· ΗΔΙΚΗΜΕΝΟΣ Ο ΥΙΟΣ ΜΟΥ. Ταύτην οὖν στήσας καὶ μετάνοιαν βαλὼν ἐλιπάρει τὸν Θεὸν περὶ ὧν ἐπλημμέλησεν. Αἱ δὲ λοιπαὶ στῆλαί εἰσι Σεβήρου, Ἀρματίου, Ζευξίππου, Βιγλεντίου τοῦ τὰ Βιγλέντια κτίσαντος, καὶ Ἐλευθερίου τοῦ τὰ ἐν Σενάτῳ παλάτια κτίσαντος. Οὗτοι οὖν πάντες παρ' αὐτοῦ ἐστηλώθησαν. Οἱ δὲ Ἀρειανοὶ εὑρόντες ἐπὶ Οὐάλεντος κατέχωσαν αὐτάς.

De loco cognominato Smyrnium.

Locus appellatus Smyrnium prope Tetradisiam porticum, ac proxime S. Theodorum Sphoracii, habet septentrionem versus concavitatem subterraneam decem ulnarum, ac novem statuas, ex quibus quidem tres sunt, Constantini Magni, Faustæ ejus uxoris, ac Hilarionis præpositi; quarta Crispi ejus filii, quem Herodotus et Hippolytus chronographi memoriæ prodiderunt, capite fuisse multatum, quod in suspicionem venisset Faustæ novercæ concubitum sollicitasse. Quamobrem Faustam quidem balneo æstuante suffocari; filio autem Crispo caput indicta causa amputari jussit. Helena vero Constantini mater juvenis mortem, Cæsaris jam dignitatem adepti, ægre ferens, nil aliud vel loquebatur vel meditabatur, quam præcipitem juvenis, qui causam non dixisset condemnationem. Quare Constantinus Magnus statuam filio suo, pœnitentia motus erexit, ac integros quadraginta dies, totidemque noctes ipsum luxit, tanta animi ægritudine, ut nunquam vel lavaret corpus, vel lecto recumberet. Statuam autem hanc ei posuit ex argento puro inauratam, cum hac inscriptione : FILIUS MEUS INJUSTE NECATUS. Hac igitur erecta statua, pœnitentium more, corpore et capite inclinato, sceleris veniam a Deo efflagitabat. Cæterum reliquæ statuæ sunt Severi, Harmatii, Zeuxippi, Vigilantii, qui Viglentia exstruxit, et Eleutherii palatii senatus conditoris. Has omnes statuas Constantinus Magnus erigi curavit, quas postea sub Valente Ariani cum reperissent, terra obruerunt.

Πῶς οὐ δαπανῶνται τὰ τείχη τῆς πόλεως, τὰ παρὰ θαλάσσης.

Κτίζων δὲ τὴν πόλιν ὁ Μέγας Κωνσταντῖνος, ὄντος τοῦ τόπου πετρώδους, καὶ μέλλοντος αὐτοῦ ἐξισοῦν πρὸς τὸ κτίζειν τοὺς ἐμβόλους καὶ ἐξάερα, κόπτοντες οἱ λιθοξόοι καὶ λατόμοι τὰς κορυφὰς τῶν πετρῶν, κατεκύλιον τοὺς λίθους τοὺς κειμένους ἔξω τῶν τειχῶν ἀπὸ τῆς Βαρβάρας, μέχρι τοῦ Παλατίου καὶ τῶν Σοφιῶν· καὶ τῶν Ἐλευθερίου, μέχρι χρυσίας· καὶ ἔσωθεν τῶν αὐτῶν λίθων ἔπηξε τὰ τείχη εἰς διάστιξιν τοῦ τείχους καὶ πῆξιν αὐτοῦ, ὅπως κυμαινομένη ἡ θάλασσα εἰς τὰς πέτρας κρούσασα γαληνιᾷ.

Quare muri maritimi urbis non consumantur.

Cum Constantinus Magnus urbem hanc condere, et locum utpote saxosum, ad porticus atriaque construenda complanare vellet, lapicidæ ac scalptores excisis petrarum apicibus lapides extra muros jacentes convolvebant, a porta Sanctæ Barbaræ ad palatium usque, et portum Sophianum, a portu autem Eleutherii, ad portam Auream : ac intra eosdem lapides murus conditus fuit, quo remotior ac solidior esset, ut agitatum mare iisdem lapidibus illisum, muris tranquillius affloueret.

Ἀρσενίου μοναχοῦ τὰ Στρογγύλου τῆς μονῆς, διήγησίς τις μερικὴ οὗπερ ἡ μονὴ πέφυκεν ἄντρον ἢ πέτρα.

Arsenii monachi monasterii Strongyli, quod in antro sive petra situm erat, narratio quædam.

Πρὸ ὀλίγου χρόνου δὴ ἐν τοῖς ἐνεστῶσιν ἐνιαυτοῖς γέγονέ τι ξένον καὶ θαύματος ἄξιον· καὶ γὰρ ἁπάραντές τινες τοῦ παραλίου μέρους τοῦ Στενοῦ, καὶ πρός τι νησίδιον τὸν ἀπόπλουν ποιοῦντες εἰς ἐξώνησιν τῶν αὐτοῖς χρειωδῶν, καταστάσεως εὐδιεινῆς τυγχανούσης, καὶ παρὰ τὸν αἰγιαλὸν τοῦ τῆς ἀνατολῆς μέρους ἡσύχως πλέοντες, οἱ ἐν τῷ πλοιαρίῳ τυγχάνοντες ναῦταί τε καὶ ἐπιβάται ἤκουον κραυγῆς

Nuper, et recenti memoria novum quidpiam et admiratione dignum accidit. Quidam enim a littore Steni cum solvissent, et ad parvam quamdam insulam ad necessaria coemenda navigarent; dum tranquillo mari orientale littus placide legerent : qui in navicula erant nautæ vectoresque, vocem aquilæ magnopere clamantis et in vitæ discrimine graviter lugentis, Deoque permittente,

implorantis auxilium, acceperunt. Quod cum animadvertissent, ad littus navem appellunt, et remamanentibus cæteris, sex sunt egressi qui vocem avis eo usque, dum appropinquassent secuti, viderunt aquilam heu! serpentis plexu ita circumdatam, ut pedibus pennisque constricta teneretur, proximumque esset, ut ab eo devoraretur. Itaque anxii cum ignorarent quo pacto servarent aquilam serpentemque interficerent, protinus redeunt ad navem non ita procul dissitam, arreptisque forcipibus ac gladiis aliisque telis æneis, necnon fabrorum ærariorum instrumentis, quæ secum vehebant, cum sociis aliis, qui in navicula remanserant, una abeunt, atque his instructi avi auxiliatum currunt. Cumque serpentem eodem, quo prius, modo aquilæ circumdatum reperissent, circumsteterunt; et cum nequirent ejus spiras gladio impetere, veriti ne aquilam occiderent, succurrit ipsis vertebram spinæ dorsi, quæ prominebat et aquilam tegebat exterior, forcipibus prehendere. Quod ubi solerter peractum est, alii cum opifice serpentem valide comprehenderunt strinxeruntque. Ille autem sese vel invitus explicuit, et caudam terram versus exporrectam in auxilium sibi movebat donec a circumstantibus est occisus. Tum aquila paululum se subduxit, alasque movere voluit nec potuit, adeo fuerat male a serpente accepta. Nautæ vero vectoresque relicta aquila ad navem rediere, læti admodum quia avem incolumem præstitissent. Rursumque inde solverunt, nec stadia duo fuerant emensi (ut cum jurejurando affirmabat monachus) cum, non ita multo postquam navigare cœpissent, eamdemque aquilam tum nautæ tum vectores supra se volare conspexerunt, et e cœlo in imum mare descendere sublatamque lauracam ingentem piscem, in navem demittere. Quo attoniti spectaculo, gratias, ut par erat, Deo egerunt, qui talem prudentiam et sagacitatem vel avibus indidisset. Ipsi gloria in sæcula, Amen. Aquilam autem dein amplius non viderunt.

A ἀετοῦ σφοδροτάτης τὴν ἑαυτοῦ ζωὴν ἀποδυρομένους καὶ, κατ' οἰκονομίαν Θεοῦ, τὸν βοηθήσαντα ἀνακαλουμένου. Οἱ οὖν ἄνδρες οἱ ἐν τῷ πλοιαρίῳ προσχόντες καὶ τούτῳ πρὸς τὸν αἰγιαλὸν ἐποκείλαντες ἐξῆλθον τὸν ἀριθμὸν ἓξ, τῶν λοιπῶν προσμεινάντων ἐν τῇ νηΐ, καὶ τῇ φωνῇ ἐπακολουθήσαντες τοῦ ὀρνέου, καὶ πλησιάσαντες αὐτῷ, εἶδον, φεῦ, τὸν ἀετὸν ὑπὸ τοῦ ὄφεως περικυκλούμενον, τούς τε πόδας καὶ τὰ πτερὰ, ὥστε μέλλοντα ὅσον οὔπω βρῶμα τῷ ἑρπετῷ τὸν αὐτὸν ὄρνιν γενέσθαι. Εἰς ἀπορίαν οὖν ἄνδρες ἐμπεσόντες, καὶ ἐν ἀμηχανίᾳ γενόμενοι, πῶς μὲν τὸν ἀετὸν ὑγιῆ ἐξελῶσι, τὸν δὲ ὄφιν ἀποκτείνωσι, παλινοστήσαντες αὖθις τάχει πολλῷ, πρὸς τὴν ναῦν παραγίνονται οὐ πόρρω τυγχάνουσαν, καὶ ἀναλαβόμενοι ἃ ἐπεφέροντο ξυλάβια καὶ ξίφη καὶ ἑτέρους αὐτῶν, τοὺς ἐν τῷ πλοίῳ, καί τινα χαλκέα μετ' αὐ- B τῶν, μετὰ τῶν προσόντων αὐτῶν χαλκευτικῶν ἐργαλίων, συναπαίρονται, καὶ συμπαραλαβόντες τοῦτο, ὥρμησαν σπουδαίως εἰς ἄμυναν τοῦ ὀρνέου· καὶ εὑρόντες πάλιν τὸν ὄφιν οὕτως ἔχοντα, καὶ περικυκλώσαντες αὐτὸν, οὐκ εἶχον ὅπως τῆς τούτου διπλᾶς ἐφάψασθαι διὰ ξίφους, ἵνα μὴ τὸν ἀετὸν ἀφανίσωσι. Σκέπτονται οὖν τὸν σπόνδυλον ὑπερανεστηκότα τοῦ ὀρνέου μετὰ τοῦ ἐργαλίου κρατῆσαι· ὃ δὴ καὶ γέγονεν εὐφυῶς, καὶ συμπαραλαβόντες καὶ ἕτεροι σὺν τῷ τεχνίτῃ, ἐπίεσαν τὸν ὄφιν σφόδρα, καὶ εὐθέως ἄκων ἀνεδιπλοῦτο, καὶ εἰς τὴν γῆν ἐξήπλου τὸ οὐραῖον αὐτοῦ, κινῶν εἰς βοήθειαν αὐτοῦ. Οἱ δὲ ἄνδρες τοῦτον ἀπέκτειναν· καὶ ὁ ἀετὸς μικρὸν ὑπεκστὰς ἐπτερύσσετο μὲν, οὐκ ἠδύνατο δὲ, κατὰ πολὺ ὑπὸ τοῦ ὄφεως τεταλαιπωρηκώς. Καὶ ἐάσαντες αὐτὸν, πάλιν C ἀνθυπέστρεψαν εἰς τὴν ναῦν, χαίροντες ἐπὶ τῇ τοῦ ἀετοῦ ἐλευθερίᾳ. Καὶ πάλιν ἀποπλεύσαντες, καὶ μήπω σταδίους δύο διαπλεύσαντες, ὡς ἀφηγούμενος ὁ μοναχὸς ἐξεῖπε μεθ' ὅρκου, ὅτι ἀρξάμενοι πλέειν, εἶδον τὸν αὐτὸν ἀετὸν ὑπὲρ ἄνωθεν τῶν ναυτῶν καὶ λοιπῶν ἀνδρῶν παραγενόμενον, καὶ ἀφ' ὕψους κατὰ τοῦ βάθους τῆς θαλάσσης κατελθόντα, καὶ λαύρακαν, ἰχθὺν παμμεγέθη, ἀνελόμενον, καὶ εἰς τὴν ναῦν κεχαλακότα. Οἱ δὲ ἄνδρες τοῦτο ἰδόντες, καὶ θαυμάσαντες, ηὐχαρίστησαν, ὡς εἰκὸς, τῷ Θεῷ, τῷ παρεσχηκότι καὶ τοῖς ὀρνέοις τοιαύτην φρόνησίν τε καὶ σύνεσιν· ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν. Τὸν δὲ ἀετὸν ἔκτοτε οὐκ ἔτι ἐθεάσαντο.

Titulus sequens perperam appositus fuit, nam quæ sequuntur, non originem seu historiam ædis Sophianæ, sed varias res, quæ sub Anastasio Dicoro, Justino Thrace ac Justiniano acciderunt, continent: suntque veluti excerpta quædam ex variis Chronicis in unum collecta.

Origo seu historia sanctissimæ Magnæ Dei ecclesiæ, videlicet sanctæ Sophiæ.

D Τὰ πάτρια τῆς ἁγιωτάτης τοῦ Θεοῦ Μεγάλης ἐκκλησίας, δηλαδὴ τῆς Ἁγίας Σοφίας.

Imperante Anastasio, Deuterius Byzantii episcopus Arianus, ausus est dicere: Baptizatur hic in nomine Patris, per Filium, in sancto Spiritu, et confestim piscina exaruit. Barbarus autem [qui baptizabatur] timore correptus, nudus aufugit, ita ut inde miraculum evulgaretur.

Cum duo episcopi, Anastasio imperante, de dogmate disputarent, quorum unus orthodoxus, alter Arianus erat, Arianusque dialecticæ peritus; orthodoxus vero dialecticæ quidem imperitus; sed pius fidelisque esset. Proposuit orthodoxus, ut omissa

Ἐπὶ τῆς βασιλείας τοῦ βασιλέως Ἀναστασίου, Δευτέριος ἐπίσκοπος Βυζαντίου Ἀρειανὸς ἐτόλμησεν εἰπεῖν· Βαπτίζεται ὅδε εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς, δι' Υἱοῦ, ἐν ἁγίῳ Πνεύματι· καὶ εὐθέως ἐξηράνθη ἡ κολυμβήθρα. Ὁ δὲ Βάρβαρος ἔμφοβος γενόμενος, γυμνὸς ἔφυγεν, ὡς ἐξ αὐτοῦ γνωσθῆναι τὸ θαῦμα.

Δύο οὖν ἐπισκόπων ἀμφισβητούντων περὶ δόγματος ἐπὶ Ἀναστασίου, ὀρθοδόξου καὶ Ἀρειανοῦ· καὶ τοῦ μὲν Ἀρειανοῦ διαλεκτικοῦ ὄντος, τοῦ δὲ ὀρθοδόξου διαλεκτικοῦ οὐκ ὄντος, ἀλλὰ θεοσεβοῦς καὶ πιστοῦ, ὁ ὀρθόθοξος προὔτεινεν, ὥστε ἀφεμένους

τῶν λόγων εἰς πῦρ εἰσελθεῖν, καὶ οὕτω δειχθῆναι τὸν εὐσεβέστερον· τοῦ δὲ Ἀρειανοῦ παραιτησαμένου, εἰσελθὼν ὁ εὐσεβὴς καὶ προσμείνας τῇ φλογίᾳ, ἐξελθὼν ἀπὸ τῆς πυρᾶς διελέγετο, καὶ ἀπαθὴς ἐφυλάττετο.

Ἰουστῖνος ὁ Θρᾷξ ὁ μέγας ἐβασίλευσεν ἔτη θ'... ἄριστος ἐν πολέμοις..., καὶ ᾠκειώσατο, καὶ στρατηλάτην ἐτίμησε, καὶ παῤῥησίαν ἔχειν πρὸς αὐτὸν ἐποίησεν. Ἐβολοφονήθη δὲ ὁ Βιταλιανὸς παρὰ τῶν πολιτῶν, μηνιόντων αὐτῷ διὰ τὴν προειρημένην ἐπανάστασιν. Ἀμάντιον δὲ τὸν πραιπόσιτον, ὃς τὸν ναὸν τοῦ ἁγίου Θωμᾶ τοῦ Ἀμαντίου ᾠκοδόμησε καὶ ἐκόσμησε [λέγεται δὲ χρήματα αὐτῷ δεδωκέναι τῷ Ἰουστίνῳ ὄντι κόμητι τῶν ἐξκουβητόρων ἐπὶ Ἀναστασίου, ὅπως Θεόκριτον τὸν ἀνεψιὸν αὐτοῦ ἀναγορεύσῃ εἰς βασιλέα], τοῦτον ἀνεῖλεν ὁ Ἰουστῖνος, καὶ τοὺς τὴν ἀνταρσίαν σὺν αὐτῷ μελετήσαντας, τὴν βασιλείαν αὐτοῦ κατασχεῖν.

Ἐπὶ αὐτοῦ, τὰ κατὰ τὸν ἅγιον Ἀρέθαν ἐν Νεγρᾷ τῇ πόλει ἐπράχθη, καὶ τὰ κατὰ τῶν Ὁμηριτῶν δι' Ἐλεσβαὰν τοῦ βασιλέως τῶν Αἰθιόπων. Ἐτυπώθη δὲ ὑπ' αὐτοῦ τὸ ἑορτάζειν ἡμᾶς, καὶ τὴν ἑορτὴν τῆς Ὑπαπαντῆς· ἐξ οὗ ἀστὴρ ἐφάνη ἐν τῷ οὐρανῷ, ἐπάνω τῆς Χαλκῆς πύλης, ὡς ἐν τῷ Ηαλατῷ φαίνων ἐπὶ ἡμέρας καὶ νύκτας κς'. Γέγονε δὲ καὶ σεισμὸς φοβερώτατος· καὶ ἡ μὲν Κωνσταντινούπολις ἐν διαφόροις τόποις ἀπέλαβεν· ἡ δὲ μεγάλη Ἀντιόχεια πάθος ἔπαθεν ἀνεκδιήγητον, ὡς καταποθῆναι πᾶσαν σχεδὸν τὴν πόλιν, καὶ τάφον κοινὸν γενέσθαι τῶν οἰκητόρων. Τοσαύτη δὲ ἡ ὀργὴ τοῦ Θεοῦ ἐπῆλθεν, ὡς καὶ τοὺς ὑπολειφθέντας πῦρ ἐξελθὸν ἀπὸ τῆς γῆς οἰκτρῶς κατέφλεξε. Ἀλλὰ καὶ ἡ Πομπηϊούπολις τῆς Μυσίας διαῤῥαγεῖσα, μέσον κατεπόθη μετὰ τῶν οἰκητόρων· καὶ ἔκραζον ὑπὸ τὴν γῆν ὄντες οἱ ἄνθρωποι, Ἐλεήσατε.

Γυνή τις ἐπὶ αὐτοῦ ἀνεφάνη γιγαντοειδὴς ἐκ Κιλικίας οὖσα, ὑπερέχουσα τῇ ἡλικίᾳ παντὸς ἀνθρώπου μακροῦ πῆχυν ἕνα, καὶ πλατεῖά σφόδρα, ὡς ἐπὶ θαύματος οἱ ὁρῶντες αὐτὴν ἐν τοῖς ἐργαστηρίοις καὶ οἴκοις, ἐδίδουν αὐτῇ ὀβολόν.

Ὁ δ' αὐτὸς βασιλεὺς πολλὰ ἐφιλοφρονήσατο τῇ τε πόλει Ἀντιοχείᾳ πρὸς ἀνοικοδομεῖν, καὶ τοὺς ἐν αὐτῇ ὑπολειφθέντας ζῶντας... τοσοῦτον δὲ ἐπὶ αὐτοῦ ἤλγησεν, ὡς καὶ τὸ διάδημα ἀποτιθέναι καὶ τὴν πορφύραν, καὶ σάκκον καὶ σποδὸν περιβάλλεσθαι, καὶ πενθεῖν ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας. Ἐτελεύτησε δὲ καταλιπὼν βασιλέα Ἰουστινιανὸν τὸν ἴδιον ἀνεψιόν. Ἐτέθη δὲ τὸ σῶμα αὐτοῦ ἐν τῇ μονῇ τῆς Αὐγούστης ἐν λάρνακι μετὰ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ Εὐφημίας, ἐν ᾗ καὶ ἐπιστολαὶ εὑρέθησαν. Τὸν δὲ ἀρχιεροσύνης θρόνον διεῖπεν Ἰωάννης ὁ λεγόμενος Καππαδόκας.

Ἰουστῖνος δὲ ἀνεκαλέσατο πάντας εὐσεβεῖς καὶ ἱερεῖς ὀρθοδόξους, οὓς Ἀναστάσιος ἀδίκως ἐξώρισεν.

Ἐπὶ τῆς αὐτοῦ βασιλείας ἐν Ἐδέσσῃ τῇ πόλει, Σκιρτοῦ τοῦ ποταμοῦ μέσον αὐτῆς διερχομένου, πλημμυρήσαντος, ταύτην σὺν τοῖς κατοίκοις κατ-

A disputatione ambo ingrederentur in pyram sicque comprobaretur utrius religio præstaret. Recusante Ariano, ingressus in pyram orthodoxus, et in flammis aliquantum temporis versatus; postquam inde egressus fuit, edisserebat, incolumisque permansit.

Justinus Thrax, magnus ille, imperavit annis novem... in bellis strenuissimus... et in familiaribus habuit [Vitalianum], ducemque creavit, eique secum quidvis libere loquendi fecit potestatem. Dolo autem occisus est Vitalianus a civibus, ob excitatam prædictam seditionem ipsi, infensis. Amantium vero præpositum, qui templum Sancti Thomæ Amantii cognomine exstruxit, occidit; itemque eos qui cum ipso ad imperium occupandum conspiraverant. Dicitur enim illum pecunias
B dedisse Justino, qui sub Anastasio excubitorum comes erat, ut Theocritum consobrinum suum proclamaret imperatorem.

Eodem imperante, in urbe Negra gesta sunt ea quæ de sancto Aretha narrantur: necnon Elesbaani Æthiopum regis expeditio adversus Homeritas. Ab illo item statutum est, ut Hypapante sive Occursus festum celebraremus: ex quo stella in cœlo per viginti sex dies totidemque noctes supra portam æream visa est, quasi e palatio luceret; factusque est horrendus terræmotus, quem variis in locis ipsa Constantinopolis sensit. Magna autem Antiochia inenarrabile damnum perpessa est, ita ut urbs pene tota absorpta, commune incolarum sepulcrum evaserit. Tanta autem Dei ira fuit, ut et superstites ignis e terra erumpens miserabiliter
C concremaret. Quin etiam Pompeiopolis Mysiæ urbs disrupta, ejusque dimidium una cum habitatoribus terra absorptum est: hominesque terra obruti clamabant: *Miseremini.*

Ipso item imperante mulier quædam ex Cilicia gigantea statura visa est, quæ proceros quosque viros uno cubito superabat, eratque corpore admodum crasso. Ob spectaculi autem novitatem, qui eam in officinis et domibus conspiciebant, obolo singuli donabant.

Idem imperator humano motus affectu erga urbem Antiochiam, et eos qui ex tanta clade residui erant, de ea restauranda cogitabat. Tantum enim super ea indoluit, ut diademate purpuraque depositis, se sacco et cinere indueret, multisque
D diebus lugeret. Obiit autem, Justiniano sororis suæ filio imperii successore relicto. Corpusque ejus depositum est in monasterio Augustæ, in arca inclusum cum uxore Euphemia: qua in arca epistolæ repertæ sunt. Archiepiscopatus porro thronum tunc obtinebat Joannes cognomine Cappadox.

Justinus autem pios omnes orthodoxosque sacerdotes, quos injuste Anastasius relegaverat, revocavit.

Illo imperante, cum Scirtus fluvius qui per mediam Edessam fluit, exundasset, ipsam urbem cum incolis demersit: aquis vero dilapsis, inventa

est in ripa fluminis lapidea tabula, qui notis hieroglyphicis insculptus erat : *Scirtus fluvius saltabit, noxiique civibus saltus erunt.*

Eulialus quidam ex divite pauper effectus, cum e vita excederet, testamento Justinum hæredem reliquit, illa conditione, ut tres filias suas in tenella ætate relictas educaret, ipsisque dotem assignaret; ac omnia debita creditoribus solveret, et ab iis syngraphas suas redimeret. Quæ omnia Justinus regia munificentia perfecit, magna omnium qui rei famam perceperunt admiratione.

Justinianus igitur imperavit annis triginta novem; et in media urbe consulatum gessit, multas pecunias elargitus. Is Novellas constitutiones edidit; legemque tulit de episcopis, xenodochis, œconomis et orphanotrophis : ut non plus testamento relinquerent, quam ante initum munus possedissent. Absolvit quoque publicum balneum in Dagistæi tractu, quod exstruere cœperat Anastasius imperator. Antiochiæ porro non cessavit terræmotus, donec religioso cuidam viro visum est superliminaribus positum inscribere : *Christus nobiscum, state.* Quo facto, cessavit ira Dei. Exinde autem urbs Theopolis, sive urbs Dei vocata est.

Eodem imperante popularis seditio orta est, in qua Sanctam Sophiam, sancti Sampsonis domum cum infirmis, et atrium palatii, chalcostegum, quod ex eo hodieque Chalce vocatur, quia tegulis æreis et inauratis erat tecta : binas item porticus usque ad Forum incenderunt : Justinianum imperatorem contumeliis affecerunt, Hypatium vero patricium proclamarunt, cum coronassent eum in solio imperatoris in Hippodromo : qui tumultus a Belisario, Mundo et Narsete sedatus est, cæsis millibus triginta quinque in Hippodromo, et cum iis Hypatio.

Magnam vero Dei ecclesiam Justinianus restauravit, et longe majorem pulchrioremque quam antea fuerat, reddidit; et troparia sive versiculos hos edidit, qui in ea psallerentur : *Unigenitus Filius et Verbum Dei, qui propter salutem nostram incarnari voluit.* Quinetiam Hypapante sive Occursus Domini dies festa, tunc celebrari cœpta est, cum antea Dominicis festis non annumeraretur. Quia vero Magnæ Ecclesiæ mentionem fecimus : quomodo ab initio structa sit, et a quonam, sigillatim enarrabo. Res autem ita se habet.

A ἐκλυσε· Μετὸ δὲ τὸ παυσασθαι τὰ ὕδατα, πλὰξ λιθίνη εὑρέθη ἐν τῇ τοῦ ποταμοῦ ὄχθῃ ἱερογλυφικοῖς γράμμασιν ἐγκεκολαμμένοις περιέχουσα τοῦτο · Σκιρτὸς ποταμὸς σκιρτήσει κακὰ σκιρτήματα πολίταις.

Εὐλαλίου τινὸς ἀπὸ πλουσίου πένητος τελευτήσαντος, καὶ γράψαντος Ἰουστῖνον κληρονόμον ἐν διαθήκαις, καὶ παρακελευσαμένου, ὥστε τὰς τρεῖς αὐτοῦ θυγατέρας μικρὰς καταλειφθείσας ἀναθρέψαι καὶ ἐκπροικῆσαι τὸν βασιλέα, καὶ πάντα τὰ χρέη αὐτοῦ δοῦναι τοῖς ὀφειλέταις, καὶ τὰ γραμματεῖα αὐτοῦ πάντα ἀναῤῥύσασθαι, ὁ βασιλεὺς Ἰουστῖνος ἐπλήρωσε, καταπλήξας ἐν τούτῳ πάντα ἄνθρωπον τὸν ἀκούσαντα.

Ὁ οὖν Ἰουστινιανὸς ἐβασίλευσεν ἔτη λθ' · ὑπάτευσεν ἐν μέσῃ τῇ πόλει, καὶ δοὺς χρήματα πάμπολλα. Οὗτος ἐποίησε τὰς νεσρὰς διατάξεις, ἐκφωνήσας καὶ τύπον περὶ ἐπισκόπων, καὶ ξενοδόχων, καὶ οἰκονόμων, καὶ ὀρφανοτρόφων, ὥστε μὴ διατίθεσθαι πλὴν εἰς ἃ πρὸ νοῦ γενέσθαι ἐκέκτηντο. Ἐπλήρωσε δὲ καὶ τὸ δημόσιον λοέτρον τὸ εἰς τὰ Διηγιστέως, ὃ ἤρξατο κτίζειν Ἀναστάσιος ὁ βασιλεὺς. Ἡ δὲ Ἀντιόχεια οὐκ ἐπαύσατο σείεσθαι μέχρις οὗ ἐφάνη θεοσεβεῖ ἀνθρώπῳ ἐπιγράψαι εἰς τὰ ὑπερθυρα τῶν φλιῶν, Χριστὸς μεθ' ἡμῶν, στῆτε · καὶ τούτου γενομένου, ἔστη ἡ ὀργὴ τοῦ Θεοῦ · καὶ ἔκτοτε ἡ πόλιν ὠνομάσθη Θεούπολις.

Ἐπὶ αὐτοῦ γέγονε δημοτικὴ ἀνταρσία, καὶ τὴν Ἁγίαν Σοφίαν καὶ τοῦ ὁσίου Σαμψὼν οἶκον μετὰ τῶν ἀῤῥώστων, καὶ τὴν εἴσοδον τοῦ Παλατίου τὴν χαλκόστεγον, τὴν ἔκτοτε καὶ νῦν Χαλκῆν ἐπονομαζομένην διὰ τὸ ἐκ χαλκῶν κεράμων κεχρυσωμένων ἐστεγάσθαι αὐτήν · καὶ τοὺς δύο ἐμβόλους μέχρι τοῦ φόρου κατέκαυσαν, καὶ Ἰουστιτιανὸν βασιλέα ἐφύβρισαν, Ὑπάτιον δὲ πατρίκιον εὐφήμησαν ἐν τῷ καθίσματι στέψαντες · ἧτις ἐπαύθη διὰ Βελισαρίου, καὶ Μούνδου καὶ Ναρσῆ, ἀνελόντων χιλιάδας λε', καὶ αὐτὸν Ὑπάτιον ἐν τῷ Ἱπποδρομίῳ.

Ἀνεκαίνισε δὲ Ἰουστινιανὸς τὴν τοῦ Θεοῦ Μεγάλην ἐκκλησίαν εἰς κάλλος καὶ μέγεθος ὑπὲρ τὸ πρότερον, παραδοὺς καὶ τροπάρια ἐν αὐτῇ ψάλλεσθαι · Ὁ μονογενὴς Υἱὸς καὶ Λόγος τοῦ Θεοῦ ἀθάνατος ὑπάρχων, καὶ καταδεξάμενος διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν σαρκωθῆναι. Ἀλλὰ καὶ Ὑπαπαντὴ ἀρχὴν ἔλαβεν ἑορτάζεσθαι, μὴ συναριθμουμένη πρότερον ταῖς Δεσποτικαῖς ἑορταῖς. Ὅτι δὲ τῆς Μεγάλης ἐκκλησίας ἐμνήσθην, λεπτομερῶς διηγήσομαι πῶς ἐξ ἀρχῆς ἐκτίσθη, καὶ παρὰ τίνος. Ἔχει δὲ οὕτως.

ANONYMI

DE ANTIQUITATIBUS CPOLITANIS

LIBER QUARTUS

Continens historiam et descriptionem templi Sanctæ Sophiæ.

Constantinus Magnus primum condidit Sanctam Sophiam, figura oblonga, Ariani sub Theodosio Magno ejusdem ecclesiæ tectum incendunt. A Rufino magistro post biennium restauratur. Anno V Justiniani imperatoris, in seditione populi comburitur ædes Sophiana, et ad eam a fundamentis excitandam animum applicat idem Augustus.

Ἡ ἁγία Σοφία ἡ μεγάλη ἐκκλησία οὕτως ἐκτίσθη. Πρῶτον μὲν ἀνήγειρεν αὐτὴν ὁ Μέγας Κωνσταντῖνος δρομικὴν, ὁμοίαν τοῦ Ἁγίου Ἀγαθονίκου καὶ τοῦ Ἁγίου Ἰσακίου. καὶ πληρώσας αὐτὴν, στήλας ἔστησε πολλάς. Διήρκεσε δὲ τὸ κτίσμα ἐκεῖνο χρόνους οδ'. Ἐν δὲ τοῖς χρόνοις Θεοδοσίου τοῦ Μεγάλου, εἰς τὴν δευτέραν σύνοδον τὴν ἐν Κωνσταντινουπόλει γενομένην, στασιάσαντες οἱ Ἀρειανοὶ, κατέφλεξαν τὴν στέγην τῆς αὐτῆς ἐκκλησίας, ὄντος πατριάρχου Νεκταρίου, καὶ ἐξελθόντος τοῦ ἁγιωτάτου, ἐν τῇ Ἁγίᾳ Εἰρήνῃ τῇ παλαιᾷ καθεζομένου· ἣν καὶ αὐτὴν ἀνήγειρεν ὁ Μέγας Κωνσταντῖνος. Διῆλθον δὲ χρόνοι δύο, καὶ ἵστατο ἀσκεπής. Προστάξας δὲ ὁ βασιλεὺς Θεοδόσιος Ῥουφῖνον τὸν μάγιστρον αὐτοῦ, ἐσκέπασεν αὐτὴν διὰ κυλινδρικῶν καμάρων. Μετὰ δὲ χρόνους λε' τοῦ Θεοδοσίου, πε' ἐτῶν διελθόντων ἀπὸ τοῦ Μεγάλου Κωνσταντίνου, εἰς τὸν πέμπτον χρόνον τῆς βασιλείας Ἰουστιανοῦ τοῦ Μεγάλου, μετὰ τὸ σφαγῆναι ἐν τῷ Ἱππικῷ τριάκοντα πέντε χιλιάδων ἐκεῖσε ἀναιρεθέντων, καθὼς καὶ ἀνωτέρω δεδήλωται, διὰ τὸ ἀναγορευθῆναι ὑπὸ τῶν δύο δημοτικῶν μερῶν, Ὑπάτιον πατρίκιον μέρους Βενέτων ἐν τῷ ε' ἔτει τῆς βασιλείας αὐτοῦ τοῦ Ἰουστινιανοῦ, ἐνέπνευσεν ὁ Θεὸς εἰς τὴν διάνοιαν αὐτοῦ τοῦ οἰκοδομῆσαι ναὸν, οἷος οὐκ ἐκτίσθη ἀπὸ τοῦ Ἀδάμ.

A Magna ecclesia Sancta Sophia condita fuit hoc modo. Primum quidem exstruxit eam Magnus Constantinus, oblonga figura, Sancti Agathonici et Sancti Isaacii similem ; confectoque opere multas in ea statuas erexit. Hoc porro ædificium annos quatuor et septuaginta intactum mansit. Magno autem Theodosio imperante, quo tempore secunda synodus Canstantinopoli celebrata est, Ariani, commota seditione, hujus ecclesiæ tectum incenderunt Nectario tum patriarcha : qui vir sanctissimus inde egressus in ecclesia Sanctæ Irenæ veteri consedit, quam item ecclesiam magnus Constantinus excitaverat. Exinde annis duobus sancta Sophia tecto caruit. Imperatoris vero Theodosii jussu, Rufinus magister eam cylindricis fornicibus operuit. Elapsis autem a Theodosio triginta quinque, a Constantino Magno octoginta quinque annis, Justiniani imperatoris anno quinto, post cædem illam in Hippodromo factam, qua triginta quinque hominum millia perierunt, ut superius narratum est, quod duæ factionum partes Hypatium, patricium ac factionis Venetæ tribunum, imperatorem salutassent ; quinto, inquam, ejus impêrii anno cepit consilium, Deo instigante, exstruendi templi, quale nunquam ex Adami tempore excitatum fuerat.

Marmora, columnæ reliquave materia opportuna ad templi structuram, ex variis orbis provinciis, jussu imperatoris advehuntur Constantinopolim. Plutarchus Justiniano ab epistolis et historiographus. Columnas Romanas octo Marcia Romana vidua ad imperatorem mittit. Octo vero alias prasini coloris Constantinus prætor advexit Epheso. Reliquæ vero columnæ ex variis locis transferuntur ; atque intra septem annos cum dimidio universa materia congeritur.

Ἔγραψε δὲ τοῖς στρατηγοῖς, καὶ σατράπαις, καὶ κριταῖς, καὶ φορολόγοις, τοῖς ἐπὶ τῶν θεμάτων ἅπαντας ἐρευνᾷν αὐτοὺς, ὅπως εὕρωσι κίονάς τε καὶ συστήματα, στήθεά τε καὶ ἀβάκια, καὶ καγκελλοθυρίδας, καὶ τὴν λοιπὴν ὕλην τὴν ἀνήκουσαν εἰς τὸ ἀνεγεῖραι ναόν. Πάντες δὲ οἱ παρ' αὐτοῦ ὁρισθέντες ἀπὸ εἰδωλικῶν ναῶν, καὶ ἀπὸ παλαιῶν λουτρῶν τε καὶ οἴκων ἔπεμπον πάντα τῷ βασιλεῖ Ἰουστινιανῷ ἀπὸ πάντων τῶν θεμάτων ἀνατολῆς τε καὶ δύσεως, βορρᾶ τε καὶ νότου, καὶ πάντων τῶν νήσων καὶ τοὺς μὲν ὀκτὼ κίονας τοὺς Ῥωμαίους, καθώς φησι Πλούταρχος ὁ πρωτοσεκρῆτις καὶ πιστογράφος, Ἰουστινιανῷ μετὰ σχεδίας ἀπέστειλε χήρα γυνὴ ἀπὸ

C Scripsit itaque ducibus, satrapis, judicibus, provinciarum quæstoribus, jubens singulos accurate scrutari ac perquirere, num columnas, fulcra, peristylia, tabulas et clathratas januas, ac quidquid materiæ construendis templis opportunum, reperire possent. Tum ii, quibus id muneris fuerat demandatum, quidquid ex idolorum templis, ex antiquis balneis ac ædibus, ex qualibet orientis, occidentis, septentrionis et austri provincia exque omnibus insulis colligi potuit, ad imperaorem Justinianum miserunt. Columnas quidem Romanas octo, ut narrat Plutarchus primus a secretis et fide dignus scriptor, Marcia quædam Romana vi-

dua, quas dotales acceperat, ratibus Justiniano perinde misit. Eæ vero Romæ steterant in templo Solis, quod struxerat Aurelianus Romanorum imperator, qui sese Persis prodidit. Octo autem illas, stupendas plane, coloris prasini, cæsas et politas Constantinus prætor Epheso advexit. Marcia vero superius memorata, hæc imperatori scripsit : Columnas tibi paris longitudinis, ponderis atque latitudinis, pro salute animæ meæ mitto. Columnas vero reliquias, partim Cyzico, partim Troade, partim ex Cycladibus insulis præfecti imperatoris transmiserunt. Jamque demum materia, quanta opus erat, per annos septem cum dimidio congesta aderat.

A Ῥώμης ὀνόματι Μαρκία· εἶχε δὲ αὐτοὺς εἰς προῖκα αὐτῆς. Ἵσταντο δὲ εἰς Ῥώμην εἰς τὸν ναὸν Ἡλίου τὸν κτισθέντα παρὰ Αὐρελιανοῦ βασιλέως Ῥώμης, τοῦ προδόντος αὐτὸν Πέρσαις. Τοὺς δὲ ὀκτὼ πρασίνους κίονας τοὺς ἀξιοθαυμάστους ἐκόμισε Κωνσταντῖνος στρατηγὸς ἀπὸ Ἐφέσου λελατομημένους ἀμφοτέρους. Ἡ δὲ προειρημένη Μαρκία ἔγραψε τῷ βασιλεῖ οὕτως, ὅτι Ἀποστέλλω κίονας ἰσομήκεις, ἰσοστάθμους, καὶ ἰσοπλάτους, ὑπὲρ ψυχικῆς μου σωτηρίας. Τοὺς δὲ λοιποὺς κίονας, τοὺς μὲν ἀπὸ Κυζίκου, τοὺς δὲ ἀπὸ Τροάδος, ἄλλους ἀπὸ τῶν Κυκλάδων νήσων, οἱ ἄρχοντες τοῦ βασιλέως ἐκόμισαν. Καὶ λοιπὸν ἱκανὴ ὕλη ἀπετέθη. Ἀπεσωρεύθη δὲ πᾶσα ἡ ὕλη διὰ χρόνων ἑπτὰ ἥμισυ.

Justinianus XII imperii sui anno ædem Sophianam a Constantino M. conditam a fundamentis evertit, et aliam longe ampliorem construere aggreditur. Domos vicinas emit; et primum ædem cujusdam Annæ viduæ: quo loco scevophylacium extruxit, data mulieri, loco mercedis, sepulturæ eodem in loco facultate.

Duodecimo autem imperii anno Justinianus templum prædictum a Constantino Magno olim constructum a fundamentis evertit, ejusque rudera, quæ ob paratam ingentem materiæ copiam nulli usui forent, seorsim reposuit. Cœpit etiam vicinas ædes coemere, ac primo mulieris cujusdam viduæ, Annæ nomine : æstimantur ædes pretio librarum octoginta quinque. Cumque illa imperatori nollet vendere, ac diceret : Non si quinquaginta librarum centenaria præberes, eas concederem ; imperator, missis optimatibus bene multis, qui mulierem obsecrarent, cum nihil proficeret, ipse demum venit et mulierem supplex rogavit, ut pretium pro ædibus acciperet. Tum illa, conspecto imperatore, ad pedes ejus procidit, itemque supplicis more dixit : Ædium pretium nullum abs te accipiam : rogo tantum ut templi, quod exstruere paras ego quoque in die judicii mercedem accipiam, ac propter ædes meas sepeliar. Imperator vero mulierem illic post absolutum ædificium sepultura donandam pollicetur, ac ejus memoriam, ut quæ proprium fundum concesserit, perpetuo habendam. Locus vero ædium ejus est totum scevophylacium.

B Τῷ δὲ δωδεκάτῳ ἔτει τῆς βασιλείας Ἰουστινιανοῦ, τὸν προειρημένον ναὸν, τὸν παρὰ τοῦ Μεγάλου Κωνσταντίνου κτισθέντα, ἐκ θεμελίων κατέστρεψε. Τὴν δὲ ὕλην αὐτοῦ ἰδίως ἀπέθετο· οὐδὲ γὰρ χρείαν αὐτῆς εἶχε, διὰ πολλὴν καὶ ἄπειρον ὕλην ἡτοιμάσθαι Ἤρξατο δὲ ὠνεῖσθαι οἰκήματα τῶν ἐκεῖσε οἰκούντων· καὶ πρῶτον μὲν χήρας τινὸς γυναικὸς ὀνόματι Ἄννης· ἀπετιμήθησαν νομίσματα λίτρας πέ. Ἐκείνης δὲ μὴ βουλομένης διαπωλῆσαι τῷ βασιλεῖ, ἔλεγεν, ὅτι Μέχρι χρυσίων ν' κεντηνάρια ἐάν μοι δώσῃς, οὐ δώσω ταῦτα. Καὶ ὁ βασιλεὺς τῶν μεγιστάνων αὐτοῦ πολλοὺς ἀποστείλας εἰς ἱκεσίαν τῆς γυναικὸς οὐδὲν ἤνυε. Παραγενόμενος τοίνυν ὁ βασιλεὺς εἰς ἱκεσίαν τῆς γυναικὸς, ἐδέετο αὐτῆς περὶ τῶν οἰκημάτων. Ἡ δὲ θεασαμένη τὸν βασιλέα, προσέπεσε τοῖς ποσὶν αὐτοῦ, δεομένη καὶ λέγουσα, ὅτι Τιμὴν μὲν οὐκ ὀφείλω λαβεῖν εἰς τὰ οἰκήματα· τὸν δὲ ναὸν ὃν βούλει κτίσαι, αἰτοῦμαί σε ἵνα ἔχω κἀγὼ ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως μισθὸν, καὶ ταφῶ εἰς τὰ οἰκήματά μου πλησίον. Ὁ δὲ βασιλεὺς ὑπέσχετο αὐτὴν ταφῆναι ἐκεῖσε, μετὰ τὸ τελειωθῆναι τὸν ναὸν, ὡς ἴδιον κτῆμα δοῦσαν, καὶ μνημονεύεσθαι διηνεκῶς. Ἔστι δὲ ὁ τόπος τῶν οἰκημάτων αὐτῆς τὸ σκευοφυλάκιον ὅλον.

Quo loco primum erat domus Antiochi eunuchi et ostiarii, sacer puteus, bema, atque ambo usque ad medium templi construuntur. Quibus artibus cogitur præfatus Antiochus ad venditionem propriæ domus.

Sacer autem puteus, ut vocant, totusque bematis atque ambonis locus usque ad medium templi, domus erat Antiochi eunuchi et ostiarii : æstimataque fuit triginta et octo libris. Illo autem ægre ferente non justo pretio divendi domum, imperator æqui amans et ab injuria inferenda alienus, incertus consilii quid facturus esset ignorabat : Strategius vero magister, imperatorii ærarii præfectus ipsiusque imperatoris frater spiritualis, rem se arte aliqua effecturum imperatori pollicetur. Ostiarius jam memoratus Antiochus ludorum circensium amantissimus erat. Cum itaque circenses ludi imminerent, magister Strategius ostiarium detrudit in carcerem. Ipso autem ludorum die ille

Τὸ δὲ ὀνομαζόμενον Ἅγιον Φρέαρ, καὶ τὸ θυσιαστήριον ὅλον, καὶ ὁ τόπος τοῦ ἄμβωνος, καὶ ἕως τῆς μέσης τοῦ ναοῦ, ὑπῆρχεν οἶκος Ἀντιόχου εὐνούχου καὶ ὀστιαρίου· καὶ ἀπετιμήθη λίτρας λη'. Τοῦ δὲ δυσχεραίνοντος τοῦ μὴ πράσαι ἀξίως τὸν ἴδιον οἶκον τῷ βασιλεῖ, φιλοδίκαιος ὢν ὁ βασιλεὺς, καὶ μὴ θέλων αὐτὸν ἀδικῆσαι, ἠθύμει ἀδημονῶν τί πράξοι. Στρατήγιος μάγιστρος ὢν τοῦ βασιλέως ἀδελφοποιητὸς, καὶ φύλαξ ξῶν βασιλικῶν χρημάτων, ὑπισχνεῖτο τῷ βασιλεῖ τοῦ διοικῆσαι τοῦτο διά τινος μηχανῆς. Ὁ δὲ ῥηθεὶς Ἀντίοχος ὀστιάριος, φιλιππόδρομος ὢν, ἱππικοῦ ἀγαμένου, ὁ μάγιστρος Στρατήγιος καθεῖρξεν αὐτὸν ἐν τῇ φρουρᾷ. Τῇ δὲ ἡμέρᾳ τοῦ ἱππικοῦ ἤρξατο βοᾶν ἐκ τῆς εἱρκτῆς. Θεάσωμαι

τὸ Ἱπποδρόμιον, καὶ τὸ θελημὰ τοῦ βασιλέως ποιήσω. Ἤγαγον δὲ αὐτὸν ἐν τῷ στάματι τοῦ καθίσματος, ἐν ᾧ ἐκαθέζετο ὁ βασιλεὺς ἐν τῷ Ἱπποδρομίῳ, καὶ ἐκεῖσε ἐποίησε τὴν διάπρασιν, ὑπογράψαντος ἐκεῖσε τοῦ κοιαίστορος καὶ τῆς συγκλήτου πάσης, πρὸ τοῦ τοὺς ἵππους γυμνάσαι. Τύπος δὲ ἦν ἐκ παλαιοῦ, ἡνίκα ἀνήρχετο ὁ βασιλεὺς ἐν τῷ καθίσματι, παρευθὺς ἔτρεχον οἱ ἡνιοχευτικοὶ ἵπποι· διὸ δὲ ἤργησαν εἰς τὴν πρᾶσιν τῶν οἰκημάτων τοῦ εὐνούχου, ἀργῶς ἐξέρχονται τὰ ἡνιοχευτικὰ ἅρματα τῶν ἵππων.

A ejulando clamare cœpit ex carcere, Circenses spectem, et pro imperatoris lubito faciam. Ductus itaque ad tribunal Hippodromi quo loco imperator sedebat, suas illic ædes divendidit, subscribentibus quæstore ac senatu universo. Idque factum priusquam equi agitarentur. In more autem fuit olim, ut statim atque imperator ad tribunal ascenderat, aurigæ equorum cursum inciperent. Quia vero tum, ut eunuchi ædes venundarentur, cessatum est, hinc consuetudo obtinuit ut in ludis circensibus, egressis equis, currus paululum moræ facerent.

Pars dextera gynæconitidis usque ad columnam S. Basilii, necnon pars templi quædam, domus erat Charitonis eunuchi : sinistra vero pars usque ad columnam S. Gregorii Thaumaturgi, domus erat Xenophontis cujusdam arte sutoris : qui inferorum princeps dicebatur dum ab aurigis adoraretur in Hippodromo. Templi area, quatuor nartheces, baptisterium ac reliqua circumposita ædes erant Damiani patricii Seleuciæ.

Τὸ δὲ δεξιὸν μέρος ὅλον τοῦ γυναικωνίτου ἕως τοῦ κίονος τοῦ ἁγίου Βασιλείου, καὶ ἐκ τοῦ ναοῦ μέρος τι, ὑπῆρχον οἰκήματα Χαρίτωνος εὐνούχου τοῦ ἐπίκλην Χηνοπώλου, ἃ καὶ ἐξωνήθησαν μετ' εὐχαριστίας. Τὸ δὲ ἀριστερὸν μέρος τοῦ γυναικωνίτου ἕως τοῦ κίονος τοῦ ἁγίου Γρηγορίου τοῦ Θαυματουργοῦ, ὑπῆρχον οἰκήματα Ξενοφῶντός τινος τῇ τέχνῃ βασιλισκαρίου· ὃς θέλων ἐξωνήσασθαι τὰ οἰκήματα αὐτοῦ, ἠτήσατο τὸν βασιλέα, μὴ μόνον τίμημα διπλοῦν λαβεῖν εἰς τὰς σκηνὰς αὐτοῦ· ἀλλ' ἵνα ποιήσῃ τοῦτον ἐν τῷ ἀγομένῳ ἱππικῳ, ἐν ᾗ ἐπιτελεῖται, τιμᾶσθαι καὶ προσκυνεῖσθαι παρὰ τῶν τεσσάρων ἡνιόχων. Τοῦ δὲ βασιλέως προστάξαντο τοῦτο, πρὸς γέλωτα πεποίηκεν εἰς τὸ διηνεκὲς, ἵνα τυπωθῇ εἰς τὸν ἀεὶ χρόνον, ἐν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ ἀγομένου ἱππικοῦ καθέζεσθαι τοῦτον ἐν τοῖς καγκέλλοις μέσον, καὶ τὰ ὀπίσθια αὐτοῦ προσκυνεῖσθαι παρὰ τῶν ἡνιόχων πρὸς γέλωτα, πρὸ τοῦ ἀναβῆναι αὐτοὺς ἐπὶ τῶν ἁρμάτων. Καὶ τοῦτο διήρκεσε μέχρι τῆς σήμερον. Ὃς καλεῖται ἄρχων τῶν καταχθονίων· ἀμφιέννυται δὲ χλαμύδα λευκὴν μετὰ βύσσου ἠμφιεσμένην. Τὸ δὲ ἐπίπεδον τοῦ ναοῦ καὶ οἱ τέσσαρες νάρθηκες, καὶ ὁ λουτὴρ, καὶ τὰ περὶ αὐτῶν, ὑπῆρχον οἰκήματα Δαμιανοῦ πατρικίου Σελευκίας· ἅπερ ἀπετιμήθη λίτρας ζ', καὶ μετὰ πολλῆς περιχαρίας δέδωκε ταῦτα τῷ βασιλεῖ.

B Dextera pars gynæconitidis tota usque ad columnam sancti Basilii, necnon pars templi quædam, ædes erant Charitonis eunuchi, cognomine Chenopoli, quæ bona cum gratia venditæ sunt. Sinistra vero pars gynæconitidis, usque ad columnam sancti Gregorii Thaumaturgi, ædes erant Xenophontis cujusdam arte sutoris. Is cum ædes venum prostarent, ab imperatore non duplex modo pretium pro vili casa postulavit, sed etiam rogavit ut die circensium quatuor factionum aurigæ se honorarent et venerarentur. Quod cum imperator præstari ad risum spectantium jussisset, decrevit etiam ut in perpetuum circensibus ludis is in cancellis medius sederet, ejusque terga ab aurigis antequam currus conscenderent ad risum et ludibrium adorarentur : quod ad hunc usque diem factitatum C est. Ille vero vocatur inferorum princeps. Induitur autem chlamyde candida bysso intexta. Templi vero area, et quatuor nartheces seu porticus ac baptisterium et quæ circumposita sunt, ædes erant Damiani patricii Seleuciæ, quas nonaginta libris æstimatas ingenti gaudio imperatori tradidit.

Trulli fundamenta supra petram Stephaneam jaciuntur. Eutychius patriarcha pro ecclesiæ structura preces fundit. Oratorium rotundum prope horologium Joanni Baptistæ sacrum, necnon porticus a magno palatio ad ædem Saphianam usque pertingentes exstruuntur. Magistri architecti centum, operæ decem millia. Cæmentum ut subactum.

Ὁ δὲ βασιλεὺς Ἰουστινιανὸς τὸν τόπον καταμετρήσας, καὶ εὑρὼν στεφανέαν πέτραν ἀπό τε τοῦ θυσιαστηρίου καὶ μέχρι τῆς κάτω ἀψίδος, ἐθεμελίωσεν αὐτὴν γόρωθεν τὰ βάθρα τοῦ μεγάλου Τρούλλου. Ἀπὸ δὲ τῶν ἀψίδων μέχρι τοῦ ἐξωτάτου νάρθηκος, εἰς τὸν χαῦνον καὶ ἀλσώδη κόπον ἐθεμελίωσεν. Ἀρξάμενος δὲ τὰ θεμέλια κτίζειν, προσεκαλέσατο Εὐτύχιον πατριάρχην, καὶ ἐποίησεν εὐχὴν περὶ συστάσεως τῆς ἐκκλησίας. Τότε ὁ βασιλεὺς Ἰουστινιανὸς κύψας καὶ οἰκείαις χερσὶν ἄσβεστον μετὰ τοῦ ὀστράκου, εὐχαριστῶν τῷ Θεῷ, ἔβαλεν ἐπὶ τὸ θεμέλιον πρὸ πάντων· Πρὸ τοῦ δὲ ἄρξασθαι κτίζειν τὸν ναὸν, προέκτισεν εὐκτήριον χρυσόροφον

D Locum dimensus imperator Justinianus, cum petram Stephaneam a bemate ad imam usque apsidem reperisset, majoris Trulli super eam fundamenta jecit. Ab apside vero ad exteriorem usque narthecem, in solo palustri et limoso fundavit. Fundamentum autem aggressus, Eutychium patriarcham evocat, qui pro ecclesiæ structura preces funderet. Tum imperator suis ipse manibus cum testa cæmentum accipiens Deoque gratias agens, id primus omnium in fundamentum jecit. Ante cœptam vero templi structuram, oratorium rotundum aureo fornice instructum, egregio circumquaque lapillorum ornatu, Joannis Præcursoris voca-

catum prope horologium excitavit, quod jam baptisterium nuncupatur; itemque huic vicina Metatorii ædificia, ubi cum proceribus suis maneret, et sæpe cibum sumeret. Tunc quoque porticum totam, qua transitus a magno palatio ad Magnam ecclesiam fieret, ædificavit; ut quotidie templi structuram adiens a nemine conspiceretur. Erant porro magistri architecti centum, quorum singulis centenæ operæ aderant, ita ut decem millium numerum explerent. Et quinquaginta quidem magistri cum turmis suis dextrum latus ædificabant; quinquaginta alii pari modo sinistrum, quo æmula quadam diligentia citius ædificium assurgeret. Templi figuram angelus Domini in somnis imperatori ostenderat. Princeps autem architectus mechanicus ac templis excitandis idoneus erat. Pro aqua vero, hordei in cacabis elixi liquorem cum calce et testa miscebant. Eratque hordeaceus liquor ille viscosus, mucosus atque tenax. Simili modo dissectos salignos cortices in cacabos cum hordeo miserunt, quadrasque massas paraverunt quinquaginta pedes longas, totidem lataa ac crassas viginti; eas nec frigidas nec calidas, sed ad glutinis tenacitatem intepescentes in fundamenta jecerunt: substratæque massæ paris longitudinis et latitudinis lapides imposuerunt : quæ coagmentatio ferri duritiem æmulabatur.

A περικαλλὲς κυκλικὸν μετὰ λίθων πολυτίμων, ὅπερ ὠνόμασε τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τοῦ Προδρόμου· ὅπερ ἐστὶ πλησίον τοῦ Ὡρολογίου, τὸ καλούμενον Βαπτιστήριον, καὶ τὰ πλησιάσαντα τοῦ Μετατωρίου· ἵνα ἐκεῖσε παραμένῃ μετὰ τῶν ἀρχόντων αὐτοῦ, πολλάκις δὲ ἐσθίῃ. Τότε γὰρ καὶ τὰ διαβατικὰ ἀπὸ τοῦ μεγάλου Παλατίου μέχρι τῆς Μεγάλης ἐκκλησίας ἔκτισεν, ἵνα διερχόμενος κατεκάστην, μὴ ὁρᾶσθαι παρά τινος, εἰς τὸ παρίστασθαι ἐν τῇ οἰκοδομῇ τοῦ ναοῦ. Ὑπῆρχον δὲ μαΐστορες ἑκατὸν, ἔχοντες ἕκαστος αὐτῶν ἀνὰ ἑκατὸν ἀνδρῶν, γινομένων χιλιάδων δέκα. Καὶ οἱ μὲν πεντήκοντα μαΐστορες μετὰ τοῦ λαοῦ αὐτῶν τὸ δεξιὸν μέρος ᾠκοδόμουν· οἱ δὲ πεντήκοντα ὁμοίως τὸ εὐώνυμον μέρος, διὰ τὸ πρὸς ἔριδα καὶ σπουδὴν κτίζεσθαι ταχέως τὸ ἔργον. Καὶ B τὸ σχῆμα τοῦ ναοῦ κατ' ὄναρ ἔδειξε τῷ βασιλεῖ ὁ ἄγγελος Κυρίου. Ὑπῆρχε δὲ ὁ πρῶτος οἰκοδόμος μηχανικὸς, καὶ εἰς τὸ ἀνεγεῖραι νεὼς ἐπιτήδειος. Εἰς τοὺς κακάβους δὲ ἔπτη τὴν κριθὴν, καὶ τὸν χυλὸν αὐτῆς ἐμίγνυον τῷ ἀσβέστῳ σὺν τῷ ὀστράκῳ ἀντὶ ὕδατος. Ὁ δὲ αὐτῆς χυλὸς ὑπῆρχε γλισχρὸς, καὶ μυξώδης, καὶ κολλητικός. Ὁμοίως δὲ καὶ τῶν φλοῶν πτελεῶν κατατέμνοντες ἐνέβαλλον ἐν τοῖς κακάβοις μετὰ τῆς κριθῆς, καὶ ἐποίησαν μάζας τετραγώνας ἐχούσας ἀνὰ ποδῶν πεντήκοντα τὸ μῆκος, καὶ ν', τὸ πλάτος, καὶ εἴκοσι τὸ πάχος, καὶ ἐτίθουν εἰς τοὺς θεμελίους· καὶ οὔτε θερμὸν τοῦτο ἐτίθουν οὔτε πάλιν ψυχρὸν, ἀλλὰ χλιαρὸν διὰ τὸ εἶναι κολλητικόν. Καὶ ἐπάνω τὰς μάζας ἐτίθουν λίθους εὐμεγέθεις, ἰσομήκεις, ἰσοπλάτους· ἦν ἰδεῖν τότε αὐτοὺς κρατεῖν οἱάπερ σίδηρον.

Expensarum prima subductio. Magister Strategius solvendæ pecuniæ deputatur. Imperator horis pomeridianis, Troilo cubiculario comite, quo cultu vestium ad structuram accedebat, fabris ac operis promissis stimulandis.

Ubi autem fundamenta ad duorum cubitorum altitudinem e terra erecta sunt, ut ait supradictus auctor, qui expensarum rationem scripto tradidit, ad quadringenta quinquaginta duo centenaria tota summa deducta est. Miliarisia enim argentea e palatio efferebantur, quæ in horologio deponebantur, et quotquotlapides advehebant, argenteum quotidie accipiebant, ne quis morose aut cum tædio ageret, maledictaque jactaret. Quidam vero ex iis qui lapides gestabant, cum iratus mœstusque esset, in terram decidit et attritus est. Pecuniam erogabat prædictus Strategius Justiniani imperatoris spiritualis frater. Erectis pilis, imperator somno meridiano abstinens, magnaque cura et sollicitudine, polientes cædentesque lapides et fabros aliasque operas, Troilo cubiculario comite, inspectabat, et ad opus impigre capessendum promissis stimulabat. Et ideo semel aut iterum per hebdomadam, præter constitutam mercedem, modo numisma, modo duo cuique largiebatur. Quoties autem spectatum accedebat, linea veste tenui et candida induebatur, tenue item sudarium in capite gerens, in manu vero bacillum.

C Δύο δὲ πήχεων τοῦ θεμελίου ὑψωθέντος ἐκ τῆς γῆς, ὡς φησιν ὁ προειρημένος ποιητὴς, καὶ ἀπογράφων τὴν ἔξοδον, ἐξωδιάσθησαν χρυσίου κεντηνάρια υνϐ'. Μιλιαρίσια γὰρ ἀργυρᾶ ἐκομίζοντο ἐκ τοῦ παλατίου, καὶ ἐτίθουν αὐτὰ εἰς τὸ Ὡρολόγιον, καὶ ὅσοι ἐνεϐίϐαζεν λίθους, ἐλάμϐανον καθημέραν ἀνὰ ἀργυροῦν ἕνὸς, διὰ τὸ μὴ ἀκηδιάσαι τινὰ ἐξ αὐτῶν, ἢ βλασφημῆσαι. Εἴς δέ τις τῶν βασταζόντων λίθους ἀγανακτήσας καὶ στενάξας, εἰς τὴν γῆν κατηνέχθη καὶ συνετρίϐη. Τῇ δὲ ἐξοδον ἐποίει ὁ ῥηθεὶς Στρατήγιος, ὃς καὶ ὑπῆρχε πνευματικὸς ἀδελφὸς τοῦ βασιλέως Ἰουστινιανοῦ. Τῶν δὲ πινσῶν ὑψωθέντων ὁ βασιλεὺς τὸ δειλινὸν οὐκ ἐκάθευδεν, ἀλλ' εἶχε πολλὴν σπουδὴν καὶ ἐπιμέλειαν εἰς τὸ ὁρᾷν τούς τε λιθοξόους, καὶ λατόμους, καὶ τεκτονικοὺς, καὶ πάντας τοὺς οἰκοδόμους, μετὰ καὶ Τρωΐλου κουϐικουλαρίου τούτους D ὁρῶν, σπουδὴν πολλὴν αὐτοῖς ἐπηγγείλατο· καὶ διὰ τοῦτο ἔξωθεν τοῦ μισθοῦ αὐτῶν ἐργατῶν, τὴν ἑϐδομάδα ἅπαξ ἢ δὶς εὐεργέτει τούτους, πότε μὲν ἀπὸ ἑνὸς, ποτὲ δὲ ἀπὸ δύο. Πορευόμενος δε ὁ βασιλεὺς, ἠμφιέννυτο ὀθόνην λευκὴν καὶ ψιλὴν, καὶ σουδάριον ἀμυδρὸν ἐν τῇ κεφαλῇ αὐτοῦ· ἐν δὲ τῇ χειρὶ αὐτοῦ ῥάϐδον πτενὴν κατεῖχεν.

Ignatius architectorum princeps. Hujus filio supra porticus dextri lateris apparet angelus, eunuchi forma, qui templum Sanctæ Sophiæ nomine donandum innuit. Puer divitiis ac dignitate auctus ad Cycladas insulas relegatur, et quare.

Erectis porro supremis tam dextri quam sinistri

Ἀνεγειραντες δὲ τὰς ἀψίδας τῶν ὑπερῴων, τῶν

τε εὐωνύμων καὶ δεξιῶν, καὶ ταύτας στεγάσαντες σκυφικὰς ἀψίδας, ὡρίσθη ἀγαγεῖν μιλιαρίσια ἐκ τοῦ παλατίου ὁ κρατῶν ἡμέρᾳ Σαββάτου· ἦν γὰρ ς' ὥρα τῆς ἡμέρας· καὶ προσέταξιν ὁ Στραγήγιος τοῦ ἐξελθεῖν τοὺς ἐργάτας καὶ τεχνίτας εἰς τὸ ἄριστον. Κατερχόμενος δὲ ὁ προρρηθεὶς Ἰγνάτιος μηχανικὸς, κατέλιπε τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἄνωθεν τῶν ὑπερῴων εἰς τὸ δεξιὸν μέρος, εἰς τὸ ὁρᾷν τὰ πρὸς οἰκοδομὴν ἐργαλεῖα πάντα. Ὁ δὲ παῖς ἦν ὡσεὶ χρόνων δεκατεσσάρων. Καθεζομένου δὲ τοῦ παιδὸς, ἐφάνη αὐτῷ εὐνοῦχος, λαμπρᾷ ἐσθῆτι ἡμφιεσμένος, ὡραῖος τῷ εἴδει, ὡς δῆθεν ἐκ τοῦ παλατίου πεμφθείς, καὶ λέγει τῷ παιδαρίῳ· Τίνος χάριν οὐκ ἐκπληροῦσι τὸ ἔργον τοῦ Θεοῦ οἱ καμόντες ταχέως, ἀλλὰ καταλιπόντες αὐτὸ ἀπῆλθον ἐσθίειν; Ὁ δὲ παῖς λέγει αὐτῷ· Κύριέ μου, ταχέως παραγίνονται. Ἐκείνου δὲ πάλιν εἰπόντος· Πορευθεὶς λάλησον αὐτοῖς· σπεύδω γὰρ τοῦ ταχέως τελειωθῆναι τὸ ἔργον· τοῦ δὲ παιδὸς φήσαντος, αὐτὸν μὴ ἀπελθεῖν, διὰ τὸ μήπως ἀπολεσθῆναι τὰ ἐργαλεῖα, καί φησιν ὁ εὐνοῦχος· Ἄπελθε ἐν σπουδῇ, καὶ φώνησον αὐτοὺς ταχέως ἐλθεῖν· καὶ ἐγὼ ὄμνυμί σοι, τέκνον, οὕτως, μὰ τὴν ἁγίαν Σοφίαν τὸν Λόγον τοῦ Θεοῦ, τὴν νῦν κτιζομένην, οὐχ ὑποχωρῶ ἀπὸ τῶν ὧδε, ἕως ὅτε καὶ ὑποστρέψῃς· ἐνταῦθα γὰρ ἐτάχθην δουλεύειν καὶ φυλάττειν. Ταῦτα ἀκούσας ὁ παῖς, δρομαίως ἐπορεύθη, καταλιπὼν ἐν τῷ ὑπερῴῳ κτίσματι τὸν ἄγγελον τοῦ Κυρίου φυλάττειν. Ὡς δὲ κατῆλθεν ὁ παῖς, εὑρὼν τον πατέρα αὐτοῦ τὸν πρῶτον οἰκοδόμον μετὰ καὶ τῶν λοιπῶν, ἐξηγήσατο πάντα· καὶ ὁ πατὴρ λαβὼν τὸν παῖδα, ἤγαγεν εἰς τὸν βασιλέα· ἐκεῖ γὰρ ἦν ὁ βασιλεὺς ἐσθίων ἐπὶ τὸ εὐκτήριον τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τοῦ Προδρόμου ἐν τῷ Ὡρολογίῳ. Ὁ δὲ βασιλεὺς ἀκούσας τῶν ῥημάτων τοῦ παιδὸς, προσεκαλέσατο πάντας τοὺς εὐνούχους, καὶ ὑπέδειξε τῷ παιδαρίῳ, λέγων· Μὴ οὗτός ἐστιν; Ὁ δὲ παῖς φησιν· Οὐδεὶς ἐξ αὐτῶν ἐστιν, ἀλλ' οὐδὲ τῆς ἰδέας ἔχει τις ἐξ αὐτῶν ἐκείνου, ὃν ἐν τῷ ναῷ ἐγὼ ἑώρακα. Τότε ἔγνω ὁ βασιλεὺς, ὅτι ἄγγελος Κυρίου ἐστὶ, καὶ τὸ ῥῆμα γνώριμόν ἐστι, καὶ ὁ ὅρκος αὐτοῦ· εἰπόντος καὶ τοῦ παιδὸς ὅτι λευκοφόρος ἐστὶ, καὶ αἱ παρειαὶ αὐτοῦ πῦρ ἀπέπεμπον, καὶ ἐνηλλαγμένη ἡ ὅρασις αὐτοῦ, μεγάλως ἐδόξασε τὸν Θεὸν ὁ βασιλεὺς, λέγων, Ὅτι εὐδόκει ὁ Θεὸς τὸ ἔργον τοῦτο, καὶ ὅτι λογισμὸς μέγας μοι περιέπιπτε πῶς καλέσω τὸν ναόν. Καὶ ἔκτοτε προσηγορεύθη ὁ ναὸς Ἁγία Σοφία. ὁ Λόγος τοῦ Θεοῦ ἑρμηνευόμενος. Καὶ σκοπήσας ὁ βασιλεὺς εἶπεν οὕτως· Μὴ ἐάσω τὸν παῖδα ὑποστρέψαι, ἵνα εἰς τὸ διηνεκὲς φυλάττῃ ὁ ἄγγελος Κυρίου, ὡς εἶπε κατελθὼν ἐν ὅρκοις. Εἰ γὰρ ὁ παῖς ὑποστρέψῃ καὶ ἐλθὼν ἐν τῷ κτίσματι, καὶ ἄγγελος Κυρίου ὑποστρέφει, καθὰ προέφησε τῷ παιδαρίῳ τὸ, Ἕως οὗ ἔλθῃς. Βουλευσαμένου δὲ τοῦ βασιλέως τοὺς κρείττονας τῆς συγκλήτου καὶ ἱερατικοὺς ποιμένας, εἶπον αὐτῷ· Μὴ ὑπόστελλε τὸν παῖδα εἰς τὴν οἰκοδομὴν, κατὰ τὸν ὅρκον τοῦ ἀγγέλου, ὅπως ἐκ Θεοῦ φυλάξῃ τὸν ναὸν ἕως τέλους κόσμου. Ὁ δὲ βασιλεὺς πλουτίσας τὸν παῖδα καὶ ἀξιώσας αὐτὸν τιμῆς μεγάλης, ἀπέστειλε μετὰ βουλῆς τοῦ πατρὸς οὐτοῦ εἰς ἐξορίαν εἰς τὰς Κυκλάδας νήσους. Ἐγένετο δὲ τὸ ῥῆμα τοῦ ἀγγέλου εἰς τὸ δεξιὸν μέρος τοῦ πινσοῦ τῆς ἄνω ἀψίδος, τοῖς ἀνερχομένοις ἐπὶ τὸν Τροῦλον.

A lateris fornicibus, ipsique in scyphi morem obtectis, voluit imperator ut miliarisia in die Sabbati ex palatio exportarentur; erat quippe hora diei sexta jussitque Strategius cum operas tum artifices pransum ire. Descendens vero prædictus Ignatius mechanicus, filium supra porticus dextri lateris ad instrumentorum custodiam reliquit. Erat autem puer annorum circiter quatuordecim. Sedente puero, eunuchus quidam splendida veste indutus, forma decorus, velut nimirum ex palatio missus sese puero sistit et ait: Quid causæ est cur opifices opus Dei non cito perficiant, sed eo relicto comessatum abierunt? Cui puer, Jamjam, inquit, domine, aderunt. Ille vero, Vade cito et evoca: nam opus perfici summo studio cupio. B Puero autem se dicessurum negante, ne ferramenta perirent, ait eunuchus: Abi quamprimum et dic ut celeriter veniant. Nam juro tibi, fili, per sanctam Sophiam Dei verbum, quæ nunc ædificatur, me non hinc dicessurum donec tu revertaris, quippe qui jussus sim hic ministrare et custodiam agere. His auditis puer celeri cursu proficiscitur, relicto Dei angelo in superiore parte ædificii custode: ac ubi patrem architectorum principem cum reliquis convenit, rem ordine narravit. Pater vero filium ad imperatorem adduxit. Imperator enim ad oratorium sancti Joannis Præcursoris in horologio prandebat. Imperator autem, auditis quæ narrabat puer, eunuchos omnes evocat, ac puero ostendit, sciscitans, Hiccine est? Tum puer, Horum, inquit, nemo est, neque enim horum quisquam simile C quid habet illi, quem in templo conspexi. Tunc imperator angelum esse Domini tum ex ejus sermone tum ex jurejurando cognovit, præsertim puero affirmante fuisse illum veste candida, genis ignem vibrantibus, et vario vultu; ac Deum magnis laudibus cumulavit imperator dicens: *Deo sane acceptum est hoc opus, hærebamque multum anxius quo nomine templum appellarem.* Exindeque templum appellatum est Sancta Sophia, quod significat, Verbum Dei. Re vero secum perpensa, imperator sic ait: Non sinam puerum ad templum remigrare, ut angelus Domini illud in perpetuum custodiat, quemadmodum juramento pollicitus est. Si enim ad fabricam redierit puer, angelus Domini abibit, cum puero dixerit, Donec redieris, Imperator itaque consilio cum præcipuis senatorum sacrique ordinis pastoribus inito, hanc ab illis sententiam accepit: Ne mittas puerum ad fabricam, ut angelus illud ex jurejurando quo se obstrinxit, ad finem usque mundi, Dei jussu, custodiat. Divitiis igitur et dignitate auctum puerum, volente patre, ad Cycladas insulas relegavit. Hoc porro angeli cum puero colloquium, in dextera parte pilæ superioris fornicis, ad Trullum ascendentibus, habitum est.

lumnas et incrustationes marmoreas pari ornamento decoravit. Templi quoque pavimentum variis pretiosisque marmoribus ornavit. Lateribus vero extrinsecus et e vicino positis perpolitis, ea candidis pretiosisque ac ingentibus lapidibus constravit.

A ὑπερῷα καὶ τοὺς κίονας, καὶ τὰς ὀρθομαρμαρώσεις. Τὸ δὲ ἔδαφος τοῦ ναοῦ κατεκόσμησε διὰ ποικίλων καὶ πολυτελῶν μαρμάρων· καὶ στιλβώσας δὲ πλάγια καὶ τὰ ἔξω καὶ τὰ πέριξ κατέστρωσε διὰ λευκῶν λίθων πολυτίμων μεγίστων.

Sacrum bema ex argento confecit. Ostiola, quatuor mensas, archiepiscopi thronum, et sacerdotum sedilia septem, ex argento deaurata. Sancta sanctorum infra gradus sita. Ciborium ac reliqua altaris describuntur. Sacra mensa ex variis lapidibus pretiosis et metalli generibus opere fusili conflata.

Sacrum bema ex argento splendido, perystilia et columnas cum ostiolis ex argento deaurata concinnavit : cuncta argentea auro oblita. In sacro autem bemate quatuor mensas columnis innixas erexit, quas etiam auro obduxit : pariterque septem sedilia sacerdotum cum archiepiscopi throno, B et quatuor columnis, ustrinque posita deauravit. Cum autem religioni duceret ingredi in adytum, quod Cyclium vocant, infra gradus situm, Sancta sanctorum illud appellavit. Columnas etiam ingentis molis erexit argenteas, auro oblitas cum ciborio atque liliis. Ciborium autem argento encaustum fecit. Ciborio imposuit globum ex auro solidum, pondo centenariorum octodecim, liliaque aurea pendentia libras centum sexdecim ; supraque illa auream crucem cum lapillis pretiosis, iisque rarissimis. Crux vero septuaginta quinque librarum pondere erat illud autem excogitavit, cum sacram mensam præstantiorem, et ipso auro pretiosorem efficere vellet : accercitis peritis hominibus bene multis consilium suum aperuit. Illi vero, C In fornacem, inquiunt, conjiciamus aurum, argentum, lapides pretiosos omnis generis, margaritas, zambicas, æs, succinum, plumbum, ferrum, stannum, vitrum, et si quod est aliud metalli genus. Hæc vero in mottariis contrita et conglutinata in vas fusorium infuderunt : postque eadem igne liquata, extracta ab artificibus in formam conjecta sunt : atque hac mistione composita sacra mensa ingentis pretii educta est : quam tum imperator suo loco positam, columnis ex auro solidis varia gemma ornatis suffulsit ; et circumpositos gradus in quibus stare solent sacerdotes ad sanctam mensam osculandam totos item argenteos, deauratos effecit. Mare autem, ut vocant, sacræ mensæ, inæstimabilibus lapillis constravit et auro obduxit. Quis vero sacram mensam conspicatus non stupeat ? aut quis D eam possit diutius contemplari ? cum variis coloribus varie micet ; videaturque nunc auri, nunc argenti fulgorem referre, modo sapphiri instar rutilare, et, ut verbo dicam, multiplicium colorum radios emittere, secundum naturam lapillorum, marmorum et omnis generis metallorum.

Τὸ δὲ ἅγιον θυσιαστήριον ἐξ ἀργύρου λαμπροῦ. τά τε στήθεα καὶ κίονας, ἀργύρῳ πάντα περιεκύκλωσε σὺν τοῖς πυλαιῶσι· πάντα ἀργυρᾷ καὶ χρυσεμβάφα. Τραπέζας δὲ τέσσαρας τῷ ἁγίῳ θυσιαστηρίῳ ἔστησεν ἐπὶ τοὺς κίονας, καὶ αὐτοὺς κατεχρύσωσε. Τὰς ἑπτὰ βάσεις τῶν ἱερέων, ἐν αἷς καθέζονται ἀναβάντες, σὺν τῷ τοῦ ἀρχιερέως θρόνῳ, καὶ τῶν τεσσάρων ἀργυρῶν κιόνων κατεχρύσωσε, στήσας ἑκατέρῳ μέρει. Ἀναδύων τε εἰσπορεύεσθαι ἐν τῷ ἰλύματι τῷ καλουμένῳ Κυκλίῳ, ὅπερ ἐστὶν ὑποκάτω τῶν βαθμίδων, τοῦτο Ἅγια ἁγίων προσηγόρευσεν. Ἔστησε δὲ καὶ κίονας εὐμεγέθεις, καὶ αὐτοὺς ἀργυροχρύσους, σὺν τῷ κιβωρίῳ καὶ τοῖς κρίνοις. Τὸ δὲ κιβώριον ἀργυροέγκαυστον ἐποίησεν. Ἐπάνω δὲ τοῦ κιβωρίου ἔστησε σφαῖραν ὁλόχρυσον, ἔχουσαν σταθμὸν χρυσίου κεντηνάρια ιη', καὶ κρίνα χρυσᾶ στήσαντα ρις', καὶ ἐπάνω αὐτῶν, σταυρὸν χρυσοῦν μετὰ λίθων πολυτελῶν καὶ δυσπορίστων, ὅστις σταυρὸς εἶχε σταθμὸν χρυσοῦ λίτρας οε'. Ἐποίησε δὲ μηχανὴν τοιαύτην, βουλόμενος γὰρ κρείττονα τὴν ἁγίαν τράπεζαν καὶ πολυτελῆ ταύτην ποιῆσαι ὑπὲρ χρυσίον, προσεκαλέσατο ἐπιστήμονας πολλοὺς, εἰρηκὼς αὐτοῖς τοῦτο· οἱ δὲ ἔφησαν αὐτῷ· Εἰς γωνευτήριον ἐμβάλωμεν χρυσὸν, ἄργυρον, λίθους τιμίους παντοίους, μαργαρίτας, ζάμβυκας, χαλκὸν, ἤλεκτρον, μόλιβδον, σίδηρον, κασσίτερον, ὕελον, καὶ λοιπὴν πᾶσαν μεταλλικὴν ὕλην· καὶ τρίψαντες αὐτὰ ἀμφότερα εἰς ὅλμους καὶ δήσαντες, ἐπὶ τὸ χωνευτήριον ἔχυσαν· καὶ ἀναμαξάμενοι τὸ πῦρ, ἀνέλαβον ταῦτα οἱ τεχνῖται ἐκ τοῦ πυρὸς, καὶ ἔχυσαν εἰς τυπάριν· καὶ ἐγένετο χυτὴ πάμμιγος ἀτίμητος ἡ ἁγία τράπεζα· εἶθ' οὕτως ἔστησεν αὐτήν· ὑποκάτωθεν δὲ αὐτῆς ἔστησε κίονας ὁλοχρύσους καὶ αὐτοὺς μετὰ λίθων πολυτελῶν· καὶ τὴν πέριξ κλίματα ἐν ᾗ ἵστανται ἱερεῖς εἰς τὸ ἀσπάζεσθαι τὴν ἁγίαν τράπεζαν, καὶ αὐτὴν ὁλοάργυρον, κεχρυσωμένην. Τὴν δὲ θάλασσαν τῆς ἁγίας τραπέζης ἐξ ἀτιμήτων λίθων πεποίηκε, καὶ κατεχρύσωσεν αὐτήν. Τίς γὰρ θεάσηται τὸ εἶδος τῆς ἁγίας τραπέζης, καὶ οὐ καταπλαγείη ; ἢ τίς δυνήσεται κατανοῆσαι ταύτην, διὰ τὰς ποικίλας χρόας καὶ στιλπνότητας ἐναλλάσσειν, ὡς ὁρᾶσθαι τὸ ταύτης εἶδος, ποτὲ μὲν χρυσίζον, ἐν ἄλλῳ δὲ τόπῳ ἀργυρίζον, εἰς ἄλλο σαπφειρίζον ἐξαστράπτον, καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, ἀποστέλλειν ὀλβίαν χρόαν, κατὰ τὰς φύσεις τῶν τε λίθων καὶ μαρμάρων, καὶ πάντων τῶν μετάλλων ;

Fores superiores ac inferiores ædis Sophianæ eburneæ anaglyphis ornatæ ac deauratæ numero 365. Aliæ portæ argenteæ deauratæ. Lignum arcæ. Pavimentum auro solido sternere cogitat Justinianus. Intra spatium annorum octo et quatuor mensium construitur ædes Sophiana.

Fecit etiam fores in inferioribus et superioribus ædibus ex ebore anaglyphis ornato deauratoque,

Ἐποίησε δὲ πυλῶνας κάτωθεν καὶ ἄνωθεν δι' ἐλεφαντίνων μεγάλων ὀστῶν γλυπτῶν κεχρυσωμένων

τὸν ἀριθμὸν τξε'. Ἐν δὲ τῇ πρώτῃ εἰσόδῳ τοῦ λουτῆρος ἐποίησε πυλῶνας ἠλέκτρους, καὶ εἰς τὸν νάρθηκα ἠλεκτρίνους πύλας ἐμμέτρους. Ἐν δὲ τῷ δευτέρῳ νάρθηκι ἐποίησεν ἐλεφαντίνους πύλας καὶ πυλῶνας τρεῖς· δύο ἐμμέτρους, καὶ μέσον τῶν δυοῖν μεγίστην, ἀργυρᾶν, χρυσέμβαφον, καὶ τὰς πάσας πύλας κατεχρύσωσεν· ἔσωθεν δὲ τῶν τριῶν πυλώνων ἀντὶ ξύλων καινῶν, ἔβαλεν ἐκ τῶν τῆς κιβωτοῦ ξύλων. Βουλόμενος δὲ καὶ τὸν πάτον ὁλόχρυσον ποιῆσαι, κωλύουσι τοῦτόν τινες μαθηματικοὶ λέγοντες, ὅτι Ἐπ' ἐσχάτων ἡμερῶν ἐλεύσονται βασιλεῖς πένητες, καὶ ἐδαφιοῦσι τὸν ναόν· καὶ ἐκ τῆς βουλῆς αὐτῶν εἴασε τοῦτο. Καθ' ἑκάστην δὲ ἡμέραν ἔβαλεν ὁ βασιλεὺς εἰς τὸν χοῦν μιλιαρίσια χιλιάδας β', καὶ ὅτε ἐπλήρουν τὸ ἔργον οἱ τεχνῖται, τῇ ἑσπέρᾳ ἐσκύλευον τὸν χοῦν, καὶ εὕρισκον τὰ μιλιαρίσια. Τοῦτο δὲ εἰς χαρὰν τοῦ λαοῦ ἐποίησεν ὁ βασιλεὺς καὶ εἰς προθυμίαν. Καὶ ἡ μὲν ὕλη, καθὼς προεῖπον, ἀποσυνήχθη εἰς χρόνους ἑπτὰ ἥμισυ, καὶ ἀπετέθη. Ὁ δὲ ναὸς ἐκτίσθη καὶ ἐτελειώθη παρὰ τῶν προειρημένων ἀνδρῶν δέκα χιλιάδων, μετ' ἐπιμελείας καὶ πολλῆς σπουδῆς εἰς χρόνους ὀκτὼ καὶ μῆνας τέσσαρας, ὡς εἶναι τοὺς πάντας χρόνους ις'.

A numero trecenta sexaginta quinque. In priori autem baptisterii introitu electrinas portas adornavit. In narthece item electrinas portas mediocris magnitudinis. In secundo autem narthece eburneas portas et tres fores; quarum duæ quidem mediocris magnitudinis, media vero longe maxima argentea auro obducta : omnesque item portas auro operuit. Trium harum forium interiora, pro lignis novis, lignis ex arca communivit. Cum autem pavimentum auro solido sternere vellet, cohibitus est a quibusdam mathematicis dicentibus : Futuris temporibus venturi sunt operatores inopes, qui templum solo æquabunt : de illorumque sententia a proposito abstinuit. Singulis porro diebus imperator duo millia miliarisiorum in pulverem projiciebat; expletoque opere, artifices vespere pulverem exportantes, B sibique rapientes miliarisia reperiebant. Quod ideo agebat imperator ut operas lætas alacresque redderet. Et sic quidem, ut dictum est, materia septem annis cum dimidio collecta fuit. Templum vero ab illis decem millibus magna cura et sollicitudine operi incumbentibus intra annorum octo et quatuor mensium spatium, exstructum et perfectum est. Ita ut in totum opus anni sexdecim impenderentur.

Ambo trullum auream lapidibus preliosis ornatam habuit. Crux ac reliqua ambonis ornamenta aurea erant lapillis distincta.

Τὸν δὲ ἄμβωνα ἐποίησε σὺν τῇ σωλέᾳ. Εἶχε δὲ τροῦλον χρυσοῦν, μετὰ λίθων καὶ μαργαριταρίων. Ὁ δὲ σταυρὸς τοῦ ἄμβωνος εἶχε σταθμοῦ λίτρας ρ'· εἶχε δὲ κατὰ σειστὰ λυχνίτας σὺν μαργαριταρίοις ἀπηδότοις· ὁλόχρυσα δὲ πετάσια, ἀντὶ στήθεων εἶχεν ἐπάνω ὁ ἄμβων.

Ambonem cum solea construxit : habuit item ambo trullum auream cum lapidibus et margaritis. Ambonis crux erat pondo centum librarum, ornata carbunculis et teretibus margaritis. Galeri ex auro solidi, columellarum loco ambonis superiora occupabant. C

Os putei ex Samaria advehitur; Tubæ vero æneæ Hierichunte. Crux in scevophylacio. Reliquiæ impositæ columnis.

Τὸ δὲ στομίδιον τοῦ φρέατος ἦχθη ἀπὸ Σαμαρίας. Τούτου χάριν ἐκλήθη Ἅγιον Φρέαρ, διότι ἐν αὐτῷ ὡμίλησεν ὁ Χριστὸς τῇ Σαμαρείτιδι. Αἱ δὲ τέσσαρες σάλπιγγες αἱ χαλκαῖ ἃς ἔστησεν ἐν τῷ Φρέατι τῷ Ἁγίῳ ἀπὸ Ἱεριχὼ ἐκομίσαντο αὐτὰς, ἃς εἶχον τότε οἱ ἄγγελοι εἰς μίμησιν, ὅτε ἔπεσον τὰ τείχη Ἱεριχώ. Ὁ δὲ τίμιος Σταυρὸς ὁ ἱστάμενος σήμερον ἐν τῷ σκευοφυλακίῳ, τὸ μέτρον ἐπὶ τῆς ἡλικίας τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὃς ἀκριβῶς ἐμετρήθη παρὰ πιστῶν καὶ ἀξιολόγων ἀνδρῶν ἐν Ἱερουσαλήμ. Διὰ τοῦτο ἐνέδυσεν αὐτὸν ἀργύριον καὶ λίθους, καὶ κατεχρύσωσεν αὐτόν· καὶ μέχρι τῆς σήμερον ἰάσεις ποιεῖ, καὶ νοσήματα διώκει, καὶ δαίμονος ἀπελαύνει. Ἐν ἑκάστῳ κίονι τῶν ἄνω καὶ τῶν κάτω ἅγιον λείψανον ἔχει ἐνθρονιασμένον.

Putei os ex Samaria advectum; ideoque sacer puteus vocatus est, quia juxta illum Christus Samaritanam allocutus est. Tubæ autem æneæ quatuor, quas in sacro puteo collocavit, Hierichunte deferri curavit, quas tunc angeli tenebant, ut quod olim factum esset cum Hierechuntis muri corruissent imitarentur. Veneranda autem illa crux, quæ stat hodie in scevophylacio, est mensura staturæ Jesu Christi Domini nostri, quam viri fideles et magni momenti ad ipsum Christum in Jerusalem accuratissime sunt dimensi. Eaque de causa argento illam et lapillis circumdederunt auroque obduxerunt: D et ad hanc usque diem morbos curat, ægritudines amovet et dæmonia pellit. Singulis columnis superiorum et inferiorum ædium sanctæ reliquiæ impositæ servantur.

Vasa ac alia ornamenta ad quadraginta duo millia conficiuntur. Alia sunt aurea tantum, alia lapillis ornata. Possessionibus ac aliis reditibus ecclesias ditat. Sacerdotum ac cantatricum numerus.

Ἐποίησε δὲ καὶ σκεύη ὁλόχρυσα τῶν δώδεκα ἑορτῶν ἄλλα καὶ ἄλλα, ἀπό τε Εὐαγγελίων ἱερῶν, καὶ χερνιβοξέστων, ὁρκιολίων, δισκοποτηρίων, δίσκων· ἐποίησε δὲ τὰ πάντα ὁλόχρυσα διὰ λίθων μετὰ μαργαριταρίων· ἀριθμὸν σκευῶν χιλιάδας μβ'· ἐνδυ-

Multa autem et varia, quæ ad duodecim solemnium dierum festorum cultum pertinerent, ex auro tota facienda curavit, videlicet sacra Evangelia, malluvia, urceolos, calices, patenas, discos : omnia ex auro facta et margaritis gemmisque or-

nata, ad quadraginta duo millia numero erant : altari pepla seu ædium sacrarum aulæa aurea lapillis sulcata trecenta : coronæ centum, ut suam quæque solemnitas haberet. Velamina aurea calicum seu poculopum margaritis et gemmis ornata quadraginta duo millia numero erant. Evangelia viginti quatuor singula centenariorum duorum : thuribula aurea carbunculis decorata triginta sex pondo librarum quadraginta. Multifida candelabra botri in morem concinnata ambonis et bematis, necnon muliebris utriusque conclavis atque narthecis ad sex millia ex auro solido. Ad usum vero templi trecenta sexaginta quinque prædia assignavit, ex Ægypto, India ac toto Oriente et Occidente, ac imperatorio diplomate cautum est, ut singulis quibusque festivitatibus darentur olei mensuræ mille, et vini mensuræ trecentæ, panes propositionis mille. Simili quoque ratione sacerdotum vices quotidianas constituit, eam ad sortem deputans cum sacerdotes, tum alios ad infimum usque gradum numero mille, cantatrices centum, in duas hebdomadas divisas. Cellulæ circumpositæ clero assignatæ pro cujusque gradu sunt : cantatricibus vero duo asceteria in domicilium tradita.

A τὰς διὰ λίθων χρυσὰς σωληνοτὰς τ', στέμματα ρ', ἵνα ἔχωσιν ἐν μιᾷ ἑκάστῃ ἑορτῇ. Ποτηροκαλύμματα ὁλόχρυσα διὰ μαργαριταρίων καὶ λίθων τιμίων χιλιάδας μϐ'. Εὐαγγέλια κδ', ἔχοντα ἀνὰ κεντηνάρια β' · θυμιατήρια ὁλόχρυσα λς', διὰ λίθων λυχνιταρίων, ἔχοντα σταθμοῦ λίτρας μ'. Ὁλυκάνδηλα βοτρύδια τοῦ ἄμβωνος, τοῦ βήματος ὁλόχρυσα, τῶν δύο γυναικίτων καὶ τοῦ νάρθηκος, χιλιάδας ς'. Ἀπεκύρωσε δὲ καὶ κτήματα τξε', ἀπὸ Αἰγύπτου, Ἰνδίας καὶ πάσης Ἑῴας καὶ Δύσεως ὑπάρχοντα εἰς διοίκησιν τοῦ ναοῦ · τυπώσας μιᾷ ἑκάστῃ ἑορτῇ δίδοσθαι ἔλαιον μέτρα χίλια, οἶνον μέτρα τ' · ἄρτους τῆς προθέσεως χιλίους. ὁμοίως καὶ τὰς ἐφημέρας ἐξέθετο, κληρώσας ἱερεῖς τε καὶ ἴως ἐσχάτου τῶν ὑπουργούντων τῷ ναῷ, χιλιάδα μίαν · ᾗ δούσας ρ', B μεριζομένας εἰς δύο ἑβδομάδας. Δέδωκε δὲ καὶ τῷ κλήρῳ κελλία εἰς τὰ πέριξ αὐτοῦ κατὰ τὴν τάξιν αὐτῶν · καὶ ταῖς ᾗ δούσαις σκηνώματα, δύο ἀσκητήρια.

Cruces septem, singulæ unius centenarii pondo. Candelabra item aurea varii generis et lapillis ornata ; alia ut altari inservirent, alia vero quæ manu gestarentur. Impensæ actæ in structuram ambonis ac soleæ.

Cruces item septem fieri curavit, pondo singulas centenarii unius, pervariis lapillis pretiosis magnifice ornatas ; ita ut octo centenariis æstimarentur : itemque duo candalebra aurea quæ manu gestarentur, gemmis et maximis margaritis distincta, quæ etiam æstimata fuere auri quinque centenariis : alia quoque duo candelabra aurea quæ manu gestarentur sculpta ingentis magnitudinis; quorum C pedes ex auro solido æstimati sunt auri libris centum undecim : fecit item candelas varias lapillis distinctas numero quatuor, ut starent supra aurea et crystallina candelabra. Alia quoque conficienda curavit, ut altari inservirent. Ad ambonem item deputatus sumptus est, qui ex Ægypto tantum exactus est ad numismatum trecenta sexaginta quinque centenaria. Hæc suppeditavit ad ambonem cum solea : quam pecuniam ex pacto acceperat usque ad duo milia [centenaria.] Magnus enim Constantinus a barbaris Persarum regibus et ab aliis multis gentibus centenaria tria millia et sex solvenda edixit.

Στυροὺς δὲ ἐποίησε ζ', στένοντας χρυσοῦ ἀνὰ κεντηνάριον ἕν · καλλωπίσας αὐτοὺς ἀπὸ παντοίων τῶν λίθων πολυτελῶν, ὡς διατιμᾶσθαι τούτους ἀνὰ ρ" ρ" η'. Καὶ μανουάλια δύο ὁλόχρυσα διὰ λιθαρίων σὺν μεγίστοις μαργαριταρίοις, ἃ καὶ ἀπετιμήθη χρυσίου κεντηνάρια ε', καὶ ἕτερα μανουάλια β'. ὁλόχρυσα γλυπτὰ παμμεγέθη · τοὺς δὲ πόδας αὐτῶν ὁλοχρύσους τιμῆς χρυσίου ρια'. Ἐποίησε δὲ καὶ φάτλια διάφορα διὰ λίθων τέσσαρα · ἐτύπωσε δὲ ἵνα ἵστανται ἐπάνω τῶν χρυσῶν καὶ κρύων μανουαλίων. Ἕτερα δὲ ἐποίησεν εἰς τὸ θυσιαστήριον. Εἰς δὲ τὸν ἄμβωνα ἐξωδίασε χρυσὸν, ὅπερ ἐδόθη ἐξ Αἰγύπτου μόνον, νομισμάτων κεντηνάρια τξε'. Ταῦτα ἐξωδίασεν εἰς τὸν ἄμβωνα σὺν τῇ σωλέᾳ, ὅπερ ἔλαβε πάκτὸν μέχρι β' · ὁ γὰρ μέγας Κωνσταντῖνος ἐτύπωσεν ἀπὸ τῶν βαρβάρων Περσῶν βασιλευόντων, καὶ ἑτέρων πολλῶν ἐθνῶν ρ" ρ" γ' ς'.

Justinianus templum Sophianum ædificare cæpit et absolvit. Quatuor nartheces, quatuor flumina ex paradiso exeuntia appellavit. Mare in dextro latere dextri gynæciti, Leontarium locus ubi sacerdotes lavabantur. Metatorii cubiculum.

Porro Justinianus solus et templum ædificare D incepit et inceptum absolvit, nemine aut in expensarum aut in operis partem veniente. Eratque illud pulcherrimum spectaculum si variam templi pulchritudinem conspicores, quod undequaque auro et argento fulgeret. Nec minus admirabile accedentibus pavimentum videbatur, quod marmorum omnigena varietate micantium coagmentatione, ceu in mari atque in fluminibus aquæ fluere viderentur. Nam quatuor templi fines, sive narthcces, quatuor flumina ex paradiso exeuntia vocavit; legemque fecit, ut quisquis pro peccatis segrega-

Ὁ δὲ Ἰουστινιανὸς μόνος ἤρξατο, καὶ μόνος ἐτελείωσε τὸν ναὸν, μηδενὸς ἑτέρου συνδρομὴν ποιήσαντος, ἢ οἱανδήποτε οἰκοδομήν. Θαῦμα δὲ ἦν θεάσασθαι ἐν τῷ κάλλει καὶ τῇ ποικιλίᾳ τοῦ ναοῦ, ὅτι πάντοθεν ἦν τῷ χρυσίῳ καὶ ἀργύρῳ ἐξαστράπτον. Καὶ εἰς τὸ ἔδαφος θαῦμα ἦν τοῖς εἰσιοῦσιν, ἐν τῇ ποικιλίᾳ τῶν μαρμάρων δίκην θαλάσσης ὁρᾶσθαι, ἢ ποταμῶν ῥέοντα ὕδατα. Τὰς γὰρ τέσσαρας φίνας τοῦ ναοῦ ὠνόμασε τοὺς δ' ποταμοὺς τοὺς ἐξερχομένους ἐκ τοῦ παραδείσου · καὶ ἔδωκε νόμον κατὰ τὰς ἁμαρτίας ἵστασθαι ἐν αὐτοῖς ἕνα ἕκαστον ἀφοριζομένους. Ἐποίησε δὲ εἰς τὴν φιάλην γυρόθεν στοὰς φρεατικὰς

ιϐ', καὶ λέοντας λιθίνους ἐρεύγεσθαι τὸ ὕδωρ εἰς ἀπόνιψιν τοῦ λαοῦ. Ἐν δὲ τῇ δεξιᾷ πλευρᾷ τοῦ δεξιοῦ γυναικίτου ἐποίησε θάλασσαν μέχρι σπιθαμῆς, ἵνα ἀνέρχηται τὸ ὕδωρ, καὶ κλίμακα μίαν ὑπεράνω τῆς θαλάσσης, ἵνα διέρχωνται οἱ ἱερεῖς· ἔστησε δὲ δεξαμενὰς ὀμβριμαίους ναμάτων, καὶ ἔγλυψε λέοντας δώδεκα, καὶ παρδάλεις δώδεκα, δόρκας δώδεκα, ἵνα ἐκ τῶν φαρύγγων αὐτῶν ἐμεῖσθαι τὸ ὕδωρ διὰ μηχανῆς, εἰς τὸ τοὺς ἱερεῖς νίπτεσθαι μόνον. Ἐκάλεσε δὲ τὸν τόπον Λεοντάριον· καὶ Μητατώριον, ὅπερ ἐκεῖσε ἀνήγειρε κοιτῶνα ὡραῖον διάχρυσον, ἵνα πορευομένου αὐτοῦ ἀπὸ τοῦ ναοῦ, ἐκεῖσε καθεύδῃ. Τὴν δὲ ὡραιότητα καὶ ὑπερβολὴν τοῦ κάλλους τοῦ κεχρυσωμένου καὶ διηργυρωμένου ναοῦ, ἀπὸ ὀρόφους ἕως ἐδάφους, τίς διηγήσεται;

retur, istic stationem haberet. Circa vero Phialam fecit duodecim porticus cum puteis, leonesque lapideos aquam, quo se populus lavaret, eructantes. In dextero autem latere dextri gynæciti, mare unius cubiti concinnavit, ut aqua ascenderet, scalamque unam, ut supra mare sacerdotes transirent. Posuit item conchas seu receptacula aquæ pluviæ, duodecimque leones sculpsit, pardos duodecim, damas duodecim; quæ machinis quibusdam aquam evomendo, solis sacerdotibus lavandi copiam facerent; locum vero Leontarium nuncupavit. Appellavit porro Metatorium cubiculum illud speciosum, auroque ornatum ab se ibidem exstructum, ut cum e templo exiret, ibique esceret. Templi demum a tecto ad pavimentum auro argentoque obducti speciem eximiamque pulchritudinem quis, ut par est, narrare posset?

Justinianus die vigesima secunda Novembris, solemni pompa templum Sophianum una cum patriarcha ingreditur. Dei sequenti templi apertionem facit. Quas largitiones populo tunc fecerit.

Ὅμως τελειώσας τὸν ναὸν καὶ τὰ ἱερὰ σκεύη καὶ ἀναθήματα, αὐτῇ τῇ κϐ', τοῦ Νοεμβρίου μηνὸς, εἰσῆλθεν ἀπὸ τοῦ Παλατίου μετὰ προελεύσεως τὸν πυλῶνα τοῦ Αὐγουστιῶνος τοῦ εἰσερχομένου εἰς τὸ Ὡρολόγιον, καθεζόμενος ἐπὶ ἅρματος μετὰ δ' ἵππων, καὶ ἔθυσε βόας α' καὶ πρόβατα, ς', ἐλάφους χ', σύας α', ὄρνιθας καὶ ἀλεκτρυῶνας ἀνὰ χιλιάδας δέκα. Δέδωκε δὲ καὶ τοῖς πένησι καὶ δεομένοις σίτου μόδια μυριάδας γ', τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ δι' ὡρῶν τριῶν· καὶ τότε εἰσώδευσεν ὁ βασιλεὺς Ἰουστινιανὸς μετὰ τοῦ σταυροῦ καὶ τοῦ πατριάρχου Εὐτυχίου. Καὶ ἀποδράσας ταῖς χερσὶ τοῦ πατριάρχου ἀπὸ τῶν βασιλικῶν πυλῶν, ἔδραμε μόνος μέχρι τοῦ ἄμβωνος· καὶ ἐκτείνας τὰς χεῖρας εἰς τὸν οὐρανὸν, εἶπε· Δόξα τῷ Θεῷ, τῷ καταξιώσαντί με τοιοῦτον ἔργον ἀποτελέσαι· νενίκηκά σε, Σολομών. Καὶ μετὰ τὸ εἰσοδεῦσαι, ἐποίησεν ὑπάτια, καὶ δέδωκε τῷ λαῷ κεντηνάρια τρία διὰ Στρατηγίου μαγίστρου ταῦτα χύνοντος εἰς τὸ ἔδαφος· καὶ τῇ ἐπαύριον ἐποίησε τὰ ἀνοίξια τοῦ ναοῦ, τοσαῦτα καὶ πλείονα ὁλοκαυτώματα θύσας, καὶ μέχρι τῶν ἁγίων Θεοφανίων δι' ἡμερῶν πεντεκαίδεκα κλητορεύων πάντας καὶ ῥογεύων, καὶ εὐχαριστῶν τῷ Θεῷ. Καὶ οὕτως ἐτελείωσε τὸ ἐφετὸν ἔργον αὐτοῦ.

Absoluto templo sacrisque vasis cæterisque ornamentis, solemni pompa, die Novembris vigesima secunda e palatio in Augustionis atrium, qua ad horologium iter est, in quadragis est ingressus: mactavitque boves mille, ovium sex millia, cervos sexcentos, sues mille, gallinas decem mille totidemque pullos. Eademque die trium horarum spatio elargitus est pauperibus et egenis tritici modiorum triginta millia. Quo peracto, Justinianus imperator cum cruce ac Eutychio patriarcha comite templum ingressus est: tum a patriarcha dilapsus a regiis foribus solus ad ambonem usque cucurrit, extensisque in cœlum manibus ait: Gloria Deo qui me honore est dignatus, ut tale opus perficerem: vici te, Salomon. Post ingressum, consulares largitiones fecit, magistroque Strategio in pavimentum effundente, tria centenaria populo distribuit. Postero die totidem vel holocautomata cum mactasset, templi apertionem fecit, et per dies quindecim usque ad sancta Theophania, epulas et pecuniam populo dilargiebatur, gratiasque Deo agebat. Et hoc modo desideratum sibi opus perfecit.

Trullus ædis Sophianæ anno secundo Justini cum corruisset, ambonem, soleam ac pavimentum contrivit Causæ ruinæ. Readificatur iisdem lateribus Rhodiis. Ambo vero solea et pavimentum ex materia longe minoris pretii construuntur.

Διήρκεσε δὲ ὁ νεωτερικὸς τροῦλος, ὁ παρὰ τοῦ μεγάλου Ἰουστινιανοῦ κτισθεὶς, καὶ ὁ ἄμβων ὁ πολύολβος καὶ πολυθαύμαστος σὺν τῇ σωλέᾳ καὶ τοῦ ποικίλου πάτου τοῦ ναοῦ χρόνους ιζ'. Μετὰ δὲ θάνατον τοῦ Ἰουστινιανοῦ ἐκράτησεν Ἰουστῖνος ὁ ἀνεψιὸς αὐτοῦ τῆς βασιλείας, καὶ εἰς τὸν δεύτερον χρόνον αὐτοῦ, ἡμέρᾳ ε', ὥρᾳ ἕκτῃ τῆς ἡμέρας, ἐγένετο πεσεῖν τὸν τροῦλον, καὶ συνέτριψε τὸν ἀξιοθαύμαστον ἄμβωνα, καὶ τὴν σωλέαν· τούς τε σαρδονύχους, καὶ ζαμβύκους, καὶ σαπφείρους, καὶ μαργαρίτας σὺν τῶν χρυσῶν στήθεων. Αἱ δὲ ἀψίδες, καὶ οἱ κίονες, καὶ τὰ λοιπὰ κτίσματα ἔμειναν ἀσάλευτα. Ὁ δὲ αὐτὸς βασιλεὺς προσκαλεσάμενος τοὺς καμόντας ἐκεῖσε μηχανικοὺς, ἐπυνθάνετο παρ' αὐ-

Duravit autem Trullus illa nova insolito structuræ genere a Justiniano excitata, et ambo ille sumptuosissimus et admiratione dignus cum solea et vario templi pavimento annos septemdecim. Post mortem vero Justiniani, imperium excepit Justinus, ejus ex sorore nepos; cujus anno secundo, feria quinta diei hora sexta, trullus corruit: stupendumque ambonem, soleam, sardonychos, zambycos, sapphiros et margaritas, cum aureis columellis contrivit. Apsides vero, columnæ et ædificia reliqua intacta immotaque manserunt. Tunc imperator, evocatis architectis, sciscitabatur quæ causa ruinæ trullo fuisset. Quod avunculus tuus, in-

quiunt, amotis citius quam per erat lignies fulcimentis, maturius musivo opere exornare studuerit: quodque, ut latius pateret aspectu, æquo sublimiorem illam stuxerit : et quod operæ scalas et sustentacula cædentes projicerent; hinc factum est, ut ex eorum pondere trulli fundamenta necdum satis excoctæ dissilirent. Hæc artifices imperatori, qui item addiderunt : Si jubeas, domine, trullum planiorem in cymbali convexi formam construi, mitte in Rhodum insulam, ut avunculus fecit, jubeque istic lateres ex creta Rhodia parari, æquali cum pristinis pondere et sigillo. Tum jussu imperatoris pares advecti lateres sunt. Sic rursus erecta trullus, demptis e pristinæ sublimitate ulnis quindecim, eaque in tympani morem aptata, ac metu ruinæ citius iterandæ, fulcimenta lignea per annum integrum relicta sunt, donec excocto humore trulli fabricam jam firmiter consistere periti deprehenderunt. Ambonem vero et soleam cum paris sumptus et magnificentiæ construere non possent, longe minoris illum pretii ex lapidibus et columnis argento vestitis. cum cancellis in orbem argenteis et solea exædificarunt. Trullum autem amboni imponere noluit imperator expensarum vi deterritus. Sternendo pavimento cum iile variis coloribus distinctæ et prægrandes tabulæ non suppeterent, misso Manasse patricio et proposito in Proconnesum illic marmora paravit, terræ colorem præferentia, necnon alia prasini coloris, quæ flumina in mare influentia repræsentat.

A τῶν, τί τὸ συμβὰν εἰς τὸ χαλᾶσαι τὸν τροῦλον, Οἱ δὲ εἶπον τῷ βασιλεῖ, ὅτι Ὁ θεῖος σου σπεύσας ἐκῆρε τοὺς ἀντινύκτας τοὺς ὄντας ἐν τῷ τρούλῳ ξυλῖνους, καὶ ταχέως ἐμουσίωσεν αὐτόν· καὶ ὅτι ὑψηλὸν ἐποίησεν αὐτὸν πρὸς τὸ πανταχόθεν ὁρᾶσθαι· καὶ ὅτι τὰς σκαλώσεις κόπτοντες οἱ τεχνῖται ἔῤῥιπτον, καὶ ἐκ τοῦ αὐτῶν [βάρους] ἐσπαράσσοντο τὰ θεμέλια, καὶ [οὐκ] ἔλαβε πέψιν ὁ τροῦλος. Οὕτως οἱ τεχνῖται ἔφησαν τῷ βασιλεῖ· εἶπον δὲ αὐτῷ, ὅτι Ἐὰν κελεύεις, δέσποτα, ἵνα γένηται ὁ τροῦλος ἐπίπεδος κυμβαλικῶς, ἀπόστειλον εἰς τὴν Ῥόδον, καθὼς, καὶ ὁ θεῖος σου ἐποίησε, καὶ ἐκ τοῦ ταύτης πηλοῦ καὶ ἐκ τῆς τοιαύτης σφραγίδος, ἰσόσταθμα βήσαλα τοῦ προτέρου μέτρου ἀγάγωσι. Καὶ προσέταξεν ὁ βασιλεὺς, καὶ ἤγαγον τὰ βήσαλα ἀπὸ τοῦ Ῥόδου καθὼς καὶ πρότερον· οὕτως τοίνυν καὶ πάλιν ἐκαμώθη ὁ τροῦ-
B λος κόψαντες ἐκ τοῦ προτέρου τρούλου ὀργυιὰς δεκαπέντε, ποιήσαντες αὐτὸν τυμπανικὸν, πτούμενοι, ἵνα μὴ πάλιν ταχέως πέσοι, ἐάσαντες τὰ ξύλα καὶ τοὺς κριοὺς τῶν ἀντινύκτων χρόνον ἕνα, ἕως οὗ ἔγνωσαν ποιῆσαι τὴν πέψιν τὸν τροῦλον. Τὸν δὲ ἄμβωνα καὶ τὴν σωλέαν μὴ δυνάμενοι ποιῆσαι τοιοῦτον πολυέξοδον καὶ πολύτιμον, ἐποίησαν αὐτὸν οὐδαμινὸν, διὰ λίθων καὶ κιόνων ἀργυρενδύτων, καὶ στήθεων ἀργυρῶν μετὰ περιφερῶν ἀργυρῶν μετὰ τῆς σωλέας. Τροῦλον δὲ τοῦ ἄμβωνος οὐκ ἠθέλησε ποιῆσαι, ὡς εἶπεν, διὰ τὴν πολλὴν ἔξοδον. Εἷς δὲ τὸν πάτον, μὴ δυνηθεὶς εὑρεῖν τοιαῦτα πολυποίκιλα καὶ μέγιστα ἀβάκια, καὶ ἀποστείλας Μανασσῆ πατρίκιον καὶ πραιπόσιτον ἐν Προικοννήσῳ, ἐποίησεν ἐκεῖ τὰ μάρμαρα εἰς ὁμοιότητα τῆς γῆς, τὰ πράσινα εἰς ὁμοιότητα τῶν ποταμῶν τῶν ἐμβαινόντων ἐν τῇ θαλάσσῃ.

Dum trulli pegmata dirumperent, ædem Sophianam aqua replent. Fallunturqui Justino Thraci illius structuram ascribunt. Sub Justiniano celebratur quinta synodus. Encænia ecclesiæ S.apostolorumeodem imperante. Lues sævissima urbem CP. invadit, deinde terræ motus. Concubitores masculorum graviter puniuntur. Justinianus equestrem sibi statuam in Augustione erigit. Belisarius in Africam contra Vandalos mittitur. Deinde dux exercitus in ejus tocum a Justiniano creatur Salomon; sed malo omine.

Cum autem trulli pegmata dirumperent, et ligna dejecturi essent, ecclesiam aqua ad ulnarum octo altitudinem repleverunt : sicque fundamenta non concutiebantur. Falluntur itaque qui putant, Justinum Justiniani avunculum quidpiam in ea exstruxisse; tres siquidem sunt, Justinius Trax, Justinianus conditor et deinde Justinus sororis ejus filius, de quibus pluribus in Chronicis narratur ut cuilibet legenti patebit.Sub Justiniano igitur qui templi conditor fuit, celebrata est synodus quinta contra Severum anno imperii ejus decimo: itemque anno ejus imperii vigesimo primo, celebrata sunt encænia Magnæ ecclesiæ. Post obitum vero Theodoræ uxoris ejus celebrata sunt encænia SS. Apostolorum : quo tempore tanta lues Constantinopoli fuit, ut mortui insepulti manerent, quod grabbata ecclesiarum et ædium cadaveribus efferendis non sufficerent. Cum autem imperator grabbata mille confici jussisset, cum ne illa quidem satis essent, currus quam plurimos et jumenta parari jussit, ut mortui iis efferrentur. Perseveravit porro hæc gravissima contagio binis mensibus,

C Ὅταν δὲ ἔκοψαν τὰς σκαλωσεις τοῦ τρουλου, καὶ ἤθελον καταβιβάσαι τὰ ξύλα, ἐγέμισαν τὴν ἐκκλησίαν ὕδωρ ἕως ὀργυιὰς ὀκτὼ, καὶ οὐκ ἐσπάρασσον τὰ θεμέλια. Ψεύδονται δὲ οἱ λέγοντες, ὅτι καὶ Ἰουστῖνος ὁ ἀνεψιὸς αὐτοῦ ἔκτισεν ἐν αὐτῇ· τρεῖς γάρ εἰσιν, Ἰουστῖνος ὁ Θρᾷξ, καὶ Ἰουστινιανὸς ὁ κτίσας, καὶ μετ' αὐτὸν Ἰουστῖνος ὁ ἀνεψιὸς αὐτοῦ· περὶ ὧν ὁ λόγος διέξῃει ἐν τοῖς Χρονικοῖς πλατύτερον, καὶ ὁ ἀναγινώσκων εὑρήσῃ. Ἐπὶ οὖν Ἰουστινιανοῦ τοῦ κτίσαντος τὸ ἔργον αὐτοῦ, τότε γέγονε καὶ ἡ σύνοδος ε', ἡ κατὰ Σευήρου, τῷ δεκάτῳ αὐτοῦ ἔτει· γέγονε καὶ τὰ ἐγκαίνια τῆς Μεγάλης ἐκκλησίας τῷ κα' τῆς αὐτοῦ βασιλείας. Καὶ τελευτησάσης Θεοδώρας τῆς αὐτοῦ γυναικὸς, γέγονε τὰ ἐγκαίνια τῶν Ἁγίων Ἀποστόλων· ἐφ' οὗ θανατικὸν γέγονεν ἐν
D Κωνσταντινουπόλει, ὥστε μένειν ἀτάφους τοὺς ἀποθνήσκοντας, διὰ τὸ μὴ ἐξαρκεῖν τοὺς κραββάτους τῶν ἐκκλησιῶν καὶ τῶν οἴκων ἐκφέρειν αὐτούς. Τοῦ δὲ βασιλέως κραββάτους ποιήσαντος ,α, ἐπεὶ μὴ ἐξήρκουν, ἁμάξας προσέταξε πλείστας εὐτρεπισθῆναι καὶ ἄλογα, καὶ τοὺς τεθνεῶτας ἐν αὐτοῖς ἐκφέρειν· ἐκράτησε δὲ ἡ τοιαύτη πτῶσις καὶ χαλεπὴ μῆνας

β', Ἰούλιον καὶ Αὔγουστον. Μεγάλαι δὲ ἐγένοντο βρονταὶ καὶ ἀστραπαί, ὡς τοὺς πολλοὺς καυθῆναι· ἀλλὰ καὶ σεισμὸς μέγιστος καὶ παγκόσμιος, καὶ ἔπεσον οἶκοι καὶ ἐκκλησίαι πολλαὶ ἐν Κωνσταντινουπόλει, ὥστε πολλοὺς τελευτῆσαι· ἀλλὰ καὶ τὸ τεῖχος τῆς πόλεως, μᾶλλον δὲ τῆς Χρυσῆς. Ἔπεσε δὲ καὶ ἡ λόγχη ἣν ἐκράτει ὁ ἀνδριὰς ὁ ἑστὼς εἰς τὸν φόρον τοῦ ἁγίου Κωνσταντίνου, καὶ ἐπεκράτει ἡ γῆ σειομένη ἐπὶ πολύ. Ἐκ δὲ τῆς λύπης ὁ βασιλεὺς εἰς τὰ Γενέθλια τοῦ Χριστοῦ, καὶ εἰς τὰ ἅγια Θεοφάνια, ἄνευ στέμματος προῆλθεν, καὶ τὰ ἐξ ἔθους ἀριστόδειπνα τοῦ δωδεκαημέρου οὐκ ἔτέλεσεν· ἀλλ' ἅπαντα τοῖς πτωχοῖς διένειμε. Τὴν δὲ θάλασσάν φασιν ἀπὸ τῆς γῆς γενέσθαι ἐκ τοῦ σεισμοῦ μίλια τρία· καὶ ἀπολέσθαι πλοῖα ἐν τῇ τοῦ ὕδατος ἀναχωρήσει. Ἔπεσε δὲ καὶ ὁ τροῦλος τῆς Μεγάλης ἐκκλησίας, ὡς ἀνωτέρω δεδήλωται· ὃν καὶ ἀνέκτισεν, καὶ τὰ δεύτερα ἐγκαίνια τῆς αὐτῆς ἐκκλησίας φαιδρότερα καὶ λαμπρότερα πεποίηκεν. Οὗτος μαθὼν περί τινων ἀῤῥενοφθόρων, ἐρευνήσας καὶ τούτους εὑρὼν, τοὺς μὲν ἐκαυλοκόπησε, τοῖς δὲ καλάμους ὀξεῖς ἐμβάλλεσθαι εἰς τοὺς πόρους τῶν αἰδοίων ἐκέλευσε, καὶ γυμνοὺς κατὰ τὴν ἀγορὰν θριαμβευθῆναι. Ὑπῆρχον μέντοι ἐκ τῶν πολιτῶν καὶ τῶν συγκλητικῶν πολλοὶ τῶν δὲ ἀρχιερέων οὐκ ὀλίγοι· οἱ δημευθέντες οὕτως περιαγόμενοι κατὰ τὴν ἀγορὰν γυμνοὶ, οἰκτρῶς ἐτελεύτησαν· καὶ γενομένου φόβου μεγάλου, οἱ λοιποὶ ἐσωφρονίσθησαν. Ὁλολύζετο γὰρ, φησὶ, πίτυς, ὅτι πέπτωκε κέδρος. Ἔστησε δὲ καὶ τὸν κίονα τὸν λεγόμενον Αὐγουστιῶνα, ἐπιθεὶς ἐπάνω ἔφιππον τὴν αὐτοῦ στήλην, κρατοῦσαν τῇ μὲν ἀριστερᾷ χειρὶ μῆλον σφαιροειδὲς, ὡς τῆς γῆς ἁπάσης αὐτοῦ κυριεύσαντος· τὴν δεξιὰν δὲ, ἀνατεταμένην ἔχουσαν, καὶ διακελευομένην, Στῆτε [Πέρσαι], καὶ τῆς Ῥωμαίων γῆς μὴ ἐπιβῆτε. Ἀπέστειλε δὲ καὶ Βελισάριον στρατηγὸν μετὰ πλήθους ἀναριθμήτου, καὶ πλοίων, καὶ χρυσοῦ πολλοῦ καταπολεμῆσαι Οὐανδάλους καὶ Ἀφρικὴν ἐκπορθῆσαι. Ὃς ἀγχινοίᾳ καὶ φρονήσει πάντα ληϊσάμενος, ἀνήγαγεν ἐν τῇ πόλει ἐν συντόμῳ, μετὰ πλούτου πολλοῦ, καὶ ἐθριάμβευσεν ἐν τῷ Ἱππικῷ, ὑπατίαν ποιήσας ἐν τῇ πόλει· ὥστε Ἰουστινιανὸς εἰς μὲν τὸ ἓν μέρος τοῦ νομίσματος ἑαυτὸν ἐχάραξε, εἰς δὲ τὸ ἕτερον Βελισάριον ἔνοπλον, καὶ ἐπέγραψε· Βελισάριος ἡ δόξα τῶν Ῥωμαίων. Ἀλλ' οἷα ὁ φθόνος ἐν μεγάλῃ εὐδαιμονίᾳ εἴωθε ποιεῖν, ὥδινε καὶ ἐς Βελισάριον. Διαβληθεὶς γὰρ, μετέστη τῆς ἀρχῆς, καὶ Σαλομῶν ἀντ' αὐτοῦ στρατηγὸς ἐπέμφθη, ὃς τὰ κτισθέντα Βελισαρίῳ φυλάξαι μὴ δυνηθεὶς, τοῖς Οὐανδάλοις πάντων παρεχώρησεν.

A Julio et Augusto. Hinc magna tonitrua et fulgura delapsa, quæ multos combusserunt : quin etiam terræ motus maximus et universalis, ita ut domus et ecclesiæ multæ Constantinopoli corruerent, multique opprimerentur; imo etiam murus urbis, et maxime ad Auream portam : lancea item, quam statua in Foro sancti Constantini erecta gestabat, in terram decidit; diuque terra in illa commotione mansit. Ex tantæ calamitatis mœrore imperator in Natali et in sancta Epiphania Christi, sine corona prodiit, et consueta duodecim dierum convivia non celebravit; sed omnia pauperibus distribuit. Narrant autem mare a terra tribus milliaribus præ concussione recessisse, et in aquarum recessu periisse naves. Delapsa item est B trullus Magnæ ecclesiæ, ut superius recensitum est; quam ipse restauravit, ac secunda Encænia lætiora et splendidiora celebravit. Is cum edidicisset masculorum concubitores esse, cum perquisitione facta reperisset eos, aliis quidem veretrum amputari jussit, aliis calamos acutos in verendorum meatus infigi, ipsosque nudos in Forum quasi ad triumphum adduci jussit. Inter eos erant cives et senatorii viri multi, nec pauci præsules; qui ita publice circumducti in Foro nudi misere interierunt. Hinc incusso metu valido, cæteri resipuerunt : Nam ululabat, inquit, pinus, quia cecidit cedrus. Erexit autem columnam, quam vocant Augustionem, cui equestrem statuam suam imposuit : quæ sinistra quidem rotundum pomum tenet, quo indicatur orbis impe- C rium penes ipsum esse : dexteram vero protendebat jubentis more, ac dicentis : State [Persæ] et in Romanorum terram ne impressionem faciatis. Misit porro Belisarium ducem cum innumeris copiis, navibus et pecunia multa, qui Vandalos debellaret, et Africam devastaret. Qui prudenter et sagaciter omnia deprædatus, spolia brevi in urbem deduxit cum divitiis multis et triumphavit in Hippodromo, consulatum gerens in urbe; ita ut Justinianus in altera numismatis parte seipsum repræsentaret, in altera vero Belisarium armatum, cum hac inscriptione, *Belisarius gloria Romanorum*. Enimvero invidia, ut solet rebus prosperrime succedentibus insidiari, Belisarium quoque ita adorta est. Nam calumniis impetitus a præfectura summotus est; in ejusque D locum Salomon dux exercitus missus est, qui cum non valeret ea, quæ Belisarius paraverat, tueri, omnia Vandalis concessit.

De prodigioso cane. Pontem Sangaris, necnon multas ecclesias ac urbes Justinianus exstruit. De iis Procopius libro octavo. Justinianus alienus a vera Dei religione moritur.

Ἦν δέ τις χαλκεὺς ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ Ἀνδρέας τοὔνομα, ἔχων μετ' αὐτοῦ κύνα ξανθὸν καὶ τυφλὸν, ὃς ἐποίει τέρατα. Παρεστῶτος γὰρ αὐτῷ ὄχλου, ἔν τε τοῖς Ἀρτοπωλίοις, καὶ ἐν τῷ Φόρῳ, καὶ κατὰ πάσης τῆς πόλεως, λάθρα τοῦ κυνὸς ἐκομίζετο τὰ τῶν ἑστώτων δακτυλίδια, χρυσᾶ τε καὶ ἀργυρᾶ, καὶ χαλκᾶ, καὶ ἐτίθει εἰς τὸ ἔδαφος, περισκέπων αὐτὰ

Erat porro illo tempore faber solarius quidam nomine Andreas. Is habebat canem rufum ac cæcum qui prodigia edebat. Nam præsente turba in Artopoliis et in Foro, cum clam isto cane adstantium annuli aurei, argentei, ænei per totam urbem deferrentur, et a domino suo in solo positi pulvere operirentur, tum jubente illo canis sin-

gulis suum restituebat : similiter variorum imperatorum numismata permista, nominatim, demonstrabat : quinetiam in turba astantium virorum et mulierum, designabat eas quæ prægnantes essent, meretrices, mœchos, cornutos; itemque misericordes et sordidos; omnia cum veritate indicabat. Quare dicebant illum spiritum Pythonis habere. Ipse autem imperator multas exstruxit ecclesias, urbes, necnon pontem Sangaris. Quæ omnia Procopius historicus octavo libro descripsit. Sub finem autem vitæ suæ imperator Justinianus, excitato corruptibilis et incorruptibilis dogmate, a vera Dei religione alienus obiit, cum Justinum sororis filium, tunc curopalatem imperatorem designasset.

A χώμασι, καὶ ἐπέτρεπε τῷ νυνὶ, καὶ ἔλεγε, καὶ ἐδίδου αὐτὸς ἑκάστῳ τὸ ἴδιον. Ὁμοίως καὶ διαφόρων βασιλέων νομίσματα μιγνύμενα ἀπεδίδου κατ' ὄνομα· ἀλλὰ καὶ τῶν παρεστώτων ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν, ὑπεδείκνυε τὰς ἐν γαστρὶ ἐχούσας, καὶ πόρνας, καὶ μοιχοὺς, καὶ τοὺς κερατάδας, καὶ ἐλεήμονας καὶ κνιπούς, πάντα μετὰ ἀληθείας ἐπεδείκνυεν· ὅθεν ἔλεγον πνεῦμα Πυθῶνος ἔχειν. Ὁ δ' αὐτὸς βασιλεὺς πάμπολλα κτίσματα ἐποίησεν ἐκκλησιῶν τε καὶ πόλεων, καὶ τὴν γέφυραν τοῦ Σαγγάρου· ἅπερ Προκόπιος ἱστορικὸς ἐν η' λόγῳ ἀνεγράψατο. Εἰς δὲ τὰ τέλη αὐτοῦ ὁ βασιλεὺς Ἰουστινιανὸς τὸ περὶ φθαρτοῦ καὶ ἀφθάρτου κινήσας δόγμα, ἀλλότριος τῆς εὐσεβείας Θεοῦ ἐτελεύτησε, προβαλλόμενος Ἰουστῖνον τὸν ἀνεψιὸν αὐτοῦ εἰς βασιλέα κουροπαλάτην τότε ὄντα.

TESTAMENTUM SALOMONIS *

(Ferd. Flor. Fleckius, *Anecdota sacra*, Lipsiæ 1837, ex cod. ms. Paris.)

Testamentum Salomonis filii David, qui regnavit in Jerusalem, et ditioni suæ et imperio subjecit omnes aerios, terrenos et subterraneos spiritus, per quos et omnia opera templi supereminentia fecit; quæ potestates eorum in homines, et quorum angelorum ope ipsi dæmones impotentes redduntur patefaciens.

Sapientia Salomonis.

Benedictus es, Domine Deus, qui dedisti Salomoni talem potentiam : tibi gloria et virtus in sæcula. Amen.

Et ecce dum ædificaretur templum urbis Jerusalem, et laborarent operarii, inter eos venit Ornias dæmon ab occidente, et accepit dimidium mercedis protomagistri adolescentuli et dimidium ciborum; insuper et pollicem dexteræ manus ejus sugebat singulis diebus; et macescebat puer qui erat dilectus regi valde. Rex autem Salomon ad se vocatum quadam die adolescentem interrogavit dicens : Nonne præ cæteris operariis laborantibus in templo Dei te diligo? dedi tibi duplum mercedis et cibaria duplicia : quomodo singulis diebus et horis macescis? Puer autem ait regi : Rex, quæso, audi quæ acciderunt, et quomodo se ha-

B Διαθήκη Σολομῶντος υἱοῦ Δαυὶδ, ὃς ἐβασίλευσεν ἐν Ἱερουσαλὴμ, καὶ ἐκράτησεν καὶ ὑπέταξε πάντων ἀερίων, ἐπιγείων καὶ καταχθονίων πνευμάτων· δι' ὧν καὶ πάντα τὰ ἔργα τοῦ ναοῦ τὰ ὑπερβάλλοντα πεποίηκεν· καὶ τίνες αἱ ἐξουσίαι αὐτῶν κατὰ ἀνθρώπων· καὶ παρὰ ποίων ἀγγέλων οὗτοι οἱ δαίμονες καταργοῦνται.

Τοῦ σοφοῦ Σολομῶντος.

Εὐλογητὸς εἶ, Κύριε ὁ Θεὸς, ὁ δοὺς τῷ Σολομῶντι τοιαύτην ἐξουσίαν· σοὶ δόξα καὶ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

C Καὶ ἰδοὺ οἰκονομουμένου τοῦ ναοῦ πόλεως Ἱεροσολύμων, καὶ ἐργαζομένων τῶν τεχνιτῶν ἐν αὐτοῖς, ἔρχεται ὁ Ὀρνίας τὸ δαιμόνιον κατὰ τὰς ἡλίου δεσμὰς (δυσμάς ?) καὶ ἐλάμβανε τὸ ἥμισυ τοῦ μισθοῦ τοῦ πρωτομαίστορος παιδαρίου οὕτως καὶ τὰ ἥμισυ σιτία· ἔτι καὶ τὸ ἀντίχειρα τῆς δεξιᾶς αὐτοῦ χειρὸς ἐθήλαζεν ἀφ' ἑκάστης ἡμέρας· καὶ ἐλεπτύνετο τὸ παιδάριον, ὅπερ ἦν ἀγαπώμενον παρὰ τοῦ βασιλέως πάνυ. Ὁ δὲ βασιλεὺς Σολομῶν, καλέσας μιᾷ τῶν ἡμερῶν τὸν παῖδα, ἐπερώτησεν αὐτὸν λέγων· Οὐχὶ παρὰ πάντας τοὺς τεχνίτας τοὺς ἐργαζομένους ἐν τῷ ναῷ τοῦ Θεοῦ, σε ἀγαπῶ, διδούς σοι ἐν διπλῷ τοὺς μισθοὺς, καὶ τὰ σιτία διπλάσιον; πῶς ἐφ' ἑκάστης

* Est hoc monumentum *Byzantinum*, sæpe memoratum in opere Pselli *De operationibus dæmonum*. Latuit in aliquot bibliothecis Europæ, ejusque fragmentum jam refertur in Fabricii Cod. Pseudepigr. Vet. Test. I. 1047 sq. Per mediam vero, quæ dicitur, ætatem hic liber late sparsus in mythologiæ Salomoneæ fonte est habitus. Historia Salomonis fabulosa magnam partem huic libro adnectitur. Nomina dæmonum sæpe sunt *phantastica*, neque orientalia, neque occidentalia, sed libere ficta vel inventa. Parisiis cum versarer, hujus alteriusve nominis dæmoniaci originem quæsivi in Persicis, apud hujus dialecti gnaros, sed frustra. Salomo erat nomen *collectivum* sapientiæ et in dæmonia ditionis, magicum contra genios malos. Adjecta narratiuncula apocrypha de Salomone, idololatriæ dedito, qui posterioribus vitæ annis in vesaniam inciderit, supplicii causa. Habet hoc fundamentum in V. T., sed auctum est traditione recondita. FLECK.

ἡμέρας τε καὶ ὥρος λεπτύνῃ; Τὸ δὲ παιδάριον ἔφη πρὸς τὸν βασιλέα· Δέομαί σου, βασιλεῦ, ἄκουσον τὰ συμβάντα, καὶ ὅσα ἔχει τὸ παιδάριον. Μετὰ τὸ ἀπολυθῆναι ἡμᾶς πάντας ἀπὸ τοῦ ἔργου τοῦ ναοῦ τοῦ Θεοῦ, μετὰ ἡλίου δεσμὰς (δυσμὰς?) ἐν τῷ ἀναπαύεσθαί μοι (sic), ἔρχεται ἓν τῶν πονηρῶν δαιμονίων καὶ ἀφαιρεῖ ἀπ' ἐμοῦ τὸ ἥμισυ τοῦ μισθοῦ μου· καὶ τὰ ἥμισυ σιτία. Εἶτα λαμβάνει καὶ τὴν δεξιάν μου χεῖρα καὶ θηλάζει τὸν ἀντίχειρά μου· καὶ ἰδοὺ θλιβομένη μου ἡ ψυχὴ, οὕτω τὸ σῶμά μου λεπτύνεται καθ' ἑκάστην ἡμέραν. Καὶ ταῦτα ἀκούσας ἐγὼ Σολομῶν εἰσῆλθον εἰς τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐδεήθην ἐξ ὅλης μου τῆς ψυχῆς, νυκτὸς καὶ ἡμέρας, ὅπως παραδοθῇ μοι ὁ δαίμων εἰς χεῖράς μου, καὶ ἐξουσιάσω αὐτόν· καὶ ἐγένετο ἐν τῷ προσεύχεσθαί μοι (sic), ἐδόθη μοι παρὰ Κυρίου Σαβαὼθ χάρις διὰ Μιχαὴλ τοῦ ἀρχαγγέλου αὐτοῦ, δακτυλίδιον ἔχων σφραγῖδα γλυφῆς ἐκ λίθου τιμίου, καὶ εἶπε μοι· Λαβὲ, Σολομῶν βασιλεῦ, υἱὸς Δαβὶδ, δῶρον ὃ ἀπέστειλέ σοι Κύριος ὁ Θεὸς, ὁ ὕψιστος Σαβαώθ· καὶ συγκλείσεις πάντα τὰ δαιμόνια τῆς γῆς ἄρσενα καὶ θήλεα· καὶ δεῖ μετ' αὐτῶν ἀνοικοδομῆσαι τὴν Ἱερουσαλὴμ, φέρειν σε τὴν σφραγῖδα ταύτην τοῦ Θεοῦ. Ἡ δὲ γλυφὴ τῆς σφραγῖδος τοῦ δακτυλίου τῆς πεμφθείσης, ἔστι πεντάλφα αὕτη. Καὶ περιχαρὴς γενόμενος ἐγὼ Σολομῶν ὕμνουν καὶ ἐδόξαζον τὸν Θεὸν τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς· καὶ τῇ ἐπαύριον ἐκάλεσα τὸν παῖδα, καὶ ἐπέδωκα αὐτῷ τὸ δακτυλίδιον, καὶ εἶπον αὐτῷ· Λάβε τοῦτο, καὶ ἐν ᾗ ἂν ὥρᾳ ἔλθῃ πρὸς σὲ τὸ δαιμόνιον, εἰς τὸ στῆθος τοῦ δαιμονίου ῥίψον τοῦτο τὸ δακτυλίδιον, καὶ εἰπὲ αὐτῷ· Ἐπ' ὀνόματι τοῦ Θεοῦ, δεῦρο, καλεῖ σε ὁ βασιλεὺς Σολομῶν· καὶ δρομαῖος ἔρχου πρός με, μηδὲν δειλιάσας μηδὲ φοβηθῇς ἐν ᾧ μέλλεις ἀκούειν ὑπὸ τοῦ δαίμονος· καὶ λαβὼν τὸ παιδάριον τὸ δακτυλίδιον ἀπῆλθεν. Καὶ ἰδοὺ κατὰ τὴν ἠθισμένην ὥραν, ἦλθεν ὁ Ὀρνίας τὸ χαλεπὸν δαιμόνιον ὡς πῦρ φλεγόμενον, ὅπως τε λάβῃ τὸν μισθὸν τοῦ παιδαρίου· τὸ δὲ παιδάριον κατὰ τὸ προσταχθὲν παρὰ τοῦ βασιλέως, ἔρριψε τὸ δακτυλίδιον ἐπὶ τὸ στῆθος τοῦ δαιμονίου, καὶ εἶπεν· Δεῦρο, καλεῖ σε ὁ βασιλεὺς Σολομῶν· καὶ ἀπῆγε δρομαῖος πρὸς τὸν βασιλέα. Ὁ δὲ δαίμων ἐκραύγασε λέγων, Παιδάριον, τί τοῦτο ἐποίησας πρός με; λάβε τὸ δακτυλίδιον ἀπ' ἐμοῦ· κἀγὼ ἀποδώσω τὸ χρυσίον τῆς γῆς· μόνον λάβε τοῦτο ἀπ' ἐμοῦ, καὶ μὴ ἀπάγῃς με πρὸς Σολομῶνα. Τὸ δὲ παιδάριον λέγει πρὸς τὸν δαίμονα· Ζῇ Κύριος ὁ Θεὸς τοῦ Ἰσραὴλ, οὐ μή σε ἀνέξωμαι, ἀλλὰ δεῦρο ἐλθέ. Καὶ ἐλθὼν δρομαίως τὸ παιδάριον χαῖρον πρὸς τὸν βασιλέα λέγον· Ἤγαγον τὸν δαίμονα, βασιλεῦ, ὡς ἐκέλευσάς μοι, δέσποτα, καὶ ἰδοὺ στήκεται πρὸ τῶν θυρῶν τῆς αὐλῆς τῆς βασιλείας σου κράζων καὶ δεόμενος μεγάλῃ τῇ φωνῇ, δίδουὶ ἐμοὶ τὸ ἀργύριον καὶ τὸ χρυσίον τῆς γῆς τοῦ μὴ ἀγαγεῖν αὐτὸν πρὸς σέ. Καὶ ἀκούσας ταῦτα Σολομῶν ἀνέστη ἀπὸ τοῦ θρόνου αὐτοῦ, καὶ ἐξῆλθεν ἔξω εἰς τὰ πρόθυρα τῆς αὐλῆς τῶν βασιλείων αὐτοῦ· καὶ ἐθεώρει τὸν δαίμονα φρίσσοντα καὶ τρέμοντα, καὶ λέγει αὐτῷ. Τίς εἶ σύ; Ὁ δὲ ἔφη, Ἐγὼ Ὀρνίας καλοῦμαι· καὶ ὁ Σολομῶν λέγει αὐτῷ·

beat servus tuus. Postquam recessimus omnes ab opere templi Dei, occidente sole, dum requiesco, venit unus malorum spirituum, et aufert a me dimidium mercedis meæ, et dimidia cibaria. Deinde prehendit dexteram manum meam et sugit pollicem meum, et ecce angustiatur anima mea, et corpus meum macie conficitur per singulos dies. Hæc audiens ego Salomon ingressus sum templum Domini, et oravi ex tota anima mea nocte et die ut daretur dæmon in manus meas, et voluntati meæ subjiceretur; et ecce dum preces effunderem, data est mihi a Domino Sabaoth gratia per Michaelem archangelum, ejus annulus scilicet, habens sigillum sculptum ex lapide pretioso, et dixit mihi : Accipe, Salomon rex, fili David, donum quod misit tibi Dominus Deus, excelsissimus Sabaoth, et concludes omnia dæmonia terræ mascula et feminea; et oportet ope eorum ædificari Jerusalem, et portare te sigillum istud Dei; sculptura autem sigilli armuli ad te missi est quinquisema (quinque instrumentis quadratorum signata). Et lætior factus ego Salomon, cantabam et magnificabam Deum cœli et terræ; et mane vocavi puerum, et dedi ei annulum, dixique illi : Accipe hoc et in qua hora venerit ad te dæmon, in pectus ejus projice hunc annulum et dic ei : In nomine Dei, huc vocat te Salomon rex; et festinans veni ad me, nil timens, neque formidans quidquam eorum quæ auditurus es a dæmone. Et suscipiens puer annulum abiit. Et ecce consueta hora venit Ornias malus dæmon ut ignis ardens, ut raperet mercedem pueri; ille vero, juxta mandatum regis, projecit annulum in pectus dæmonis, et dixit : Huc vocat te Salomon rex. Et abiit festinans ad regem. Dæmon autem clamavit dicens : Puer, quid hoc fecisti ad me? Recipe annulum a me, et ego dabo tibi aurum terræ; sume tantum hoc a me, neque me trahas ad Salomonem. Puer autem dixit dæmoni : Vivit Dominus Deus Israel, non te dimittam, sed huc veni. Et cito abiens ad regem lætus ait : Adduxi dæmonium, o rex, ut præcepisti, domine, et ecce stat ante fores aulæ regiæ tuæ vociferans, et deprecans magna voce, offerens mihi argentum et aurum terræ, ut non adducam ipsum ad te. Et his auditis Salomon surrexit e throno et exiit foras, in atrium aulæ palatii sui, et vidit dæmonem frementem et trementem, dixitque ei : Quis es tu? Qui ait : Ego Ornias nominor. Et dixit ei Salomon : Indica mihi, o dæmon, sub quo signo jaceas. Sub Aquario, ait ille; et versantes per concupiscentias generosarum in terra puellarum, sub signo prædicto, eos strangulo, sed non aliter quam sopitos; tres formas induo, quando tenentur homines desiderio feminarum : ego transformor in mulierem eleganter vestitam, et palpantibus me hominibus inter somnum, illudo eis; nunc vero rursum alatus flo sub aeriis locis; videor etiam ut leo, et pellicior ab omnibus dæmonibus; ortus

sum ex archangelo Uriel, potentia Dei. Ego Salomon audiens nomen archangeli, gratias agens glorificavi Deum et Dominum cœli et terræ; et sigillo notatum eum ordinavi in opus lithotomiæ, ut cæderet petras in templo, allatas per mare Arabiæ, jacentes in littore. Formidans autem ferrum ad... et dicit mihi : Quæso te, rex Salomon, sinas me liberum esse, et ego adducam tibi omnia dæmonia. Nolente autem eo subjici mihi, oravi archangelum Uriel ut veniret mihi in auxilium; et cito vidi archangelum Uriel de cœlis venientem ad me; et jussit angelus ut cete maris venirent ex abysso; et projecit sortem suam in terram, illaque subjecit dæmonem magnum; et præcepit dæmoni magno et audaci Orniæ ut cæderet saxa in templum; et sic ego Salomon glorificavi Deum cœli et terræ creatorem; et præcepit Orniæ ut veniret cum sorte sua, et dedi ei annulum dicens : Vade, et adduc mihi huc principem omnium dæmoniorum.

A Λέγε μοι, ὦ δαῖμον, ποίῳ ζωδίῳ κεῖσαι; Ὁ δὲ εἶπεν· Ὑδροχόῳ. καὶ τοὺς κειμένους δι' ἐπιθυμιῶν γναίων ἐπὶ γῆν παρθένων. τῷ ζωδίῳ κέκλημαι τούτους ἀποπνίγω, εἰ μηδὲ καὶ ὀπνωτικόν· εἰς τρεῖς μορφὰς μεταβάλλομαι, ὁπόταν οἱ ἄνθρωποι ἔρχωνται δι' ἐπιθυμίας γυναικῶν· ἐγὼ μεταμορφοῦμαι εἰς θῆλυ εὔκοσμον, καὶ ἁπτομένου μου, οἱ ἄνθρωποι καθ' ὕπνον ἐμπαίζω αὐτοῖς· ποτὲ δὲ πάλιν ὑπόπτερος γίνομαι ὑπὸ τοὺς οὐρανίους τόπους. Φαίνομαι καὶ ὡς λέων, καὶ κελεύομαι ὑπὸ πάντων τῶν δαιμόνων· ἀπόγονος εἰμὶ ἀρχαγγέλου Οὐριὴλ, τῆς δυνάμεως τοῦ Θεοῦ. Ἐγὼ Σολομὼν ἀκούσας τὸ ὄνομα τοῦ ἀρχαγγέλου εὐξάμενος ἐδόξασα τὸν Θεὸν, καὶ Κύριον τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς· καὶ σφραγισας αὐτὸν ἔταξα εἰς τὴν ἐργασίαν τῆς λιθοτομίας, τοῦ τέμνειν τοὺς λίθους ἐν τῷ ναῷ, ἀχθέντας διὰ θαλάσσης Ἀραβίας τοὺς κειμένους παρὰ τὸν αἰγιαλόν· Φοβούμενος δὲ τὸν σίδηρον προς (1) καὶ λέγει μοι, Δέομαί σου, βασιλεῦ Σολομῶν, ἔασόν με ἄνετον εἶναι, κἀγώ σοι ἀναγάγω πάντα τὰ δαιμόνια. Μὴ θελόντος δὲ αὐτοῦ ὑποταγῆναί μοι, εὐξάμενος τοῦ ἀρχαγγέλου Οὐριὴλ συνελθεῖν με εἰς βοήθειαν, καὶ εὐθέως εἶδον τὸν ἀρχάγγελον Οὐριὴλ ἐκ τῶν οὐρανῶν κατερχόμενον πρός με καὶ ἐκέλευσεν ὁ ἄγγελος κήτη θαλάσσης ἐλθεῖν ἐκ τῆς ἀβύσσου· καὶ ἔρριψεν αὐτοῦ τὴν μοῖραν ἐπὶ τῆς γῆς, κἀκείνη ὑπέταξεν τὸ δαιμόνιον τὸ μέγα· καὶ ἐκέλευσεν τὸν δαίμονα τὸν μέγαν καὶ θρασὺν τὸν Ὀρνίαν τοῦ κόπτειν τοὺς λίθους πρὸς τὸν ναόν· καὶ οὕτως ἐγὼ Σολομὼν ἐδόξασα τὸν Θεὸν τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς ποιητήν· καὶ ἐκέλευσεν ἐλθεῖν τὸν Ὀρνίαν σὺν τῇ μοίρᾳ αὐτοῦ, καὶ ἔδωκα αὐτοῦ τὸ σφραγίδιον λέγων· Ἄπελθε, καὶ ἄγαγέ μοι ὧδε τὸν ἄρχοντα τῶν δαιμονίων πάντων.

Ornias autem accipiens annulum, adiit Beelzebul habentem potestatem in dæmonia, et dixit ei : Huc vocat te Salomon. Audiens Beelzebul dixit ei : Indica mihi quis sit iste Salomon de quo loqueris mihi. Ornias autem projecit annulum in pectus Beelzebul dicens : Advocat te Salomon rex. Exclamavit vero Beelzebul voce magna, et projecit flammam ignis urentem magnam, et surgens secutus est Orniam, et venit ad Salomonem. Ut autem vidit (*sic*) principem dæmoniorum, glorificavi Dominum Deum cœli et terræ creatorem, et dixi : Benedictus es, Domine Deus omnipotens, qui dedisti puero tuo Salomoni in sapientibus residentem sapientiam, et subjecisti mihi omnem potestatem diaboli. Et interrogavi eum dicens : Indica quis sis. Et ait dæmon : Ego sum Beelzebul princeps dæmoniorum; omnia dæmonia prope me præsident, et ante oculos pono cujusque dæmonis formam. Ipse vero nuntiavit mihi se ad me adducturum omnes immundos spiritus concatenatos; et ego iterum glorificavi Deum cœli et terræ, et gratias ago ei semper.

Ὁ δὲ Ὀρνίας, λαβὼν τὸ δακτυλίδιον, ἀπῆλθε πρὸς τὸν Βεελζεβοὺλ τὸν ἔχοντα τὴν βασιλείαν ἐπὶ τῶν δαιμονίων. Ἔφη αὐτῷ· Δεῦρο καλεῖ σε Σολομών· Ὁ δὲ Βεελζεβοὺλ ἀκούσας ἔφη αὐτῷ· Λέγε μοι τίς ἐστιν ουτος ὁ Σολομῶν, ὃν σὺ φῄς μοι· ὁ δὲ Ὀρνίας ἔρριψεν τὸ δακτυλίδιον εἰς τὸ στῆθος τοῦ Βεελζεβοὺλ λέγων· Καλεῖ σε Σολομὼν ὁ βασιλεύς. Ἀνέκραξε δὲ ὁ Βεελζεβοὺλ φωνῇ μεγάλῃ· καὶ ἔρριψε φλόγα πυρὸς καιομένην μεγάλην, καὶ ἀναστὰς ἠκολούθει τῷ Ὀρνίᾳ· καὶ ἦλθε πρὸς Σ. Ὡς δὲ εἶδεν τὸν ἄρχοντα τῶν δαιμονίων, ἐδόξασα Κύριον τὸν Θεὸν τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς ποιητὴν, καὶ εἶπον· Εὐλογητὸς εἶ, Κύριε ὁ Θεὸς ὁ παντοκράτωρ, ὁ δοὺς τῷ παιδὶ σου Σολομῶντι τὴν τῶν σοφῶν πάρεδρον σοφίαν, καὶ ὑποτάξας εἰς ἐμὲ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ διαβόλου· Καὶ ἐπηρώτησα αὐτὸν, καὶ εἶπον· Λέγε τίς εἶ· Ὁ δαίμων ἔφη· Ἐγώ εἰμι Βεελζεβοὺλ, ὁ τῶν δαιμονίων ἔξαρχος· ἅπαντες δὲ οἱ δαίμονες ἔγγυθέν μου προεδρεύουσι· καὶ ἐμφανίζω ἑκάστου δαίμονος τὴν φαντασίαν. Αὐτὸς δέ μοι ἐπηγγείλατο πάντα τὰ ἀκάθαρτα πνεύματα ἀγαγεῖν πρός με δέσμια· καὶ ἐγὼ πάλιν ἐδόξασα τὸν Θεὸν τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς, καὶ εὐχαριστῶ αὐτῷ πάντότε.

Quæsivi a dæmone utrum essent inter eos feminæ; illo autem affirmante, dixi ego me velle eas cernere; et abiens Beelzebul festinans adduxit mihi Onoscelida, formam habentem miræ pulchritudinis, et illecebras mulieris coloribus bene ornatæ, et cornibus armatam in capite. Venienti au-

Ἐπυθόμην παρὰ τοῦ δαίμονος εἰ ἐστὶν ἐν αὐτοῖς θήλειαι· τοῦ δέ μοι φήσαντος εἶναι, κἀγὼ εἶπον ἤθελον εἰδέναι· καὶ ἀπελθὼν Βεελζεβοὺλ ταχὺ, ἤνεγκε πρός με τὴν Ὀνοσκελίδα, μορφὴν ἔχουσαν περικαλῆ, καὶ δεσμὰ γυναικὸς εὐχρώτου, καὶ κερατίζουσα τὴν κεφαλήν. Ἐλθούσης δὲ αὐτῆς ἔφην

(1) Lacuna in textu. Ad marginem lateralem τραυτὸν εἰπὸς ταῦτα.

αὐτῇ· Λέγε μοι τίς εἶ. Ἡ δὲ μοι ἔφη· Ἐγὼ Ὀνοσκελὶς παλοῦμαι· πνεῦμα σεδωμάτω (?) πεποιημένων· φωλαῖον ἐπὶ τῆς γῆς· σπήλαιόν μοι χρύσειον ἔνθα κεῖμαι· ἔχω δὲ πολυποίκιλον τόπον· ποτὲ μὲν ἀνθρώποις πνίγω δι' ἀγχόνης· ποτὲ δὲ ἀπὸ τῆς φύσεως εἰς ἀγκῶνας (ad marg. σκωλήκια) φωλεύω· τὰ δὲ πλεῖστά μοι οἰκητήρια εἰσὶ κρημνοί, σπήλαια, φάραγγες· πολλάκις δὲ καὶ συγγίνομαι τοῖς ἀνθρώποις ὡς γυνὴ δοκοῦσα εἶναι· πρὸ πάντων δὲ τοῖς μελιχρόοις· οὗτοι γὰρ σύναστροί μοί εἰσι· καὶ γὰρ τὸ ἄστρον μου οὗτοι λάθρα καὶ φανερῶς προσκυνοῦσι· καὶ οὐκ οἴδασιν ὅτι αὐτοὺς βλάπτουσι, καὶ πλεῖόν με κακουργεῖν ἐρεθίζουσι· θέλουσι γὰρ διὰ τῆς μνήμης χρυσίον πορίζειν· ἐγὼ δὲ παρέχω ὀλίγον τοῖς καλῶς με προσκυνοῦσιν. Ἐπηρώτησα δὲ αὐτὴν κἀγὼ Σολομών, πόθεν γεννᾷ. Ἡ δέ μοι ἔφη, Ἀπὸ φωνῆς ἀκαίρου, τοῦ καλουμένου ἤχου ἀνθρώπου μολίβδου (*sic*?) ἀφέντος ἐν ὕλῃ ἐγεννήθην. Ἔφην δὲ ἐγὼ αὐτῇ· Ποίῳ ἄστρῳ διέρχῃ; Ἡ δέ μοι εἶπε· Πανσελήνῳ ἄστρῳ, διότι καὶ ἡ σελήνη τὰ πλείονα ὁδεύει· Ἐγὼ δὲ λέγω πρὸς αὐτήν· Καὶ ποῖός ἐστιν ὁ ἄγγελος ὁ καταργῶν σε; Ἡ δὲ εἶπέ μοι, Ὁ ἐν σοὶ βασιλεύων. Κἀγὼ εἰς χλούην (*sic*) λογισάμενος ἐκέλευσα στρατιώτην κροῦσαι αὐτήν· Ἡ δὲ ἀνακράξασα εἶπεν, Ἐγώ σοι, βασιλεῦ, ὑπὸ τῆς δεδομένης σοι σοφίας τοῦ Θεοῦ, καὶ ὑπὸ τοῦ ἀγγέλου Ἰωήλ. Ἐγὼ δὲ ἐκέλευσα αὐτὴν νῆθειν τὴν κάναβιν εἰς τὰς σχοίνους ἐν τῷ ἔργῳ τοῦ κτίσματος τοῦ Θεοῦ, καὶ οὕτως σφραγίσας καὶ δήσας αὐτήν, ἐκατηργήθη ὥστε ἵστασθαι νυκτὸς καὶ ἡμέρας νήθειν τὴν κάναβιν. Καὶ ἐκέλευσα ἀχθῆναί μοι ἕτερον δαιμόνιον, καὶ εὐθέως μοι προσῆλθεν ὁ δαίμων Ἀσμοδαῖος δεδεμένος, καὶ ἠρώτησα αὐτόν, Σὺ τίς εἶ; Ὁ δὲ μετὰ θυμοῦ καὶ ὀργῆς ἐμβλέψας με ἔφη· Σὸ δὲ τίς εἶ; Καὶ εἶπον αὐτῷ· Οὕτως τετιμωρημένος ἀποκρίνῃ μοι· ὁ δὲ μετ' ὀργῆς λέγει μοι· Ἀλλὰ πῶς σοι ἀποκριθῶ, σὺ γὰρ ἀνθρώπου υἱὸς εἶ· ἐγὼ δὲ ἀγγέλου σπορὰ διὰ θυγατρὸς ἀνθρώπου ἐγεννήθην· ὥστε οὐδὲν ὑπερήφανον ῥῆμα οὐρανίου γένους πρὸς γηγενεῖς· διὸ καὶ τὸ ἄστρον μου ἐν οὐρανῷ φωτεύει· καὶ αὐτὸ ἄνθρωποι λέγουσιν ἅμαξαν, οἱ δὲ τὸν δρακοντοπαῖδα (*sic*) πλησιάζομαι σὺν τῷ ἄστρῳ αὐτοῦ, καὶ πολλά μοι μὴ ἐρώτα, ὅτι καὶ σοῦ τὸ βασίλειον πρὸς χρόνους μικροὺς διαῤῥήγνυται, καὶ πρόσκαιρός ἐστιν ἡ δόξα σου· καὶ ὀλίγα ἡμᾶς τυραννήσεις, καὶ πάλιν νομὴν ἕξομεν εἰς τὴν ἀνθρωπότητα· ὥστε σέβεσθαι ἡμᾶς ὡς θεοὺς ὄντας, μὴ γινωσκόντων τῶν ἀνθρώπων τὰ ὀνόματα τῶν καθ' ἡμᾶς τεταγμένων ἀγγέλων.

Ἐγὼ δὲ Σολομών, ταῦτα ἀκούσας, ἐπιμελέστερον δεσμώσας αὐτὸν ἐκέλευσα μαστίζεσθαι βουνεύροις, καὶ ἀπολογεῖσθαι τίς καλεῖται καὶ τίς ἡ ἐργασία αὐτοῦ. Ὁ δὲ ἔφη μοι, Ἐγὼ Ἀσμοδαῖος καλοῦμαι παρὰ βροτοῖς· καὶ ἡ ἐργασία μου ἐστὶ τὸ τοὺς νεονύμφους ἐπιβουλεύειν μὴ συμμιγῆναι, καὶ παντελῶς ἀποχωρίζω διὰ πολλῶν συμφορῶν, καὶ γυναικῶν παρθένων κάλλος ἀφανίζω, καὶ καρδίας ἀλλοιῶ. Ἔφην δ' ἐγὼ αὐτῷ· Μόνη σου ἡ ἐργασία ἔστιν αὕτη; ὁ δὲ λέγει μοι· Περιφέρω ἀνθρώπους εἰς λύσ-

tem dixi; Indica mihi quis sis. Quæ respondit: Ego Onoscelis vocor spiritus: venerabilis creata sum; solitaria in terra, specus aureum habito, in loco multæ varietatis. Quandoque homines suffoco per laqueum, quandoque procul a natura in angulis abscondor; plerumque autem in præcipitiis, cavernis, abyssis sedes mea; sæpe etiam inter homines versor, et femina videor esse; maxime autem inter eos qui subfuscam cutem gerunt: ipsi enim sub eodem sidere mecum sunt; sidus enim meum hi clanculum et aperte venerantur nescientes quod ibi ipsis noceant; et valde me ad malefaciendum provocant: volunt enim per memoriam (templum) aurum acquirere; et ego præbeo parum his qui bene me adorant. Interrogavi eam ego Salomon: Unde oriunda es tu? Et ait mihi: A voce intempesta vocati echo hominis plumbi (*sic*) emissa in saltu nata sum. Ego autem dixi ei: Sub quo sidere ambulas? Quæ ait: Sub sidere lunæ plenæ, nam luna plerumque iter facit. Et quis est angelus qui te impotentem facit? inquam. Et dixit: Qui in te regnat. Quod ego in derisum accipiens, præcepi ut percuteret eam miles; at illa clamans ait: Tua ego, o rex, propter datam tibi sapientiam Dei, et propter angelum Joel. Et præcepi ut ipsa necteret cannabim ad chordas, in opere ædificationis Dei; et sic signo notata, et vinculis constricta, imbellis ita facta est, ut nocte et die staret ad nectandam cannabim. Et præcepi ut adduceretur mihi aliud dæmonium, et protinus ad me ingressus est dæmon Asmodæus vinctus, et interrogavi eum: Tu quis est? Qui cum ira et furore aspiciens me, dixit: Et tu quis es? Et dixi ei: Sic vexatus talia respondes mihi? Qui ira percitus ait: Sed quomodo tibi respondeam? Tu enim hominis filius es; ego autem angeli progenies per filiam hominis natus sum; unde nullum verbum arrogans cœlestis generis ad terrigenas; quare sidus meum fulget in cœlo, et illud homines vocant Currum; alii vero Draconis filium; familiaritate utor cum sidere ejus; et multa ne me interroges, quia regnum tuum post tempus breve conteretur, et temporalis est gloria tua; et modicum nos reges et rursum potestatem habebimus in humanum genus, adeo ut nos venerentur ut deos, ignorantibus hominibus nomina præpositorum inter nos angelorum.

Ego Salomon hæc audiens, accuratius vinxi eum, et jussi ut plecteretur nervis boum, et declararet quo nomine vocaretur, et quæ esset ipsius operatio. Qui dixit mihi: Ego Asmodæus nominor inter mortales, et labor meus est ut novi nupti nolint commisceri; et plane deterreo eos per multos casus, et mulierum adolescentularum pulchritudinem deleo, et corda immuto. Dixi autem ei: Hæc sola est cura tua? Qui respondit: Homines excito ad rabiem et concupiscentias; habentes

resumentes, alius affectu ductus, alius odio, alius
ad gratiam, alius prout sibi statutum fuerat, histo-
riam edentes, inter se in narratione dissenserunt,
ac caligine perturbationeque auditores repleverunt.
Nos autem memoratorum virorum lectis operibus,
historiæ amatoribus eorum synopsim non parum
utilem fore sperantes, maximeque iis qui facilita-
tem labori anteponunt; utpote quæ variis gesta
temporibus brevissime repræsentet, et a commen-
tariorum mole liberet : supra dictorum historias
diligenter excutientes, ejectis iis quæ ex affectu et
ad gratiam dicta sunt, missis iis quæ dissensionem
et repugnantiam olebant, expunctis etiam iis quæ
fabulam sapere visum est, narrationibus collectis
quæ verisimilia et probabilia putabantur, additis
etiam iis quæ nondum scripta ab antiquis viris edi-
dicimus, iisque in unum corpus compendio reda-
ctis, tenerum cibum mola sermonis præparatum
posteris reliquimus; ut qui memoratorum histori-
corum libros percurrerunt, commentaria habeant,
secum vel in via ferentes hunc libellum. Solet
quippe lectio recordationem inducere, recordatio
vero memoriam alere et augere; quemadmodum
contra negligentia et incuria gestorum, reminiscen-
tiam auferre, unde prorsus oblivio sequitur, quæ
gestorum memoriam obscurat atque confundit.
Qui vero nondum historias legerunt, hoc compen-
dio ductoris loco utantur, et requisitis iis quæ

A οὐχὶ δὲ τῆς οὐσίας αὐτῆς ἐφαπτομένῳ τῶν πε-
πραγμένων. Ἀλλ' ὁ μὲν Γεώργιος, ἀπὸ καταβολῆς
ἀρξάμενος κόσμου, ἐς τοὺς τυράννους κατέλῃξε,
Μαξιμιανόν φημι καὶ τὸν τούτου υἱὸν Μαξιμῖνον
(*l.* Μαξέντιον· ὁ δὲ Θεοφάνης, τὸ ἐκείνου τέλος οἰ-
κείαν ἀρχὴν ποιησάμενος, καὶ τὴν ἐπίλοιπον συντε-
μὼν χρονογραφίαν καὶ εἰς τὴν τελευτὴν τοῦ βασι-
λέως Νικηφόρου τοῦ ἀπὸ γενικῶν καταντήσας, ἔστη
τοῦ δρόμου. Μετὰ δὲ τοῦτον οὐδεὶς ἄλλος ἐπέδωκεν
ἑαυτὸν τῷ τοιούτῳ σπουδάσματι. Ἐπεχείρησαν
μὲν γάρ τινες, οἷον ὁ Σικελιώτης διδάσκαλος καὶ ὁ
καθ' ἡμᾶς ὕπατος τῶν φιλοσόφων καὶ ὑπέρτιμος ὁ
Ψελλὸς, καὶ πρὸς τούτοις ἕτεροι· ἀλλὰ πάρεργον
ἀψάμενοι τοῦ ἔργου, τῆς τε ἀκριβείας ἐπιπεπτώκασι
τὰ πλεῖστα τῶν καιριωτέρων παρέντες, καὶ ἀνόνη-
B τοι τοῖς μετ' αὐτοὺς γεγόνασιν, ἀπαρίθμησιν μόνην
ποιησάμενοι τῶν βασιλέων, καὶ διδάξαντες τίς μετὰ
τινὰ τῶν σκήπτρων γέγονεν ἐγκρατὴς, καὶ πλεῖον
οὐδέν. Ἀλλὰ καὶ ταύτας οὐκ ἐστοχασμένως συγγρα-
ψάμενοι, ἔβλαψαν τοὺς ἐντυγχάνοντας, οὐκ ὠφέλη-
σαν. Ὁ γὰρ Δαφνοπάτης Θεόδωρος, Νικήτας ὁ Πα-
φλαγὼν, Ἰωσὴφ Γενέσιος καὶ Μανουὴλ οἱ Βυζάν-
τιοι, Νικηφόρος ὁ διάκονος ὁ Φρὺξ, ὁ Ἀσινὸς Λέων,
Θεόδωρος ὁ τῆς Σίδης γενόμενος πρόεδρος καὶ ὁ
τούτου ἀνεψιὸς καὶ ὁμώνυμος ὁ τῆς ἐν Σεβαστείᾳ
καθηγησάμενος Ἐκκλησίας, καὶ ἐπὶ τούτῳ Δημή-
τριος ὁ τῆς Κυζίκου καὶ ὁ μοναχὸς Ἰωάννης ὁ Λυ-
δὸς οἰκείαν ἕκαστος ὑπόθεσιν προστησάμενος· ὁ
μὲν ἔπαινον βασιλέως, ὁ δὲ ψόγον πατριάρχου·
ἕτερος δὲ φίλου ἐγκώμιον, καὶ ἐν ἱστορίας σχήματι
C τὸν ἑαυτοῦ ἕκαστος ἀποπληροῦντες σκοπὸν, πόῤῥω
τῆς τῶν εἰρημένων ἀνδρῶν πεπτώκασι διανοίας.
Ἀποτάδηη (*sic*) γὰρ τὰ κατὰ τοὺς αὐτῶν χρόνους
συνενεχθέντα καὶ μικρὸν ἄνωθεν ἱστορικῶς συγγρα-
ψάμενοι, καὶ ὁ μὲν συμπαθῶς, ὁ δ' ἀντιπαθῶς, ὁ δὲ
καὶ κατὰ χάριν, ἄλλος δὲ καὶ ὡς προστέτακτο τὴν
ἑαυτοῦ συνθεὶς ἱστορίαν, καὶ πρὸς ἀλλήλους ἐν τῇ
τῶν αὐτῶν ἀφηγήσει διαφερόμενοι, ἰλίγγου καὶ
ταραχῆς τοὺς ἀκροατὰς ἐμπεπλήκασιν. Ἡμεῖς δὲ
τῷ πόνῳ τῶν εἰρημένως ἀνδρῶν ἐκεῖ ἐντυχόντες
καὶ λυσιτελήσειν οὐ μικρὰ τὴν σύνοψιν τοῖς φιλοῖ-
στοροῦσιν ἐλπίσαντες, καὶ μάλιστα τοῖς τὸ ῥᾷστον
τοῦ ἐπιπονωτέρου προτιθεμένοις, συντομωτάτην δι-
δοῦσαν κατάληψιν τῶν ἐν διαφόροις συμβεβηκότων
καιροῖς καὶ τοῦ βάρους τῶν ὑπομνημάτων ἐλευθε-
ροῦσαν, τὰς τῶν ἄνωθεν λεχθέντων συγγραφείσας
D ἐπ' ἀκριβὲς ἱστορίας ἀναμαξάμενοι, καὶ τὰ ἐμπαθῶς
ἢ καὶ πρὸς χάριν λεχθέντα ἀποδιαπομπήσαντες, καὶ
τὰς διαφορὰς καὶ διαφωνίας παρέντες, ἀποξέσαντες
δὲ καὶ ὅσα ἔγγὺς ἐρχόμενα εὕρομεν τοῦ μυθώδους·
τὰ δὲ εἰκότα καὶ ὁπόσα τοῦ πιθανοῦ μὴ ἀπέπιπτε
συλλεξάμενοι, προσθέντες δὲ καὶ ὁπόσα ἀγράφως
ἐκ παλαιῶν ἀνδρῶν ἐδιδάχθημεν, καὶ τῷ' ἵν ἐπιδρο-
μάδην συνθέμενοι τοῖς μεταγενεστέροις καταλελοί-
παμεν τροφὴν ἀπαλὴν καὶ τούτῳ δὲ τῷ τοῦ λόγου
ἀληλεσμένην, ἵν' οἱ μὲν τὰς τῶν ῥηθέντων ἱστορι-
κῶν βίβλους ἐπελθόντες ὑπομνήματα ἔχοιεν συνέκ-
δημον φέροντες καὶ ἐπιόντες τοῦτο τὸ βιβλίον· οἶδε
γὰρ ἡ ἀνάγνωσις ἀνάμνησιν ἐμποιεῖν, ἡ δὲ ἀνάμνη-

σις τρέφειν καὶ μεγαλύνειν τὴν μνήμην, ὥσπερ A fusius scripta sunt, faciliorem rerum notitiam assequantur.
τοὐναντίον ἡ ἀμέλεια καὶ ῥᾳστώνη ἐπιφέρειν ἀμνηστίαν, ἥτινι πάντως ἕπεται λήθη ἀμαυροῦσα καὶ συγχέουσα τὴν μνήμην τῶν πεπραγμένων· οἱ δὲ μήπω ἐντυχόντες τὰς ἱστορίας ὁδηγὸν ἔχοιεν τήνδε τὴν ἐπιτομήν, καὶ ἀναζητοῦντες τὰ πλατικῶς (*sic*) γεγραμμένα, εὐτελεστέραν τῶν πεπραγμένων λάβοιεν εἴδησιν.

FABROTI GLOSSARIUM

SIVE

INTERPRETATIO OBSCURORUM VERBORUM CEDRENI.

—

Ἀββᾶς, ἀββάδιον abbas vel abba, pater. Novella 123. Hieremias patriarcha in 2 responso ad theologos Wirtemberg. c. De monastica vita: Οὓς ἀββάδας ἀρχιμανδρίτας ἢ τάξις ὠνόμασεν. Major. S. Benedictus in Concordia regularum c. 34: *Qui et major monasterii.* Hinc ἀββατία paternitas. Concilium Meldense can. 10: *Tulis abbatia, quæ paternitas Latino nomine dicitur, funditus removeatur.* Hinc per contemptum ἀββάδιον. Stylianus ad Stephanum PP (exstat in synodo 7 Cp.): Ἀββάδιον ἀγεννὲς καὶ ἄσημον γοητικόν τε καὶ μαγικὸν ᾠκειώσατο. Interpres: *Abbatulum quemdam obscurum et ignobilem, præstigiatorem insuper et magum sibi adjunxerat.*

Ἀβῆναι habenæ. Theophanes: Δι' ἀβηνῶν μαστιγώσαι, habenis flagellare. Anastasius Biblioth. in Hist. Eccl. nondum edita: *Habena vel ferula cædere* -n l. 1, § impuberi D. de Senat. Sil. Glossæ Cyrilli: Λῶρος *havena*, pro habena. Item: Ἱμὰς *habena*·

Ἀδνούμιον dilectus, census et descriptio militum. Constantinus in Tact.: Ἀρμόζει δὲ καὶ εἰς τὸν καιρὸν τῆς βόγας καὶ τοῦ ἀδνουμίου ἀδνουμιάζεσθαι καὶ ἀπογράφεσθαι. Leo Tact. constit. 9, § 4: Εἰ δέ ποτε χρεία καλέσει τοῦτο γίνεσθαι χάριν ἀδνουμίου, V. Suidam, Phavorinum et Glossas Basilicon.

Ἀερικόν tributum pro spiritu aerio. Cujacius Leo Tactic. c. 20, § 71: Ἀρκεῖ γὰρ αὐτοῖς τελεῖν τούς τε δημοσίους φόρους καὶ τὰ ἐπικείμενα αὐτοῖς ἀερικά, καὶ μηδὲν πλέον καταβαρεῖσθαι. Quem locum interpres non intellexit. Videtur autem convenire interpretationi Procopii in ἀνεκδ., ut sit tributi genus quod supra solitum canonem exigitur.

Ἀθάνατοι immortales, ut apud Persas. Procop. Περσ. p. 22: Μόνον δὲ τὸν τῶν ἀθανάτων λεγόμενον λόχον ἡσυχῇ μένειν ἕως αὐτὸς σημήνῃ ἐκέλευσεν. V. Socratem Hist. Eccl. 7, 20; Themist. orat. Athenæum.

Ἀκοίμητοι monachi insomnes. Series episcoporum Byzantii, Juris GR. p. 298: Καὶ μοναχὸν ἐκ τῶν ἀκοιμήτων. Concil. Florent. p. 723 ed. R: Ἐν τῇ τῶν ἀκοιμήτων μονῇ. Theophanes: Μοναχὸς ἐκ τῆς μονῆς τῶν ἀκοιμήτων. Nicephorus Callistus, 15, 23: Μοναχοὺς ἐκ τῆς τῶν ἀκοιμήτων μονῆς ἐκεῖσε ἐγκατάστησας. Epistola 141 Theodoreti inscribitur Μαρκέλλῳ ἀρχιμανδρίτῃ τῶν ἀκοιμήτων, et monasterium eorum Acœmetense. Victor in Chronico: *Primasius quoque Acœmetensi monasterio relegatur.* Joannes PP in epist. ad Justinianum: *Qui de Cumitensi monasterio fuit.* Recte Cujacius emendavit *de Acumitensi* Idem Victor: *Per monachos monasteriorum Achimitensium* Lege *Acumitensium* aut *Acœmetensium.*

Ἀκόλουθος. V. βάραγγοι.

Ἀνταρσία. Theophanes in Phoca: Ἦκουε γὰρ μελετωμένην ἐν τῇ Ἀφρικῇ κατὰ Φωκᾶ ἀνταρσίαν, *meditatam adversus Phocam rebellionem* Ἀντάρτης qui tyrannidem affectat. Idem Theophanes in Mauricio: Ὁ δὲ τύραννος Ἀλέξανδρον τὸν συναντάρτην αὐτοῦ ἐξέπεμψε. Συναντάρτης est conscius et particeps rebellionis, correbellis Anastasio Bibliothecario Theodorus Metochites: Ἐφ' οἷς ἐνεκάλουν ἀντάρτην αὐτόν.

Ἀλλάγιον ἀλλαγή commutatio pecuniarum. Etiam hodie Græcis ἀλλάγω est permuto.

Ἀλληλέγγυον. V. Zonaram in Basilio, et Novellam Basilii Περὶ ἀλληλεγγύου ὁμοτελῶν, et Meursium.

Ἄλογον equus, jumentum. Leo Tact. c. 10 § 5: Διοικεῖσθαι τὰ ἄλογα αὐτῶν. Theophanes in Heraclio: Πολλὰ τῶν ἀλόγων αὐτοῦ διεφθάρησαν. Nicetas Choniat. in Manuele Comm. 2: Τὰ κούρση ἐν τοῖς ἀλόγοις φορτώσαντες, et de rebus gestis post excidium urbis: Ἕτεροι δὲ τὰς ὑβρισθείσας ὑπ' αὐτῶν γυναῖκας εἰς τὰ ἄλογα ἀναβιβάζοντες. Basilica ad l. 17 D de petit. hæredit, hodie quoque Græcis ἄλογον est equus. Sic Latini animal pro equo dixerunt. Julius Firmicus Mathes. 3, c. 7: *Regiis animalibus præpositos.* Legis Salicæ tit. 19: *Scuriam cum animalibus vel fœnile incenderit,* Theodorus Studita epist. ad Platonem: *In animalibus sedentes in urbem ingressi sumus.* Ἀλόγοις.

Ἄμβων ambo, pulpitum, suggestus. Annales Fuldenses: *In Basilica S. Petri ambonem ascendit, posito super caput suum Evangelio.* Anastas. Bibliothecarius in Hist. eccles.: *Super ambonem Chalcedonense anathematizavere concilium.* Concil. Laodicen. can. 15: Εἰς τὸν ἄμβωνα ἀναβαινόντων. Synodus Cp. 7, act. 1: Ἱερὸ τοῦ ἱερωτάτου ἄμβωνος τοῦ ναοῦ τῆς ἁγιωτάτης μεγάλης Ἐκκλησίας τῆς ἐπωνύμου Σοφίας. Basilius de Vita S. Theclæ, Theophanes, in Justiniano. Nicephorus Callistus 14, 10: Κεῖσθαι ταύτην ὑπὸ τὸν ἄμβωνα, ὃ βῆμα τῶν ἀναγνωστῶν ἐστιν.

Ἀμηράδης, ἀμηρᾶς, ἀμηρεύειν· Zonaras: Ταρσοῦ ἀμηρᾶς, Amiras, amiræus. Amiræum agere ἀμηρεύειν. Theophanes in Heraclio: Τὸν ἀμηρεύοντα αὐτῶν.

Ἀννώνα annona. Glossæ Nomicæ: Ἀννώνα σημαίνει παροχήν, ἀγορὰν καὶ τὴν ἐτήσιον διανομήν. Meursius legendum putabat βόγαν pro ἀγοράν. Sed nihil mutandum: ἀγορά enim et species annonarias significat, ut observat Casaubonus ad Polibii l. 1. Significat ἀννώνα et salaria, consuetudines, stipendia, opsonia, rogas, quæ militibus aut magistratibus aut aliis erogantur. Novella 130, c. 1. Theophilus ad § ult. de milit. test. Macarius homilia 26. Vegetius 2, 7. B. Ambros. 5 epist. 27. Auctor incertus vel Joannes Cpolitanus in Matth. homil. 51 et 53. Gregorius l. 1 epist. Ind. 3, c. 20

Anastas. Biblioth. in Historia Eccles.: *Macedonius vero Acholium quemdam, qui exemerat adversus se machæram, ex submissione inimicorum suorum per singulos menses annonas præcepit accipere.* V. Basilica ad l. 2 C pro soc. et Gr. interp. ad l. 19 D de testib.

Ἀπληκεύειν castra locare, metari. Leo Tact. c. 5. § 37: Κἀκεῖσε ἀσφαλῶς ἀπλικεύειν. Theophanes in Justiniano: Ἀπλικευόντων αὐτῶν πρὸ μικροῦ τῆς πόλεως. Hinc ἄπληκτα pro castris. Leo d. c. q, § 34. Onosander Strategici c. 9: Περὶ τοῦ συνεχῶς ὑπαλλάσσειν τὰ ἄπληκτα.

Ἀπόκρεως quadragesima carnisprivium. V. Filesacum de Quadragesima p, 447 et Scorsum ad Hom. 15, Theoph. Ceramei. Nicephorus Gregoras l. 8: Ἀπόκρεω γὰρ ἦν καιρός.

Ἀποκρισιάριος. Isidorus Pelusiotes epist. 144, l. 4: Διὰ τοῦ βασιλικοῦ ἀποκρισιαρίου μαθόντες. Sexta synod. Cp. act. 1: Ἀποκρισιαρίου Θεοδώρου τοῦ ὁσιωτάτου. Menologium Julii; Ἀποκρισιάριος τῆς Ἀλεξανδρέων ἐκκλησίας. Apocrisiarius vel apocrisarius. Facundus Hermianensis l. 4: *A Stephano ecclesiæ Romanæ diacono et apocrisario.* Ferrandus diaconus ad Anatolium: *Eutychetis apoerisiarius* ἀποκρισάριος τοῦ Εὐτυχοῦς· Concilii Chalced. act. 1. Hinc apocrisariatus. Humbertus contra Græcorum calumnias: *Apscrisariatus sui tempore* Ἀποκρισιάριον vetus interpres synodi 6 Cp interpretatur responsalem. Facundus d. l. 4 i *Romanæ ecclesiæ responsalem* Aimoinus 3, c. 66: *Per responsales Fredegundis.* Anastasius Bibl. in Hist. Eccles.: *Responsales vero Felicis Romani convenions.* Et mox: *Felix autem compertis quæ ab apocrisiariis suis gesta sunt.* Alii responsa facientem. Gregorius l. 7, epist. 5: *Diaconus noster qui apud eum responsa faciebat.* Theophanes: Ὁ τὰς βασιλικὰς ἀποκρίσεις ποιῶν. Responsum est ἀπόκρισις in Novell. Justiniani. Chronicum Alex.: Καὶ εἶπεῖν τῷ βασιλεῖ τὴν ἀπόκρισιν. S. Benedictus abbas Anianæ in Concordia regularam c. 58: *Fratres qui pro quovis responso diriguntur.* Apocrisiarius igitur est legatus ecclesiæ vel principum vel etiam privati.

Ἁρμάμεντον armamentum. Theophanes: Καὶ ἀπέθηκεν ἐκεῖ τὸ ἁρμάμεντον. Anastasius Bibl. in Hist. Eccl. sic vertit: *Et illic posuit armamentum,* Armamentarium ὁπλοθήκη. Gloss. Cyr.: ὁπλοθήκη armamentarium. Josephus Ἀρχ. 9, 7: Ἀνοίξας δὲ Ἰώαδος τὴν ἐν τῷ ἱερῷ ὁπλοθήκην. Ruffinus Aquil. ita vertit: *Interea Jaiadas aperiens armamentarium·* Adde Novell. 81, c. 1, Theophanes in Mauricio. *Interdum* ἁρμαμεντον accipitur pro ipsis armis. Leo Tact, c. 6, § 28: Ἑτέρας ἁμάξας φερούσας τὸ ἁρμάμεντον ἑκάστου ἀριθμοῦ τῶν στρατιωτῶν. Constant. Tact.: Ἔχε δὲ καὶ ἑτέρας ἁμάξας βασταζούσας τὸ ἁρμάμεντον.

Ἅρματα arma. Leo Tact. c. 19, § 13: Ἅρματα ἐχέτωσαν. Constant. in Tact.: Φοροῦντα τὰ ἅρματα, Codin. de Offic.: Εἴτε περὶ ἁλόγων εἴτε ἁρμάτων, *Sive de equis sive de armis.* Item: Στερούμενοι ἁλόγων ἢ ἁρμάτων, *Qui equis aut armis nonnullis earent.* Utitur Achmes Ὀνειρ. c. 24, 54, 69 et 156. Thomas Magister: Ὅπλα οὐ μόνον τὰ κοινῶς ἅρματα. Glossæ Nomicæ: Ἅρμα σημαίνει καὶ ὅπλον. Græci igitur recentiores τὸ ἅρμα καὶ τὰ ἅρματα dixerunt. Harmenop. 1, 26. § 12: Ὁ κλέψας ἀλλότριον ἅρμα. *Qui aliena arma subripuit.* Alexius Rhartur us: Τὸ ἅρμα τὸ ἰσχυρόν. Item: Ἕναι μέγιστον ἅρμα κατὰ τῶν ἐναντίων. Manuel Moschop.: Ἅρμα ἐνικῶς τὸ τέθριππον, ἅρματα δὲ πληθυντικῶς τὰ ὅπλα. Errat grammaticus qui negat τὸ ἅρμα ἐνικῶς arma significare. Eustath. ad Il. 2: Ἡ τοῦ ἅρματος λέξις καὶ ἐπὶ ὅπλου λέγεται, καὶ Ῥωμαϊκὸν τοῦτο. Nicephorus Blemmidas Epitom. leg. c. 8: Τὸ ἅρμα ἐπὶ τῶν ὅπλων τῷ τῶν Ῥωμαίων ἔθει. Quemadmodum autem citerioris ævi scriptores τὸ ἅρμα et τὰ ἅρματα dixerunt, ita etiam postrema Latinitas arma usurpavit. Dositheus Magister in Glossis: *Inermis sine arma.* Leges Longobardor. tit. 42: *Cum sagitta vel qualibet arma plagam fecerit.* Hinc ἁρμάτοι in libris Basilic. et Cedrenum *armati*. Georgius Alexandrinus in Chrysostomi Vita; Οὔτε γὰρ ἐν τῇ ἡμετέρᾳ δυνάμει τοῦτο πράττομεν, οὔτε ἐν δυναστείᾳ ἱππέων καὶ ἁρμάτων βασιλικῶν καὶ πλήθει στρατοῦ Et ἁρματοῦν *armare.* Concilium Florentinum p. 567 ed. R: Ἵνα δώσῃ κάτεργα εἴκοσι πάσης ἐξόδου ἁρματωμένα. Alexius Rhart. doctr. in S. et magn· Parasc. et ἐξαρμάτος. Corona pretiosa: Ἐξαρμάτος, ἀθωράκιστος, *exarmatus inermis.*

Ἀσηκρητεῖον secretarium. Synodus 8 œcumen. act. 4: Οὕτως ὡμολόγησαν καὶ χθὲς εἰς τὰ ἀσηκρήτης. Videtur legendum ἀσηκρητεία: interpres enim vertit *in secretariis.* Varia autem erant secretaria, de quibus in σέκρετον.

Ἀσηκρήτης. Glossæ Nomicæ: Ἀσηκρήτης ὁ τῶν ἀπορρήτων γραμματεύς, *a secretis, a secreta, secretorum notarius.* Procopius Περσ. β': Ἐτύγχανε γὰρ Ἰουστινιανὸς βασιλεὺς Ἰωάννην τε τὸν Ῥουφίνου καὶ Ἰουλιανὸν τὸν τῶν ἀπορρήτων γραμματεία πρέσβεις παρὰ Χοσρόην στείλας· ἀσηκρήτης καλοῦσι τὸ ἀξίωμα Ῥωμαῖοι· σήκρητα γὰρ καλεῖν τὰ ἀπόρρητα νενομίκασιν. Idem Ἀνεκδ. p. 63, in fine: Τοῖς δὲ ἀσηκρήτης καλουμένοις οὐκ ἀπεκίκριτο τὸ ἀξίωμα εἰς τὸ τὰ βασιλέως ἀπόρρητα γράφειν, ἐφ' ὧπερ τὸ ἀνέκαθεν ἐτέτακτο. Nicephorus patr. in Breviario Historico: Ἀναγορεύουσιν εἰς βασιλέα Ἀρτέμιον Φιλιππικοῦ γραμματέα, ὃν τῇ Ἰταλῶν φωνῇ καλοῦσιν ἀσηκρήτης. Sexta synod. CP. act. 2: Παῦλος μεγαλοπρεπέστατος ἀσηκρήτης σεκρετάριος βασιλικὸς εἶπε. Et act. 4: Διογένους τοῦ μεγαλοπρεπεστάτου ἀσηκρήτις σεκρεταρίου βασιλικοῦ. Synod. Nic. 2, act. 2: Βασιλικὸς ἀσηκρήτης. Nicephorus Cpolitanus archiep epist. ad Lecnem PP: *Cum igitur ætatem virileu attigissem et juvenilem præteriissem in regalibus versatus atriis, militiam quamdam exercebam, et ipsam non absque opera ac remissa, sed quæ per manus et calamos exhibetur. Etenim imperialibus intereram scriptoribus. Asecretis eos vocare soliti, Latinæ linguæ vcimus esse dictionem.* Landulphus Sagax 1. 17: *Dirigit igitur Phocas Theodorum a secretis.* Primus ordinis πρωτοασηκρήτης, *primus a secretis* Anastasio Biblioth. v. in πρωτοασηκρήτης.

Ἄσημον argentum etiam signatum. Georgius Alexandrinus in Vita B. Chrysostomi: Τὸ μὲν χρυσίον δέδωκε πτωχοῖς καὶ τοῖς δεομένοις, τὸ δὲ ἄσημον διένειμεν εἰς τὰς ἐκκλησίας. Hodie ἀσῆμι Græci dicunt pro argento et ἀσημένιον pro argenteo. Cyrillus patriarcha CP. adversus Judæos: Ὅπου εἶχε τὴν κεφαλὴν χρυσῆν, τὰ χέρια καὶ τὸ στῆθος ἀσημένιον.

Ἀσκητήριον asceterium. Julianus Antecessor Novel. 6, 6. Papias: *Assisterium, monasterium Græce,* pro asceterium vel asciterium, ut habent Juliani codices mss. Menolog. Gr. in Marfio: Μετὰ τὴν ἐμὴν ἀποβίωσιν σεμνῶν γυναικῶν οὗτος ὁ οἶκος γενήσεται ἀσκητήριον. Nicephorus Callist. 9, 14: Ὡς ἀλλαχοῦ, παρ' Ἀθηναίοις δηλαδὴ,, τὸ ἀσκητήριον εἶχε. Hinc ἀσκητής apud S. Basil. Theophylactus ad c. 11 Lucæ: Οἱ μὲν γὰρ Φαρισαῖοι ὡς ἀσκηταὶ ἐδόκουν καὶ ἀποκεκομμένοι τῶν ἄλλων. Hinc συνασκητής. Curopalates p. 817 et ἀσκήτρια ascetria, Julianus Novella 53, Ἀπὸ τῆς ἀσκήσεως sive exercitatione: ascetæ enim seu monachi et ascetriæ seu monastriæ in omni pietatis genere se exercent.

Ἀσσάριον assarium, as. v. Gloss. *assem* ἀσσάριον, ὀβολόν, et *assarium* ἀσσάριον, νουμμίον. Cleopatra Περὶ σταθμῶν καὶ μέτρων: Καλεῖται δὲ ἡ οὐγκία τετρασσάριον Ἰταλικόν. Papias: *Assarium nummus, assis, vel figura denarii.*

Αὐγοῦστα Augusta, Augusti conjux. Achmes Ὀνειροκριτ. c. 125. Simoc. 8, 13. Basilica l. 1,

tit. 6, c. 1 : Ὁ βασιλεὺς τοῖς νόμοις οὐχ ὑπόκειται, ἡ δὲ Αὐγοῦστα ὑπόκειται. Theodor. epist. 138 : Τῇ εὐσεοεστάτῃ καὶ θεοφιλεστάτῃ Αὐγούστῃ.

Αὐγουσταίων Augustæum. Descriptio urbis Cpolit. : *Augustæum, Capitolium, Monetam.* Pachimerius l. 9 : Αὐγουσταιῶνος αὐλαίαν πληροῦντες. Palatium Cpolitanum.

Αὐγουστάλιος Augustalis. Paulus l. 35, § 3. Ex quib. caus. maj. præfectus quoque Ægypti. Basilica : Ὁ Αὐγουστάλιος Ἀλεξανδρείας. Justinianus Novell. 23 : Ἀκροατὴν ἕξει Αὐγουστάλιον. Julianus *præfectum Augustalem.* Synesius epist. 29, 105 fin. Isidor. Pelus. 3, 50. Nicephor. Callist. 10, 11. Phot. Biblioth. p. 259 ed. Græcolat. Theophylact. Simoc. histor. Mauric. 8, 13. Joann. Mosch. Lim. c. 207 : Ἀπὸ τῆς τάξεως τοῦ Αὐγουσταλίου. Theophanes homil. 46 : Δοὺξ Αἰγύπτου χειροτονεῖται καὶ Αὐγουστάλιος.

Αὐθέντης dominus. Utitur Joannes Cantacuzenus p. 756. Panias : *Authentes dominus, auctor.* Hinc αὐθεντία. Thomas M. : Αὐθεντία δὲ παρ' οὐδενὶ τῶν δοκίμων ῥητόρων εὕρηται ἐπὶ τοῦ τῆς δεσποτείας ὀνόματος. Joannes Moschus Limon. c. 79 : Δέδωκε δὲ τὸ κλειδίον τοῦ ἁρμαρίου τῷ αὐθέντῃ. Alexius Rhartur : Καὶ ἡ αὐθεντία σας. Et αὐθεντεῖν *et* αὐθεντικῶς. Hesychius : Αὐθεντεῖν ἐξουσιάζειν. Codinus in Παρεκβ. : Αὐθεντικῶς εἰσερχομένους ἐν τῷ μεγάλῳ παλατίῳ τοὺς Λατίνους. Cyrill. patriarcha CP : Κύριε, ἤγουν αὐθέντη. Et apud Laonic. Chalcond. μέγας αὐθέντης, *le grand seigneur.* De Sophia Augusta Anastasius in Histor. Eccles. : *Accersitis Sophia Augusta pecuniarum venditoribus et notariis jussit deferri cautiones debitorum et breves. Quibus lectis accepit breves, et præbuit eos debitoribus, et reddidit dominis suis.* Cedrenus αὐθέντας.

Βάϊα dona ab imperatore aut patriarcha quotannis dari solita ante diem Palmarum, unde eis nomen : est enim βαΐς seu βάϊον ramus Palmarum. Joannis c. 12. Porphyrius de abstin. ab anim. v. Epiphanii homiliam εἰς τὰ βάϊα. Doroth. doct. 15 : Μετὰ βαΐων, *cum palmis.* Hinc hebdomas βαϊοφόρος. Georgius Logotheta in Chronico : Ἔσπευσε καταλαβεῖν τὸ νυμφαῖον πρὸ τῆς βαϊοφόρου. Quæ et ἡ τῶν βαΐων. Metaphrastes Sept. in Cyriaco : Ἕως ἡ τῶν βαΐων ἀφίκοιτο. Hæc autem erogatio non semel fiebat. Theophanes in Apsimaro : Καὶ ἐπάτησε τὸν τράχηλον αὐτῶν ἄχρις ἀπολύσεως τοῦ πρώτου βαΐου. Quæ totidem fere verbis Cedrenus. Vide tamen notas posteriores ad p. 446 b.

Βαΐουλος bajulus. Sophoclis scholiastes in Ajace lorario : Παιδαγωγὸς καὶ παιδοτρίβης, ὁ λεγόμενος βαΐουλος. Balsamo juris GR. p. 472 : Τοὺς παιδοτρίβας βαϊούλους κατονομάζομεν. Theophanes : Θεοδόσιος ὁ βασιλεὺς Ἀντίοχον τὸν πραιπόσιτον καὶ πατρίκιον καὶ βάγιλον αὐτοῦ ἐποίησε παπᾶν. Sic ms. R : lege βαΐουλον. Auctor anonymus in Annal. Franc. : *Rex Carolus cum filiis et exercitu pacifice Franciam repetiit, filiumque suum Ludovicum regem regnaturum in Aquitaniam misit, præponens illi bajulum Arnoldum, aliosque ministros ordinabiliter decenterque constitueus tutelæ puerili congruos.* Historia Miscella l. 23 : *Quæ comprehensos omnes imperatoris homines cecidit atque totondit una cum Joanne protospathario et bajulo ipsius.* Fredegarius scholasticus in Chronico : *Otto quidam filius Beronis domestici, qui bajulus Sigiberti ab adolescentia fuerat.* Aimoinus de Gest. Fr. 4, 38 : *Bajulus r. Sigeberti.* Bajulus est pædagogus, præceptor, monitor, rector, *gouverneur.* Hinc bajulatio. Aimoinus Hist. 5, 39 : *Bajulationi committens.*

Βάνδον bandum, vexillum, signum militare. Hadrianus PP Epist. ad Carolum M. R. : *Qui Neapolitani ipsos Græcos eum bandis et signis suscipientes.* Anastas. Bibl. in Ecclesiastica Historia : *Hunc Hisam in honorem filii sui atque imperatorum terrorem cum imperatorio ac decenti honore militiisque ac blandis* (l. bandis) *ac sceptris in Hierusalem mittit.* Procopius de bello Vandal. 2. p. 123 : Τούς τε ὑπασπιστὰς καὶ τὸ σημεῖον, ὃ δὴ βάνδον καλοῦσι Ῥωμαῖοι, Ἰωάννῃ ἐπιτρέψας Ἀρμενίῳ. Leo Tact. c. 12, § 62 ; Τὰ δὲ βάνδα, ἤγουν τὰ σημεῖα. Constant. in Tact. : Ὀφείλει ἕκαστον τάγμα ἴδιον βάνδον ἔχειν. Scholiastes in στηλ. α' S. Greg. Naz. : Σύνθημά ἐστι τὸ σημεῖον καὶ σύμβολον τοῦ στρατοῦ ὃ καλοῦσι βάνδον. *Bandora,* cohors militum, scara. Acta vitæ Alexandri PP 3 : *Concurrerunt signiferi cum bandis.* Radevicus 2, 66 : *Signis et bandis præcedentibus ad palatium perduxerunt.* Historia Wambæ regis Toletani : *Illum cum bandorum signis accessisse.* Benno Cardinalis de Vita Hiltebrandi l. 1 : *Et cuncti milites banda gestantes.* Anastasius in Adriano : *Eum cum bandora susceperunt.* Hinc βανδοφόροι. Procop. d. l. 2, p. 134 : Ὁ δὲ ἕτερος τὸ σημεῖον τοῦ στρατηγοῦ ἐν ταῖς παρατάξεσιν εἰωθὼς φέρειν, ὃν δὴ βανδοφόρον καλοῦσι Ῥωμαῖοι. Leo Tact. c. 4, § 14 : Καὶ βανδοφόρος μέν ἐστιν ὁ τὸ σημεῖον τοῦ βάνδου βαστάζων. Signiferi, vexillarii, iidem draconarii dicti. Ordo Romanus : *Deinde milites draconarii, id est qui signa portant.* Theodoret. epist. 59 : Κομίζει δὲ ταύτην Πατρωΐνος δρακονάριος. Adde epist. 133. Significat βάνδον et turmam, scaram vel cuneum militum. Glossæ Nomicæ : Κουστοδία στρατιωτικὸν στῖφος, ὃ βάνδον Ῥωμαῖοι καλοῦσι. Auctor vitæ Caroli M. in Annalibus Francicis : *Dominus vero Carolus una cum Francis castra metatus est ad easdem, misitque scaram suam.* Et p. 19 : *Perveniensque in locum Ingilherim misit quatuor scaras.* Denique βάνδον victoriam significat, si Stephanum de Urbibus sequamur in Ἀλαβάνδα. Παρὰ Ῥωμαίοις, inquit, βάνδον τὴν νίκην φασίν.

Βάραγγοι protectores Cujacio, securigeri. De his Codinus de offic. vet. inscr. χιλιάρχῳ κοορ, θ' βαράγγων. Joannes Cantacuzenus 1, 41 : Οἵ τε τοὺς πελέκεις ἔχοντες βάραγγοι προσαγορευόμενοι. Græci ad l. 3, § 5 D. ad leg. Cornel de sicar. : Βαράγγου συγκλητικοῦ τὸν ἕτερον βάραγγον συγκλητικὸν φονεύσαντος. Astrampsychus ἐν τῷ Πυθαγορικῷ λαξευτηρίῳ, δηλοῖς εἰς βαράγγους καὶ μεγιστᾶνας καὶ ἀξιωματικούς. Hi Celtæ erant, ut scribit Scylitzes apud Cedren. p. 792 d. in ora, vel Angli, ut Codinus. Præfectus eorum ἀκόλουθος, ut jam observatum.

Βαρδούκιον hastile, jaculum, pilum, telum, quod jaci potest. Constantinus in Tacticis : Τζικούρια, βαρδούκια, ματζούκια.

Βασιλεύς rex, imperator, de præsentis temporis rege. Zosimus 5 : Ὡς ἂν μηδεὶς ἕτερος πλὴν αὐτοῦ βασιλεῖ παραδυναστεύῃ. Et βασιλίς pro Augusta. Idem lib. eodem : Σοβῶν κατὰ τῆς βασιλίδος τὸ πλῆθος. Sic Byzantini imperatorem vocare soliti. Annales Francorum : *More suo, id est Græca lingua, laudes ei dixerunt, imperatorem eum et basileum appellantes.* Et iisdem pene verbis auctor Vitæ Caroli M. et Eginardus de gestis Caroli M. et Annales Fuldenses. Cæteros ῥῆγας per contemptum appellabant, ut ῥῆγα Φραγγίας. V. Luitprandum in Legatione.

Βεργίον virga. Anastasius Biblioth. in Historia Eccles. : *Contra Vulgares fundis et virgis armatos et blasphemantes minavit.* Leo Tact. c. 7, § 3 : Μετὰ σκουταρίων καὶ βεργίων. Et § 18 : Ἀντὶ σπαθίων βεργία ἢ νάρθηκας ἢ καλάμους ἀντὶ κονταρίων ἀναδιδούς. Constant. in Tact. : Βασταζέτωσαν δὲ καὶ σκουτάρια καὶ βεργία. Menolog. in Martio : Ἔπλεξεν οὖν ὁ γέρων μέχρις ἐννάτης ὥρας οὐεργίας (sic) ms.) δεκαπέντε μόχθῳ πολλῷ.

Βεστιαρίτης. V. Πρωτοβεστιάριος.

Βίγλα vigilia. Eustath. Il. 2 : Σκοπὴν δὲ λέγει τὴν κοινῶς λεγομένην βίγλαν. Theophanes : Κλείσας οὖν τὰς τῶν τειχέων πύλας καὶ βίγλας θέμενος. Leo Tact. 11, § 9 : Ἔχειν δὲ καὶ βίγλας ἔξωθεν.

Et c. 17, § 54 : Ἵνα βίγλα ἀκριβὴς καὶ ἀσφάλεια τοῖς λοιποῖς γένηται. Hinc βιγλάτωρ excubitor. Idem Leo c. 14, § 16 : Μετ' ὀλίγων βιγλατόρων. Et βιγλεύειν excubias agere. Leo c. eodem, § 13 : Ὀφείλων βιγλεύειν. Et d. c. 17, § 102 : Διὰ τοὺς βιγλεύοντας πάντως. Vel βιγλίζειν vigilare. Constant. in Tact. p. 38 : Πρὸς τὸ βιγλίζειν αὐτούς, et p. seq. Ἵνα προλαμβάνωσιν οἱ καβαλλάριοι, καὶ βιγλίζωσιν.

Βιξιλλατίωνες vexillationes, alæ equitum. Glossæ Cyrilli : Βεξιλλατίων *vexillatio*. De vexillationibus Veget. et Cuj. ad l. ult. C. de his qui non impletis stipend. sac. sol. sunt.

Βίσεξτος bisextus. Anastasius Antiochenus : Ὅτε ἡ τετραετία τοῦ λεγομένου βισέξτου εἰς τελείαν ἡμέραν ἀπαρτίζει τὴν κίνησιν. Glossarium ms. illustriss. F. cancellarii Petri Seguierii : Βίσσεξτον ἐπινέμησις τετραετίας.

Βλαττίον blatta. Salomon episcopus :

Dulcius hoc cunctis argenti aurique talentis,
Bombyce aut gemma, blattis eborique fuisset.

Constantinus de administr. imper. : Οἷον βλαττία. Pannus sericus. Fortunatus 2, 3 :

Serica cui niveis agnata est blattea telis.

Βουκελλάριος bucellarius. Glossæ Nomicæ : Βουκελλάριος ὁ ἀποστελλόμενος καὶ φέρων τινά. Item : Βουκελλάριος ὁ παραμένων στρατιώτης. Græci lib. 60 Basilic. : Βουκελλάριοι λέγονται οἱ παραμένοντες στρατιῶται. Ἐκ δὲ τοῦ βούκα ὀνόματος, ὅ ἐστιν ὁ ἄρτος, ἐκλήθησαν βουκελλάριοι οἱ τὸν ἄρτον τινὸς ἐσθίοντες ἐπ' αὐτῷ τούτῳ τῷ παραμένειν αὐτῷ. *Bucellarii dicuntur stationarii milites. Ex nomine autem bucca, quod est panis, vocantur bucellarii, panem alicujus edentes in hoc ut morentur apud eum.* Buceliarii igitur sunt custodes corporis, protectores, stipatores, satellites, armigeri, asseclæ, domestici procerum vel principis. Sic etiam dicti clientes. Papias : *Cliens bucellarius.* Iidemque parasiti dicti. Aldhelmus de laudib. virginit. : *Hæc tanta prodigia cernens Claudius tribunus obstupuit, et corde compunctus cum septuaginta militibus et omni familia et vernacula clientela una cum parasitis et sodalibus credidit in Dei Filium.* Et ibidem : *A propriis parasitis et domesticis clientibus.* De them. Bucell. vide Const. de th. orient. th. 6, et eumdem de Admin. imp. c. 51, et Curop. p. 839.

Βουκινάτωρ buccinator. Theophanes : Δύο ἀδελφοί τινες φιλόχριστοι ἐν Τριπόλει καταμένοντες, υἱοὶ βουκινάτορος. Scholia in Epitom. SS. Cann. tit. 2, sect. 2 : Ἐπὶ τοῦ πατριάρχου Θεοδοσίου βουκινάτωρ βασιλικὸς βαπτισθείς, id est, *Sub patriarcha Theodosio buccinator quidam imperatorius baptizatus.* A buccina seu tuba, quæ βούκινον Græcis posterioribus. Suidas : Φωνασκεῖν εὐφωνίαν ἀσκεῖν, καὶ φωνασκικὸν βούκινον. Glossæ Cyrilli : Σάλπιγξ tuba, litua, buccinum ; quanquam inter buccinam et tubam nonnihil interest.

Βούνευρον. Theophanes in Phoca : Ὃν ὁ τύραννος βουνεύροις μαστίζων ἀνεῖλεν. Et alibi : Ἀνὰ β' βουνεύρων ἐκέλευσε τύπτεσθαι. Menologium in Martio : Τοῦ ἁγίου μάρτυρος ἐπὶ πολλὰς τὰς ὥρας τοῖς βουνεύροις ἀνηλεῶς συγκοπτομένου. Simeo Metaphr. in Sergio et Baccho : Καὶ τὸν μὲν Σέργιον ἀσφαλεστάτῃ φρουρᾷ παραδίδου, τούτῳ δῆθεν ἀμειβόμενος αὐτὸν τῆς εὐεργεσίας· τὸν Βάκχον δὲ διὰ τεσσάρων ἰσχυρῶς ἐκταθέντα βουνεύροις ὠμοῖς ἐκέλευε καταξαίνεσθαι. Constant Manasses : Ὠμοῖς βουνεύροις τὰς αὐτοῦ καταμελαίνει σάρκας· Item : Ὠμοῖς βουνεύροις τὸν λαμπρὸν καταικίζει τὴν σάρκα. Martyrologium Usuardi mense Oct. d. 7 : *Quorum Bacchus tam diu est nervis crudis* (βουνεύροις) *cæsus quoadusque tolus corpore discissus in confessione emitteret spiritum.*

Βραχιόνιον armiliæ. Achmes c. 127 Ὀνειρ. : Ἐὰν ἴδῃ ὅτι βραχιώνια ἔλαοε χρυσᾶ.

Γαλέα vel γαλαία triremis, *galère*. Leo Tact. c. 19, § 10. Γαλιάτζα Conc. Flor. p. 567 ed. R. *Galéasse.*

Γενικόν ærarium publicum. Huic præfectus τοῦ γενικοῦ λογοθέτης dicebatur. Nicephor. Gregoras l. 7. Codin. de offic. eumdem γενικόν appellatum tradunt viri eruditissimi ex hoc loco Suidæ : Ἰωάννην ἐφίστησιν ἡγεμόνα τοῦ πολέμου διάκονον τῆς μεγάλης Ἐκκλησίας καὶ λογιστὴν τῶν φόρων, ὃν γενικὸν καλοῦσι. De quo dubito ; nam de eodem Joanne sic scribit Nicephorus in Breviario historico : Τούτοις ἡγεμόνα ἐφίστησιν Ἰωάννην διάκονον τῆς μεγάλης Ἐκκλησίας καὶ τῶν δημοσίων φόρων λογιστήν, ὃν λογοθέτην γενικὸν οἴδε καλεῖν ἡ συνήθεια. Atque ita forte legendum apud eumdem p. 115 : Τῶν δημοσίων λογιστήν, ὃν τὸ δημῶδες λογοθέτην καλοῦσι, nisi δημόσια pro tributis accipias. Theop. in Constantino : Τόν τε Θεόδοτον τὸν μοναχὸν καὶ γενικὸν λογοθέτην. Hinc ἀπὸ γενικῶν, qui eo munere functus. Joannes Scylitzes in principio historiæ : Νικηφόρου βασιλέως τοῦ ἀπὸ γενικῶν. Chronologia vetus : Νικηφόρος ὁ ἀπὸ γενικῶν. Eadem verba in 8 synodo p. 448 ed. Rom.

Δεήσεις, ὁ ἐπὶ τῶν δεήσεων. Libelli, libellorum magister. Georgius Alexandrinus in Vita S. Chrysostomi : Δοὺς τὰς δεήσεις τῷ βασιλεῖ. Græcus auctor ms., quem citat eruditissimus Allatius dissert. 2 de lib. Eccl. : Ἰωάννου μαγίστρου καὶ ἐπὶ τῶν δεήσεων. De referendario et regendario dicam in Gloss. Nomic.

Δεκανοί decani. V. tit. C de decanis B. Chrysost. in Epist. Pauli ad Hebr. c. 7, hom. 13, p. 505 ed. Anglic. : Καὶ τῶν λεγομένων δεκανῶν τόπον ἐπέχοντες ἐν τοῖς βασιλείοις εἶσι. Flotilda in visionibus : *Audiebatque vocem dicentem, quod hi essent archidiaconi et præpositi judicesque et majores atque decani.* B. Ambrosius l. 5, epist. 35 : *Quod ad Portianam basilicam de palatio decanos mittebant.*

Δηλάτωρ, δηλατορεύειν, delator. Ulpianus in Timocrateam τὸν προσαγωγέα interpretatur δηλάτωρα. Theodoretus epist. 43 : Καὶ δηλάτορος ἔργον δεξάμενος. Utitur etiam epist. 45. Georgius Alexandrinus in Vita S. Chrysostomi : Ἔτυχε δὲ κατά τινα φθόνον διαβολικὸν δηλατορευθῆναι ταύτην τὴν ἄωρον χήραν εἰς τὰς ἀκοὰς Θεοδοσίου τοῦ βασιλέως.

Διαιτάριος atriensis. Glossarium Philoxeni : atriensis διαιτάριος, διαιτάρχης. Theophanes : Εὐτυχιανὸς δέ τις πρῶτος τῶν δαιταρίων. Vet. Inscript. p. 576, 7 : *Dixtarchus domus Augustæ.* Et in Heraclio : Ἐκρατήθησαν δὲ καὶ ἐν τῶν διαιταρίων τοῦ παλατίου πολλοί. Menologium d. 30 Julii : Ὑπὸ τῶν διαιταρίων τοῦ μεγάλου παλατίου ἀποκομίζεται. Martyrolog. Notkeri : *Qui cum esset xætarius palatii,* pro diætarius, ut zabolus pro diabolus apud Phœbadium contra Arianos et Gild. Sap.

Δικάρατον tributum veterum murorum reficiendorum causa a Leone iconomacho institutum. Vide tamen Constant. Manass. p. 93 in Nicephoro. Theophanes infra in διοικητής. Anastasius Biblioth. in Hist. Eccles. : *Ast imperator allocutus est populum dicens : « Vos non valetis ædificare muros, sed nos præcipimus administratoribus, et ipsi exigent in regulam per singulos annos nummum argenteum unum, quo imperium accepto ædificavit muros ; et ita facta est consuetudo dandi binas siliquas administratoribus.*

Δικτάτωρ dictator. Polyb. p. 237 d. 238 c. Diodor. Sicul. p. 127, in fin. t. 2 et p. 919. Et 2. Pæan. Eutrop. met. p. 67.

Διοικητής publicanus, tributorum exactor. Theophanes : Ἐντεῦθεν οὖν ἐπεκράτησεν ἡ συνήθεια διδεῖν τὰ δικάρατα τοῖς διοικηταῖς. Administratorem vertit Anastasius loco supra citato. Hadrianus PP Epistola ad Carolum M. : *Missi,* inquit, *Græcorum duo spatharii imperatoris cum diœcete, qui Latine dispositor dicitur.*

Δίπτυχα. In his erant inscripta nomina episcoporum. Constantinus Pogonatus epist. ad Domnum PP (habetur tom. III concil. Gr. p. 7 e ed. R.) : Ἐκβαλεῖν Βιταλιανὸν τὸν μακαριώτατον ἐκ τῶν διπτύχων. Synodus Mopsuestena, cujus acta habentur in 5 synodi act. 5 : *Theodori antiqui nomen ejectum est diptychis.* Facundus Hermianensis l. 4 : *Cognovi nomen Joannis in sacris diptychis scriptum.* Idem catalcgum episcoporum vocat l. 8 : *Ut ex catalogo episcoporum nomen ejus Atticus episcopus juberet auferri.* Ἱερατικὸν κατάλογον S. Cyrillus ad Atticum apud Nicephor. Call. 14. 26. Βίβλον ἐπισκόπων B. Chrysost. epist. 125, et diptycha dicta, quia tabulæ duplices erant, in quarum altera vivorum nomina prescripta. in altera vero eorum qui obierant. Γραμματεῖον autem δίθυρον intelligit Georgius Alexandrinus in Vita Chrysostomi : Καὶ λαοῶν ὁ Ἰωάννης δίπτυχον ἔγραψεν Ἐπιφανίῳ, sive duplices tabellas, in quibus epistolam scripsit Chrysostomus.

Δομέστικος τφῆς ἐκκλησίας domesticus ecclesiæ. V. Liturgiam ordinum parte 7, in consecratione episcopi et Meursium in hac dictione. Δομέστικος σχολῶν, στρατάρχης, præfectus, domesticus scholarum. Constantiuus Manasses :

Οὗτος τὸν Βάρδαν τὸν Φωκᾶν στρατάρχην καθ-
ἱστάνει,
Ὃν τῶν σχολῶν δομέστικον εἶποιεν ἂν Ῥωμαῖοι.

Historia Miscella 22 : *Antionium patricium et scholarum domesticum.* De domesticis agemus in Glossario Nomico.

Δούξ dux, ἡγεμών, στρατιωτῶν ἄρχων, στρατιωτικῶν καταλόγων ἄρχων, στρατοπεδάρχης. Glossæ juris : Δοὺς ἡγεμών Constantinus de themat. 1 : Ὑπὸ δοῦκά καὶ ἡγεμόνα. Procopius Περσ. α' : Οὐδεὶς δὲ οὔτε Ῥωμαίων στρατιωτῶν ἄρχων, ὃν δοῦκα καλουσι. Et de ædific. Justin. : Στρατιωτικῶν δὲ καταλόγων ἄρχοντα τῇδε καταστησάμενος, ὃν δοῦκα καλοῦσι. Eusebius Historia Eccles. 9, 5 : Στρατοπεδάρχης ὃν δοῦκα Ῥωμαῖοι προσαγορεύουσι. Joannes Cantacuz. l. 4 : Ἐχομένης δὲ τῆς Χίου, ὥσπερ ἱστόρηται ἡμῖν, ὑπὸ τῶν ἐκ Γενούας ἀδίκως ἐν σπονδαῖς, πρὸς τὸν ἄρχοντα αὐτῆς. δοῦκα ἐγχωρίως προσαγορευόμενον, ὁ βασιλεὺς ἔπεμψε. Niceph. Call. 7, 26. Harmenop. 1, 16, § ult. : Πᾶσα προπέτεια κατὰ δουκὸς ἢ ἄρχοντος τοῦ στρατιώτου κεφαλικὴν ἐπάγει τιμωρίαν. Arrius Menander in l. 6 de re milit. dixerat *Adversus ducem vel præsidem.* V. ad Gloss. Basil.

Δρουγγάριος præfectus drungi, tribunus, turmæ unius præfectus. Glossæ juris : Δρουγγάριος ὁ χιλίαρχος. Item : Δρουγγάριον οἱ παλαιοὶ ἐκάλουν τὸν μιᾶς μοῖρας ἤτοι τούρμας ἄρχοντα. Vetus inscriptio : Γρηγορᾶ βασιλικοῦ στράτορος καὶ δρουγγαρίου γεγονότος. P. 1161. 2. Erant autem plures, inter quos quidam μεγαλοι, ut præfectus rei navalis, δρουγγάριος τῶν πλωΐμων, Cedreno ὁ τοῦ στόλου δρουγάριος, præfectus classis. Anna Comn. Alexiad. 3. Nicetas Paphlago in Vita Ignatii patr. CP : Ὁ τοῦ βασιλικοῦ στόλου δρουγγάριος. Τοῦ. ναυτικοῦ δρουγγάριος Constantin. Manass. et δρουγγάριος τῆς βίγλης drungarius vigiliæ. Constantinus Manass. ; Βίγλας γὰρ ἦν δρουγγάριος, εἶποιεν ἂν Ῥωμαῖοι. Historia Miscella l. 24 : *Multi protospatharii et spatharii et excubitus domesticus et ordinum princeps, seu drungarius imperialis vigiliæ.* Rectius legitur apud Anastast. Biblioth. in Hist. Ecol. : *Quin et ordinum princeps et exc. domest. seu drungarius vigiliæ.* De drungario Cibyrrhæotarum Cedrenus in Leontio, Nicephorus in Breviario historico, Theophanes. Vide ad Gloss. Basilicorum.

Δροῦγγος, δρουγγιστί. Drungus globus militum. Leo Tact. c. 13, § 3 ; Κατὰ δρούγγους καὶ κατὰ τούρμας. Veget. 3, 16 : *Scire dux debet contra quos drungos, hoc est globos hostium.* Sic legitur in veteri codice Nicolai Fabricii viri perillustris. Hinc monachorum globus apud B. Chrysostom. epist. 14 : Δροῦγγος μοναζόντων. Οὕτω γὰρ δεῖ εἰπεῖν καὶ τῇ λέξει τὴν μανίαν αὐτῶν ἐνδείξασθαι. Hinc δρουγγιστί. Leo Tact. c. 18. § 144 : Ἀθρόως δὲ καὶ τὸ λεγόμενον δρουγγιστὶ ἐκπηδῶντας. *Confestim, glomeratim.*

Ἕβδομον. Nicephorus in Breviario historico · Καὶ μόλις πρὸς τὸ πεδίον τὸ πρὸ τῆς πόλεως ὃν ἕβδομον καλοῦσι. Item : Κατὰ τὸν παραθαλάσσιον τόπον τὸν καλούμενον ἕβδομον. Septimum miliarium.

Ἐγκαίνια encænia. Isidorus de ecclesiasticis Officiis 1, 35 : *Quandocunque novum aliquid fuerit dedicatum, encænia vocatur.* Niceph. Callist. 8, 3 et 18. Eurip. Schol. ad Orest. : Ἐγκαίνια ἡ ἐν ἐγκαινισμῷ. Theophanes : Γέγονε τὰ ἐγκαίνια τῶν ἁγίων ἀποστόλων. Marcellinus Com. in Chron. : *Thermarum quæ dicuntur encæniæ factæ sunt.* Anastasius Biblioth. in Histor. Eccles. : *Junio mense facta suni encænia SS. apostolorum apud Cpolim, et recondita sunt lipsana Andreæ Lucæ ac Timothei apostolorum, et transiit Mennas episcopus cum sanctis lipsanis, sedens in carruca aurea imperatoria lapidibus insignita, tenens tres thecus SS. apostolorum in genibas suis, et ita encænia celebravit.* Hinc *encæniare.* B. Augustinus tract. 48 in Joannem.

Ἔγκλειστος monachus, inclusus, reclusus. Theophanes in Justiniano : Ἔγκλειστος τοῦ αὐτοῦ μοναστηρίου. Et in Constantino Copronymo : Ὥστε ἅπαντας μοναχούς τε καὶ ἐγκλείστους καὶ κιονίτας. Anastasius Biblioth. vertit *inclausos et cionitas ;* semper enim inclausum pro incluso apud eum legas. Theodorus Hermopolites l. 7, tit. 8, exponens hæc verba legis 2 D. de in jus voc. *Nec eos qui propter loci religionem inde se movere non possunt,* οὔτε, inquit, τοὺς μὴ δυναμένους διὰ τὴν τοῦ τόπου θρησκείαν ἐξ αὐτοῦ ἀναχωρῆσαι, ἤγουν τοὺς ἐγκλείστους μοναχοὺς ἢ τοὺς προσμοναρίους. Mosch. Limon. c. 50 : Διεγήσατο ἡμῖν περὶ τοῦ ἀββᾶ Γεωργίου τοῦ ἐγκλείστου. Theodorus Studita catech. 38 : *Stylita in primis, ac deinde factus clusius.* Et in testamento ejusdem Livineius vertit clusium. Græce ἔγκλειστον, pro incluso. Petrus Damiani epist. 19 l. 1 : *In epistola ad dominum Thersonem inclusum missa.* Fredegar. Scholast. in Chronico : *Sigebertum reclusum basilicæ S. Dionysii martyris.* Hinc ἐγκλειστήριον pro monasterio. Joan. Mosch. Limonar. c. 69 : Καθ' οὗ μέρους καὶ τὸ ἐγκλεισθήριον ὑπῆρχε τοῦ γέροντος. *Clusa* pro eodem apud Marianum Scotum l. 3.

Ἔκδικος defensor Ecclesiæ seu causarum Ecclesiæ. Synodus Nic. 2, act. 4 : Ἔκδικος τῆς ἁγιωτάτης τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίας. Concil. Cp. sub Menna act. 1 : Τοὺς εὐλαβεστάτους νοταρίους καὶ ἐκδίκους τοῦ αὐτοῦ ἀποστολικοῦ θρόνου τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης ἐνταῦθα παραγεγονότας. Hormisda epist. 36 : *Paulinum Ecclesiæ Romanæ defensorem cum scriptis præsentibus destinare curavimus.* Anastasius Biblioth. in Historia Eccles. : *Paulus quidam defensorum Ecclesiæ.* Horum mentio in codice canonum Ecclesiæ Africanæ. Et erant quatuor, qui et ἐκκλησιέκδικοι dicti, Justinian. Novell. 56 c. 1. Et ed. 13, c. 10. Conc. Cp. sub Menna act. 2 : Ἰωάννης ὁ θεοσεβέστατος πρεσβύτερος καὶ ἐκκλησιέκδικος τῆς ἁγιωτάτης μεγάλης Ἐκκλησίας εἶπε. Primus πρωτέκδικος dictus. Conc. Florent. sess. 25 : Ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῶν κληρικῶν ὁ μέγας χαρτοφύλαξ καὶ ὁ πρωτέκδικος. Balsamon ad can. 85 syn. Carthag. et πρωτεκδικικὸν βιβλίον idem ad can. 78 d. synodi.

Ἑνωτικὸν edictum de unione Ecclesiarum, cujus auctor Zeno. Sexta synodus CP. act. 10 : Ἀποδεχόμεθα δὲ καὶ ἐν ἐπαίνῳ ποιούμεθα καὶ τὴν ὀρθὴν ὁμολογίαν τοῦ ἑνωτικοῦ γράμματος, ὅπερ ὁ τῆς γαληνοτάτης λήξεως βασιλεὺς ἐξεφώνησε Ζήνων Theophanes : Μακεδόνιος δὲ κακῶς πεισθεὶς ὑπεγραψε τῷ ἑνωτικῷ Ζήνωνος. Anastas. Biblioth. in Hist. Eccles. : *tunc et enotesium* (sic ms.) *fecit*

Zeno, ut quidam aiunt, ab Acacio Cpolitano dictatum. Postea tamen scribitur *enotico*. Imo et *enotitium* in sequentibus. Exstat Evagrii 3, 14.

Ἔξαρχος dux Constantinus 1 de them. c. 12 : Ἦν γὰρ ἐξάρχων τοῦ βασιλικοῦ τάγματος τῶν καλουμένων ἐξκουβίτων. Nescio an legendum sit ἔξαρχος. Regius tamen codex nil mutat. Quid si legas ἄρχων, ut apud Cedrenum τοῦ τάγματος ἄρχων τῶν ἐξκουβίτων ? Ἔξαρχοι τῶν φατριῶν duces factionum. Basilica in interpretatione legis 16 D. de appellat. Exarchum vertit Anastasius Biblioth. in Hist. Eccles.

Ἐξέρκετος exercitus. Glossæ juris : Ἐξίκτο στρατός. Leg. ἐξερκιτος.

Ἐξισωτής peræquator, Sic n L. ult. C. de censib. et censitor et peræquator. Peræquatorem ἐξισωτήν interpretatur Eustathius Περὶ χρον. διαστ. Sic dictus quod libros censualcs emendaret, et tributorum onus habita ratione census ex æquo inter cives divideret. S. Basilius ep. 259 : Διὰ τοῦ αἰδεσιμωτάτου ἀδελφοῦ Ἑλληνίου ἐξισοῦντος Ναζιανζόν. et ep. 263 : Διεπεμψάμεθα τῷ αἰδεσιμωτάτῳ ἀδελφῷ Λεοντίῳ τῷ ἐξισώτῃ τῆς Νικαίας, et epist. 278 : Ὥστε τῆς ἐπὶ τῇ ἐξισώσει φροντίδος αὐτὸν ἀνεθέντα. Idem prope munus peræquatoris et inspectoris. De inspectione Theodoretus ep. 43 : Καὶ τὴν ἐποψίαν τὴν πολλάκις γεγενημένην κελεῦσαι βεβαιωθῆναι, et ep. 44 : Τῆς γὰρ ἐποψίας κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν γενομένης. Censitores autem qui censum definiunt pro ratione eorum quæ quisque possidet. Gloss. Philox. *censitor* ἀπογραφεὺς τιμητής. Vide epistolas S. Basilii 304, 352, 353, 426. Gr. Naz. orat· de Jul. censitore.

Ἐξκούβιτα pro excubitoribus vel excubiis. Gloss. Cyrill. ἀγρυπνία excubitum. Item : *Excubitum* παννυχίς. Nicephorus Callistus l. 17, c. 40 : Κόμητι ὄντι τῶν ἐξκουβίτων. Anastas. Biblioth. in Histor. Eccles. : *Ast populus scholariorum* et *excubituum*. Hinc excubitorium. Anastas. Biblioth. in Collectaneis : *Duxeruntque in custodiam excubitorii.*

Ἐξκουβίτωρ excubitor. Procop. de bello Vand. 2 : Ὅς τῶν ἐξκουβιτόρων ἡγεῖτο · οὕτω γὰρ τοὺς φύλακας Ῥωμαῖοι καλοῦσι. Georgius Alexandrinus in Vita B. Chrysost. : Ἀποστέλλει ἡ βασίλισσα δύο ἐξκουβίτορας. Metaphraet. mense Sept. : Ἰωάννης τις στρατιώτης ἐν τοῖς καλουμένοις ἐξκουβίτορσιν. Chronic. Alexandr. ὁστρατὸς τῶν φυλαττόντων τὸ παλάτιον ἐξκουβιτόρων. Mauricius imp. epist. ad Gregor. PP. : *In quibus omnes dixerunt tuam beatitudinem milites ad illos transmisisse eum uno tribuno et excubitore.* V. ad Glossas Basilicon.

Ἐπείκτης. Vetus glossarium illustrissimi viri D. Petri Seguerii F. cancellarii : Ἐπείκτης ὁ σπουδαῖος qui urget operas ut festinent. V. Indicem in voce πρωτομάστωρ. Theophanes : Ἔκτισε τὸν Ἰουστινιανοῦ τρίκλινον λεγόμενον καὶ τὰ τοῦ παλατίου περισειχίσματα, καὶ ἐπέστησεν ἐπείκτην Στέφανον. Vide notas P. Goar. ad p. 41, 42 et 598 b.

Ἐπίσκοπος ποιμὴν μερικός. Barlaamus Περὶ τῆς τοῦ πάπα ἀρχῆς c. 3 : Μερικοὺς δὲ ποιμένας, οὓς ἐπισκόπους ὠνόμασαν. Gloss. L. g. *pastor* ἐπίσκοπος. Τῶν λογικῶν προβάτων ἀγελάρχης, Theoph. Cerameus hom. 47. *Episcopus primi ordinis sacerdos, primus sacerdos*, S. Ambr. de dign. sacerd. hinc ἐπισκοπή pro episcopatu. Justin. Nov. 123, c. 1· Basil. diaconus conc. Ephes. parte 1. Gregor. presbyter in Vita Gregor. Theologi : Αἰτῶν τῆς βασιλίδος ἐπισκοπήν. Theophanes : Βουλομενος Εὐτύχην τινὰ ἀρχιμανδρίτην ὁμόφρονα αὐτοῦ εἰς τὴν ἐπισκοπὴν προχειρίσασθαι. Anastas. Biblioth. in Hist. Eccles. *Per episcopum mittunt depositionem, et episcopium* pro eodem. Carolus 3 R. in ep. ad episcopos regni sui : *Episcopium Tungrensis Ecclesiæ expetiit.* Item episcopium pro domo episcopi, synod. Pontigonensis can. 12. Anastasius in exsilio S. Martini : *Giraturos per totum episcopium.*

Ἑπτάσκαλον locus Cpoli a septem scalis ita nuncupatus ; est enim σκάλα scala. Moschopulus Περὶ σχ. κλίμαξ ἡ κοινῶς σκάλα. Suidas : Ἀναβολεῖς καὶ ἡ παρὰ Ῥωμαίοις λεγομένη σκάλα. Corona pretiosa : σκάλα scala. V. Procop. Vandal. β', p. 148.

Ἑταιρεία, ἑταιρειάρχης. Cohors quæ constabat ex belli sociis et fœderatis. Hujus præfectus ἑταιριάρχης, sive, ut loquitur Cedrenus, ἑσαιρείας ἄρχων. Erant autem, ut Meursius observat, plures ejusmodi ἑταιρεῖαι, quarum una ἡ μεγάλη dicebatur, ejusque præpositus μέγας ἑταιρειάρχης · de quo Constantin. Manass. Georg. Logoth. et Nicet.

Ζιβήνη sibina, venabulum. Glossæ Philoxeni : venabulum ζιβήνη. Sic etiam exponitur in Gloss. Cyrilli.

Ζωστή genus dignitatis. Codin. in Παρεκβολαῖς : Καὶ προήρχοντο αἵ τε ζωσταὶ καὶ οἱ πατρίκιοι καὶ οἱ πραιπόσιτοι. V. not. posteriores.

Ἡγούμενος hegumenus, major, major monasterii, præfectus, præpositus. S. Athanasius in Metaphrasi ms. psalmi 67, ad illa vers. 26 προέφθασαν ἄρχοντες, οἱ ἡγούμενοι τῶν μοναχῶν. Synodus Nicæno 2, act. 1 : Σάββας ὁ εὐλαβέστατος ἡγούμενος μονῆς τοῦ Στουδίων : Anastas. Biblioth. vertit *hegumenus monasterii Studii.* Idem Anastas. Biblioth. in Histor. Eccles. : *Petrum Eugemenum S. Sabæ.* Lege *hegumenum.* Syn. Nic. d. act. 1 ἡγούμενον præpositum vertit. Joannes Mosch. Limon. c. 95 : Ἡγούμενος ἦν τοῦ κοινόβιου τοῦ Ἀβαζάνου. Pallad. Laus. c. 76 : Ἡγούμενον πολλῆς ἀδελφότητος. Hinc ἡγουμενεία, præfectura. Synodus 8 œcumen. c. 4 : Τοὺς δὲ παρ' αὐτοῦ εἰς ἡγουμενείαν προχειρισθέντας.

Θέμα, θεματικοί provincia. Cedrenus : Διὰ τῶν Ῥωμαϊκῶν θεμάτων, *ex Romanis provinciis.* Anastasius Biblioth. in Histor. Eccles. : *Tam in regia urbe quam in thematibus degentes.* Theodorus Hermopolites ad l. 6, § 8 D. de offic. præsid. : Οἱ στελλόμενοι ἄρχοντες εἰς τὰς ἐπαρχίας ἤτοι εἰς τὰ θέματα. Hinc θεματικός provincialis ; idem Hermop. lib. IX, tit. 1. Interdum θέμα legionem significat. Vetus Glossar. tit. de Militia : *Legio* τάξις, θέμα. Hinc θεματικοί legionarii. [Cedrenus : Συναχθέντες δὲ οἱ θεματικοί, *thematici milites.* Anastas. Biblioth. in Histor. Eccles. : *Appellatus est imperator ab omnibus ultra sitis thematibus.* Histor. Misc. 22 : *Et cum ad Orientalium thema, cujus prætor erat Lacinus, cucurrisset.* De hoc themate Constantin. them. 1. Et paulo post : *Artabasdus autem a thematibus pronuntiatus est imperator.* Et ibidem : *Pervenit Constantinus Chrysopolim cum duobus thematicis militibus.* Et lib. XXIV : *Mulieribus vero thematicorum militum, qui fuerant in Bulgaria, auri quinque talenta dedit.* Codinus in Παρεκβολαῖς ex Chronico Cpolitano : Ἔγραψε δὲ καὶ τοῖς στρατηγοῖς καὶ τοπάρχαις καὶ δουξὶ καὶ πᾶσι τοῖς οὖσιν ἀρχηγέταις πάντων τῶν βασιλικῶν θεμάτων Ἀνατολῆς τε καὶ Δύσεως, ἄρκτου καὶ μεσημβρίας. Καβαλλαρικὰ θέματα apud Cedrenum sunt equestres copiæ : ἱππικὸν τάγμα Herodiano.

Ἴδικτον edictum, Cedrenus : Ἐκτίθεται ἴδικτον. Glossar. Juris : Ἐδίκτοις, διατάξεσι. Theophanes in Heraclio : Ἐκτίθεται τὸ λεγόμενον ἴδικτον. Agatho PP epist. ad Constantin. Heracl. et Tiber. (exstat synod. Constantin. 6, act. 4) : Ἀπολιναρίου αἱρετικοῦ κατὰ Διοδώρου πρὸς τὸ κείμενον ἐν τῷ, ἡδίκτῳ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως τοῦ ἐν εὐσεβεῖ τῇ μνήμῃ Ἰουστινιανοῦ τοῦ βασιλέως. Nicephor. Call. 17, 29 : Τὸ Ῥωμαϊστὶ ὀνομαζόμενον ἤδικτον γράφει.

Ἰκανᾶτον cohortis nomen. Synodus 8 œcumen. act. 1 ; Δομέστικος ἱκανάτων. Menologium Julii d. 1 : Δομέστικον αὐτὸν τῶν ἱκανάτων προεστήσατο. V. Constant. 1 de them. 5:

Ἰλλούστριος illustris. Arianus Epict. 3, c. ult. Nicephor. Call. 17, 14 : Ἰλλούστριος δέ τις ἄξιαν.

Psellus Synopseos v. 255. Victor persecut. Afr· dixi ad Theophilum. Et v. Cujac. ad lib. XII, cod. t. I.

Ἰνδικτίων, ἴνδικτος. Indictus, indictio. Gregorius Tauromenitanus orat. de Indict.: Ἀρχὴ τῆς χρονικῆς ὑπάρχει ἀνακυκλήσεως, ἴνδικτα λεγομένη τῇ Ῥωμαίων φωνῇ. Alii tribuunt Theophani Cerameo arch. Tauromenit. S. Maximus in Computo ecclesiast. c. 33. Isaacus mon. in Computo c. 1: Ἴνδικτος ἤτις καὶ ἰνδικτιὼν καὶ ἐπινέμησις λέγεται. Indictionem autem ab indictionibus dici verius est, quæ cum annuæ essent, inde cœperunt anni per indictiones numerari, ut tradit summus juris interpres ad tit. C de indictionibus. Indictiones autem sunt tributa. B. Augustin. in psal. 49: *Quod vectigal nobis indicit, quoniam voluit esse rex noster et voluit nos esse provinciam suam. Audiamus indictiones ejus, non trepidet pauper sub indictione Dei.* V. Ciaconum ad Cassianum.

Καβαλλαρικὰ, καβαλλάριος, καβαλλικεύειν. Θέματα καβαλλαρικά apud Cedrenum et Theophanem. Equestris exercitus καοαλλαρικὸς στρατός, Constant. synodus Florent.: Καὶ ἐλθόντες οἱ ἔμπροσθεν καβαλλάριοι. Theophanes in Heraclio: Οἱ δὲ Πέρσαι καβαλλάριοι. Joannes Moschus Limon. c. 72. Hinc καβαλλικεύειν. Theophan. in Theod.: Καὶ δι' ἐκείνων ἐκαβαλλικεύσαμεν. Constantin. in Tact.: Ἀπὸ μεγάλων γὰρ κινδύνων ταῦτα διασώζουσι πολλάκις τὰ ἱππάρια καὶ δι' αὐτῶν τοὺς καβαλλικεύοντας αὐτά. Idem de administr. imper. c. 15: Οὐ καβαλλικεύουσι δὲ ἵππους. Achmes c, 235: Ἐὰν ἴδῃ τις ὅτι ἐκαβαλλίκευσε βορδῶν Glossarium ms.: Καβαλλικεύει, ἀποβαίνει τὸν ἵππον. Utitur Actuarius lib. Περὶ συνθέσεως φαρμάκων. Sic Latini recentiores equum caballare vel caballicare dixerunt. Legis Salieæ tit. 26: *Et eum* (caballum) *caballaverit.* Legis Langobard. tit. 105: *Si quis caballum alienum ascenderit et intra vicinium tantum caballicaverit.* Sangallensis 1 de gestis Carol. Magni: *Per campum istum caballicans.* a caballo; videntur tamen Latini hac voce uti pro equo viliore. B. Hieronymus epist. ad Heliodorum: *Statimque cernamus sagittas pilis, tiaras galeis, caballos equis cedere.*

Καῖσαρ. Cæsar, designatus imperio, imperii successor· Eutropius l. 10: *Cæsares duos creavit,* et mox: *Creatus est imperator.* Et l. eod.: *Solus in imperio Romano eo tempore Constantius princeps et Augustus fuit.* Procedente vero tempore differentia fuit inter δεσπότην, σεβαστοκράτορα et Καίσαρα. Vide Codinum de officiis.

Καλάνδαι Kalendæ. Interpres Cann. Eccl. Afr.: Τῇ πρὸ ὀκτὼ καλανδῶν Ἰουνίων, *octavo Kalendas Junias.* Glossæ Juris: Καλάνδαι αἱ πρῶται ἑνὸς ἑκάστου μηνὸς ἡμέραι. Glossæ Cyrilli; Καλάνδαι Kalendæ. V. Plutarchum in Galba.

Καλίγιον. calceus. Καλίγα Modestino l. 10 de excusat. tut. Græci ad l. 2 D, qui not. inf.: Καλίγα γάρ ἐστιν ὑπόδημα. Hinc καλιγάριος sutor. Glossæ Basil. tit. ad leg. Aquil. l. 5: Καλιγάριός τις. Julius Firmicus Mathes. 3, c. 12: *Coriorum confectores seu caligarii.* Et l. 4, c. 7: *Faciet pellarios, coriarios, caligarios.*

Καλλιγράφος calligraphus, Anastasio Biblioth. in Histor. Eccles. V. notas posteriores. Auctor incertus apud Suidam: Καὶ ταχυγράφους αὐτῷ παραστήσας ἑπτὰ, καλλιγράφους πλείους.

Καμελαύκιον capitis integumentum, galerus, pileus. Hero in Excerptis: Καμελαύκιον Ἀρκαδικὸν περιβαλλόμενος. Theophanes in Justiniano: Καὶ τὰ ἱμάτια αὐτοῦ σὺν τῷ διαλίθῳ καμελαυκίῳ. Leo Tact. 19, § 42: Ἦν δὲ τὸ λεγόμενον καμελαύκιον ἐπὶ κονταρίου ὑφούμενον. Constant. de admin. imper.: Τὰ στέμματα ἅπερ ὑμεῖς καμελαύκια λέγετε. Lexicont Stephani quod citat Fronto Ducæus ad tom. VI, B. Chrysostomi: Κίδαρις, κορυβάντιον, πῖλός ἐστιν εἶδος καμελαυκίου, ὃ καὶ τιάρα νοεῖται. Latinis camelaucus aut camalaucus aut camilaucium. Anastasius in Hist. Eccl.: *Inito bello cum Totila rege Gothorum potentissimo superavit et cepit Romam, et occidit Totilam, et vestimenta ejus cruentata cum camilaucio* (sic ms.) *lapidibus pretiosis ornato misit Cpolim,* Histor. Misc. 22: *Et præcepit Habdalas radi barbas eorum, et fieri calamaucos cubiti unius et semis.* In libris manu exaratis legitur *amelaucos* vel *camelaucos.* Glossæ Isidori: *Galeros calamaucos.* Item: *Pileum calamaucum* Josephus Ἀρχαιολ. 3, 8: Ὑπὲρ δὲ τῆς κεφαλῆς φορεῖ πῖλον ἄκωνον. Ruffinus Aquileiens. vertit: *Super caput autem gestat pileum in modum parvuli caldmaci aut cassidis.* Lege *calamauci,* ut apud Bedam, qui eadem fere verba usurpat. Anastasius de Vitis Pontific, in Constantino: *Apostolicus pontifex cum caumelaugo ut solitus est Romæ procedere.* Legendum *calamauco,* vel quod magis placet, *camelauco.* Glossarium ms.: *Camelaucus, vestimentum papæ,* et totidem verbis Papias; atque ita Bonaventura Vulcanius legebat in Isidori Gloss.

Καμισία camisia, interula, subucula. Victor Uticensis, Persecut. Africæ l. 1: *De palliis altaris, proh nefas camisias sibi et femoralia faciebant.* Anastasius Biblioth. in Hist, Eccles.: *Chalbasias camisias multas.* Alcuinus de divin. Offic.: *Tunica linea vestis erat interior, quam camisam dicimus vel supparum:* Papias: *Alba, vestis sacerdotalis, linea stricta, quæ camisium dicitur.* V. eumdem in poderis. Unde ὑποκάμισον. Cyrillus Cp. adversus Judæ, c. 2, q. 1. Codinus in Παρεκβολ. Mosch. c. 186.

Κάμπος campus. Leo Tact. c. 7, § 30: Μὴ ἐλάσῃς ἰσχυρῶς ἐν τῷ κάμπῳ.

Κανδιδᾶτοι. Militum genus quos robur corporum et animorum commendabat, erantque inter stipatores principis. B. Hieronymus in Hilarione: *Candidatus Constantii imperatoris.* Michael imperator epistola ad Ludov. imp: *Et ideo justum existimavimus mittere ad vestram gloriam Theodorum protospatharium nostrum et Leonem nostrum candidatum.* Acta Sutrina sub Henrico r.: *Pontifex misit in occursum ejus in montem Gaudii, qui et Marii dicitur, bajulos, cereostatarios, candidatos, defensores, stratores.* Luttprandus rerum Europæ l. 3, c. 5: *Turba post hos immensa vocatur, protospathariorum, spathariorum, candidatorum.* Horum meminit Procop.3 de bello G.Joann. Moschus c.185: Διηγήσατο ἡμῖν ἡ θεοφιλὴς καὶ φιλόπτωχος Μαρία ἡ μήτηρ τοῦ κυροῦ Παύλου τοῦ κανδιδάτου. Nicephor. Cpolitanus in Breviario hist.: Τὴν δὲ ἀξίαν ἣν κανδιδᾶτον Ῥωμαίοις κικλήσκειν ἔθος.

Κανίκλειον. Cedrenus: Κανικλείου τιμὴ, ἀξίωμα. Synodus 8, tom. III. Conc. p· 412 ed. R.: Γεγραφότος Χριστοφόρου πρωτασηκρήτης καὶ ἐπὶ τοῦ κανικλείου. Joan. Cantac. 4, 40: Τὸν ἐπὶ τοῦ κανικλείου ἄγγελον πρὸς βασιλέα πέμψας πρεσβευτήν. Chronic. Cp.: Διὰ Νικηφόρου κανικλείου τοῦ Ἀλιάτου. *Caniclinus.* V.Meursium. Vossium de vitiis sermonis, Alemannum ad Procopii arcana p. 19.

Κανών. Quod quis velut ex regula facere debet. Moschus c, 98: Οὐδέποτε ποιῶν τὸν κανόνα μου, ἀφῆκα τὸν νοῦν εἰς τὴν γῆν Item psalmus et canticum statis diebns cani solitum, et divinum officium. Vide Meursii Gloss. et Hugonis Menardi not. et obs. ad Concordiam regularum, c. 55, § 3.

Καπνικόν tributum fumarium. Videndus Theophanes in Nicephoro Logotheta.

Καρδαρίχας. Cedrenus. Anastasius Biblioth. cardarigam vocat in Histor. Eccles.: *Cardarigas vero,* inquit, *non est proprium nomen, sed dignitas maxima apud Persas.* Ex Theophane.

Καστέλλιον castellum. Constantius Porphyr. de them. 1 them. 9: Παρέδωκαν τὰ ἐκεῖσε καστέλλια. Theophanes: Ἐκ τοῦ καστελλίου ἀπέλυσαν.. Joannes Moschus Limon. c. 167. Synodus Florentina: Εἰς τὸ καστέλλι Φραγκολί. Joannes Canta-

ouzenus 1, 40: Τὸ λεγόμενον καστέλλιον διεπόρθησαν.

Κάστρον castellum, ἐπιτείχισμα, locus muris munitus. Suidas: Κάστρον φρούριον. Achmes c 283: Ἢ ἀγρὸν ἢ κάστρον. Theophanes: Τούτῳ τῷ ἔθει Πέρσαι τὸ Βεδζάκιδι καλούμενον κάστρον παοέλαβον. Sed et κάστρα pro oppidis poni notum est. Justinianus Novella 128, c. 20: Ἐν ταῖς πόλεσιν ἤτοι κάστροις. Vel int.: *In civilatibus aut castris.* Intellige, aut oppidis. Denique κάστρον παρεμβολή, castrum. Glossarium ms. παρεμβολή, σκηνή, κάστρον, στρατόπεδον. Gloss. Græc. Latin. παρεμβολή phalanx, castrum. Glossæ juris: Κάστρον, ἤγουν φοσσάτον. Φοσσάτον pro castris poni ibi dicam ἐν Θεῷ.

Κατέπανος. Curopalates p. 843 a. v. Meursium in ea dictione.

Κελλίον, κέλλη, κελλιῶται. Cellula. S. Athanas. Apol. 2: Ἐν κελλίῳ νοσῶν καὶ κατακείμενος. Simeon Metaphrastes in Abramio: Ἐν τῷ εἰρημένῳ κελλίῳ εὑρίσκεται μηδένα σύνοικον ἔχων. Menologium mense Martio: Κλείσας τὴν θύραν τοῦ κελλίου. Utuntur hoc vocabulo S. Basil. Pallad. in Laus. Doroth. doct. 4: Καὶ ἐτίνασσον τὰ ψιάθια αὐτῶν ἔμπροσθεν τοῦ κελλίου μου. Joannes Mosehus Lim. c. 46, in fine. Nicephorus 11, 38: Ἕτερός ἐστι τόπος ἀμφὶ στάδια διεστὼς ἑβδομήκοντα πρὸς τὸ φιλοσοφεῖν δεξιῶς ἔχων, ὃς κελλία προσαγορεύεται, ὅτι περ οὐ κατὰ συνοικίας ἀλλὰ σποράδην τὰ τῶν μοναζόντων εἰσὶν οἰκήματα. Theophanes. Idem κέλλη, cella. Simeon Metaphr. in Pelagia: Καὶ δὴ Ηελαγίας ἐπιστὰς τῇ κέλλῃ κρούσας ἐκάλει. Antiochus in Pand. Georgius Alexandrinus in Vita B. Chrysostomi: Σκυλεύσας δὲ τὰς κέλλας. Hinc κελλιῶται. Laonicus Chalcond. cellulani, a cellula qua includebantur.

Κεντηνάριον centenarium, pecuniæ quantitas. Georgius Alexandrinus in Vita B. Chrysostomi: Ἀπαιτήσασα τὸν Παυλίκιον κεντηνάριον Codinus in Παρεκβ.: Ἐξωδιάσθησαν γρυσίου κεντηνάρια υνβ'. Nicephor. Callist. 15, 27: Ἐφ' ᾧ στόλῳ χίλια διακόσια χρυσοῦ κεντηνάρια λόγος ἔχει δαπανῆσαι αὐτόν. Theophanes, Candidus historicus apud Photium, Joannes Moschus in Limon. Eustath. Ἰλ. β'. Anastasius Biblioth. in Hist. Eccles.: *Et dat ei quinquaginta ei centenaria.* Sic ms. V. Græc. ad l. 60 D. de ju. dot.

Κεντηρίων, κεντυρίων, κεντουρίων. Centurio. Alexius Rhart. doct. Εἰς τὴν ἁγίαν καὶ μεγάλην παρασκευήν: Ἐπιστρέφουν ληστήν, κεντυρίωνα. Scribitur et κεντυρίων et κεντουρίων. Græc. interpr. 48 Βασιλ. tit. 3: Κεντυρίων ἐκώλυσε. Basil. ibidem ἑκατόνταρχος. Theophylactus ad c. 15 Marci: Ὁ κεντυρίων τουτέστιν ὁ ἑκατόνταρχος· κέντουμ γὰρ λέγουσιν οἱ Ῥωμαῖοι τὸ ἑκατόν. V. Euseb. Histor. Eccles. 7, 15. Niceph. Callist. 6, 13.

Κεράτιον siliqua, Constantinus in legibus Georgicis: Κεράτιον ἕν, ἤγουν φόλλεις δώδεκα V. in φόλλις.

Κεφαλιτιών capitatio, census capitis. Theophylactus in Epist. Pauli ad Rom. c. 13: Τῷ τὸν φόρον χρεωστουμένῳ, ἤγουν τὴν λεγομένην κεφαλιτιῶνα, ἀπόδος τὸν φόρον· τῷ τὸ τέλος δὲ, ἤγου τὴν ὑπὲρ τῆς γῆς συνεισφοράν, τὸ τέλος. Quæ totidem verbis exstant apud Œcumenium in eamdem epist. c. 18.

Κηρουλάριος cerularius, κηροπώλης cereæ venditor. Anastasius Biblioth. in Histor. Eccles.: *Cerularius quidem erat in foro, ex laboribus suis locuples.*

Κιστέρνα cisterna, Leo Tact. c. 15: Ἐὰν δὲ ἀπὸ κιστέρνας ἔχουσι πότιμον ὕδωρ. Utitur Suidas tribus locis, et Hero Περὶ μέτρων. Zonar. ad Conc. p. 581.

Κλεισοῦραι clusuræ, angustiores aditus qui non capiunt multitudinem. His autem hostes excludebantur. Procopius de ædific. Justin. p. 32: Καὶ τοὺς ἐν τῇ χώρᾳ στενωποὺς ετειχίσατο, οὕσπερ κλεισούρας καλεῖν νενομίκασιν. Stephadus in Arist. rhetoricam (nondum luce donatus est): Τὰς ἰδιωτικῶς παρὰ πολλοῖς λεγομένας κλεισούρας. Eustath. Ἰλ. β': Ὅπου ξυνοχὰς λέγει ὁδοῦ, ταυτὸν δὲ εἰπεῖν κλεισούρας καὶ στενότητας. Codinus in Παρεκβολ.: Ἀπετυφλώθη ἐν τῇ κλεισούρᾳ. Utitur Leo in Tact., Constantinus de administr. imper., Theophanes et alii. Latini clusuras, clausuras, clusas et claustra dicunt. Cassiodorus 2, var. 5: *Præcipimus 60 militibus in Augustanis clusuris jugiter constitutis annonas præstare.* Sic enim legitur in veteri codice; nam cludo pro claudo promiscue dixere, ut in l. 226 D. de V. S. *clusus est*, ut Flor. legitur. De clausuris auctor Miscellæ l. 18: *Clausuras tenuere quæ ducunt in Persidem.* Egica R. in concilio Toletano 17: *Intra clausuras noscuntur habitatores exsistere.* De clusis Anastasius Bibliothecarius in Stephano 3: *Ad custodiendum proprias Francorum clusas.* Hincmarus epist. 5, c. 6: *Sed Aistulphus superbia elatus super Francos, qui ad custodiam propriarum secundum jussionem Pippini clusarum venerant,* Luitprandus 1, 2: *Quibusdam namque difficillimis separata erat a nobis interpositionibus, quas clusas nominat vulgus.* Nil hic mutandum, nec l. 5, c. 8. De claustris Cicero 7 in Verrem: *Qui nostros exercitus sæpe excluserant, iis claustra loci committenda non existimavimus.* Et eadem significatione alias utitur. Jornandes de rebus Getic. c. 32: *Cui Valia rex Gothorum non minori procinctu ad claustra Pyrenæi occurrit.* A clusuris clusuriarches, κλεισουράρχης. Theophanes: Γρηγόριος ὁ Καππαδὸξ ὁ καὶ κλεισουριάρχης γενόμενος. Auctor Miscellæ l. 19: *Et Gregorius Cappadox, qui et clusuriarches exstiterat.* Clusuræ præfectus.

Κλῆρος, κληρικοί, κλήρωσις. Clerus, sacer ordo, sacrum collegium, generali appellatione omnes qui divino ministerio mancipati sunt. B Hieron. ad Nepotianum: *Clericus,* inquit, *qui Christi servit Ecclesiæ.* B. Augustin. in Psal. 67: *Ecclesiastici ministerii gradibus ornati.* Magnum Etymologicum: Κλῆρος λέγεται σύστημα τῶν διακόνων καὶ πρεσβυτέρων. Œcumenius in 1 Epist. Petri c. 7.: Κλῆρον δὲ τὸ ἱερὸν σύστημα καλεῖ, ὥσπερ καὶ νῦν ἡμεῖς. B. Chrysostomus hom. de S. Joanne apostolo: Ἐννόησον πάλιν τῶν ἐκκλησιῶν τὰ πλήθη, τὸν κλῆρον. Interdum clerus accipitur pro omnibus qui subsunt episcopo D. Basilius epist. 52: Καὶ νῦν δὲ ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ πληρώματος, τοῦ ὑπό σε κλήρου. Paulinus epist. 23 ad Victricium: *De sanctitatis tuæ clero et corpore et spiritu esse cognovimus.* Κληρικοί. Niceph. Histor. Eccles. 7, 42: Ὑπηρεσίαν τῇ ἁγιωτάτῃ θρησκείᾳ παρέχοντας, οὕσπερ κληρικοὺς ἐπονομάζειν εἰώθασιν. Erat autem clerus quadruplex in imperio Orientali, ut docet Meursius. De clerico principis synodus 8 œcumen. act. 7: Οἱ τοποτηρηταὶ εἶπον διὰ τοῦ ἐξελληνίζοντος Δαμιανοῦ βασιλικοῦ κληρικοῦ. De clero etiam palatii Hincmarus epist. 3, c. 26. Hinc archiepiscopus sacri palatii, præfat. concilii Moguntiaci, archicapellanus sacri palatii, Ademarus in Vita Ludovici Pii. Denique *clericatus* in cod. canonum Ecclesiæ Africanæ p. 283. Clericis opponuntur laici. Clemens Romanus epistola priore ad Corinthios: Ὁ λαϊκὸς ἄνθρωπος τοῖς λαϊκοῖς προστάγμασι δέδοται. Teophanes: Πολλοί τε κληρικοὶ καὶ μονασταὶ καὶ εὐλαβεῖς λαϊκοί.

Κοιαίστωρ quæstor. Constantinus Manasses: Κοιαίστωρ τὴν ἀξίαν. Basilius in Grammatica: Κοιαίστωρ τὸ ἀξίωμα. Nicephorus Cpolit. in historiæ breviario: Κοσμεῖν τὴν ἀξίαν ἣν δὴ κυαίστορα καλοῦσι. Gregorius Nazianzenus orat. 10: Διέτριβε μὲν ἐν τῇ Βιθυνῶν, τὴν οὐ πολλοστὴν ἀπὸ βασιλέως διέπων ἀρχήν· ἡ δὲ ἦν ταμιεύειν βασιλεῖ τὰ χρήματα καὶ τῶν θησαυρῶν ἔχειν τὴν ἐπιμέλειαν. Ἐντεῦθεν γὰρ αὐτῷ τὰς μείζους ὁρμὰς βασιλεὺς προοιμιάζεται. Sic apud Romanos quæstura primus ad honores gradus erat.

Κόμης. Τοῦ βασιλικοῦ ἱπποστασίου, τοῦ σταύλου, Ἀνατολῆς, ἐξκουβίτων, φοιδεράτων, κόρτης. Τοῦ βασιλικοῦ ἱπποστασίου *comes sacri stabuli*, vet. Inscript. Grut. p. 412, 4. Φροντιστὴς τῶν ἵππων Manass. regalium equorum præpositus qui alias κόμης τοῦ σταύλου. Κόμης τῶν βασιλικῶν σταύλων Theophani : est enim σταῦλος seu σταῦλον stabulum. Eustathius ad Odyss. ω' : Παρὰ μέντοι Ἀττικοῖς τὸ κλήσιον ἁμάξῶν καὶ ζευγῶν ἐστι δεκτικόν, ὃ λέγεται τοὺς Ῥωμαίους παρὰ τὴν στάσιν σταῦλον καλεῖν. Theophanes : Καὶ ἐπιφθάσαντες ἐν τοῖς ταύλοις (sic ms. : lege σταύλοις) Σταυρικίου τοὺς ἵππους, etc. *le grand escuier*. Κόμης Ἀνατολῆς, apud Cedrenum, Theophanem, Julium Pollucem in Chronico, Nicephorum Cp. comes Orientis, κόμης τῆς ἑῴας, sub quo erant 15 provinciæ Orientis, Zosimus 5. Κόμης τῶν ἐξκουβιτόρων, comes excubitorum, vel κόμης τῆς τῶν ἐξκουβίτων σχολῆς. Κόμης τοῦ βασιλικοῦ ἐξκουβίτου, comes imperialis excubiti. Synodus Cp. 6 act. 14. Theophylactus Simoc. hist. Mauric. 3, 11 : Ἡγεμὼν δ' οὗτος ἐτύγχανεν ὢν τῶν τοῦ βασιλέως σωματοφυλάκων καὶ ὑπασπιστῶν, ὃν κόμητα ἐξκουβιτόρων τῇ συνήθει φωνῇ ἔθος Ῥωμαίοις καλεῖν. Satellitum et protectorum principis comes et præpositus. Κόμης φοιδεράτων, comes fœderatorum, τουρμάρχης τοῦ τάγματος τῶν φοιδεράτων, Zonaræ. Aliis τῶν φοιδεράτων ἡγεμών, princeps fœderatorum. V. infra φοιδεράτοι. Κόμης κόρτης, comes seu præfectus cohortis. Glossæ : *præfectus cohortis* επαρχος τῆς κοόρτις. Leo Tact. c. 4 § 10 : Κόμης δέ ἐστιν ὁ τοῦ ἑνὸς τάγματος ἤτοι βάνδου ἀφηγούμενος. Gloss. Juris : Κόμης ὁ μιᾶς κοόρτης ἄρχων, ᾧ καὶ ἑκατοντάρχαι ὑποτάττονται.

Κομητόπουλος comitis filius. Sic οὐμπερτόπουλος apud Annam Comnenam p. 412, Ἰατρόπουλος apud Pachymerium. Harmenopulus.

Κομμέρκιον commercium, tributum. Cedrenus : Τῆς Ἀβύδου καὶ τοῦ Ἱεροῦ τὰ κομμέρκια ἐκούφισε. Idem apud Theophanem. Anastasius Bibliothecarius in Hist. Eccles. sic vertit : *Abydi ac Hieri ea quæ dicuntur commercia relevavit.* Idem Anastasius : *Cum auri librarum duodecim persolverent, simul et consueta commercia.* Theophanes : Τὸ κουμμέρκιν τοῦ πανηγυρίου ρ' λιτρῶν χρυσίου ἐκούφισεν. Constant. de admin. imperio : Ἔχει δὲ καὶ κομμέρκιον ἐκ τῶν τοιούτων πραγματειῶν ἄπειρον.

Κόρτη cohors. Aula, *la cour du prince*, tentorium. Κόμης κόρτης comes cohortis : V. supra in κόμης. Polyb. 11 : Τρεῖς σπείρας (τοῦτο δὲ καλεῖται τὸ σύνταγμα τῶν πεζῶν παρὰ Ῥωμαίοις κοόρτις). Konórta Græcis Basilicon interpretibus ad l. 2 D. Qui not. infam. Theophanes : Ἐξῆλθε πᾶσα ἡ βασιλικὴ ὑπουργία καὶ ἡ κόρτη, *toute la cour.* Idem : Ἐπήρασι δὲ καὶ τὸ τοῦλδον χρήματά τε καὶ ἵππους καὶ τὴν κόρτην μετὰ πάσης τῆς βασιλικῆς ὑπουργίας. Anastasius Bibliothecarius ita vertit : *Abstulerunt autem Vulgares etiam sarcinam, pecuniam, equos et aulæum una cum universo regio apparatu.* Sic duo manuscripti codices. Nescio an satis emendate, et an scripserit *aulam*. Κόρτη igitur Cedreni p. 472 b non est cohors : Cedrenus enim et Theophanes de re eadem loquuntur. Nisi malis ibi cum P. Goar κόρτην tentorium principis interpretari.

Κουβικλάρεα κουβικουλάριος. Cubicularia, cubicularius. Georgius Alexandr. in Vita B. Chrysostomi : Παρέστη καὶ ἡ βασίλισσα πρὸ θυρῶν τῆς ἐκκλησίας μετὰ πάσης αὐτῆς τῆς φαντασίας καὶ τῶν κουβικουλαρίων καὶ τῆς τάξεως Joannes Malela : Θεοδόσιος ὁ μικρὸς ἐφίλει ἔρωτι Χρυσάφιον τὸν κουβικουλάριον. Synodus Cp. 7. Niceph. Callist. Chronicon Alexandrinum, Nicephorus Cpolitanus. Cubicularius a cubiculo, κοιτωνίτης, πρόκοιτος κατακοιμητής. Sacri palatii cubicularius in Marcellini Chronico. Erant autem plures palatini cubicularii ; quique his præerat comes cubiculariorum dicebatur. In concilio Toletano 8 subscribit Odoacrus comes cubiculariorum. V. Cujac. ad tit. 5, l. 12, Cod. et Glossarium nostrum ad Julianum.

Κουβούκλειον, κουβούκλιον. Cubiculum. B. Chrysostomus hom. de pœnit. ; ὡς ἔν τινι κουβουκλείῳ ἀποκέκλεισται. Codinus in Παρεκβολαῖς ἐξ Κλειδώσας πάλιν ἔμπροσθεν αὐτῶν τὸ κουβούκλιον. Chronicon Alexandrinum p. 90 : Οὖσαν αὐτὴν ἐν κουβουκλείῳ. Joannes Mosch. Limon. c. 129 : Ἐλθὲ εἰς τὸ κουβούκλειον. S. Maximus c. 84 cent. 2 : Συνείποντο δὲ τῇ μνήμῃ τοῦ χρυσίου καὶ ἡ μνήμη τοῦ βαλλαντίου καὶ τοῦ σκεβρίου καὶ τοῦ κουβουκλείου. Σκέβριον ibi est cista. Ulpianus in l. 1 § 41 D. depos. si cista signata. Basilica : Ἐσφραγισμένον σκεορίον.

Κουμπάρια magna navigia. Contantinop. de Themat. 2 c. 11 : Στόλος λς' κομπαρίων. Leo Tact. c. 18 § 140 : Διὰ τῶν παρ' αὐτοῖς πλοίων τῶν λεγομένων κουμβαρίων. Saracenica vox est auctore Leone d. c. 18 et c. 19 § 70. Constantino d. c. 11 et Zonara. Latini tamen cumbam vel combam dixere. Glossar Arabico-lat. *lembus. navicula brevis, dicta et caupulus et cumba et lintris.* Gloss. Cyrill. Σκάφη τὸ πλοιάριον, comba.

Κουράτωρ. Τέσσαρας ἀρχόντων γειτόνων κουράτορας ἀποκτείναντο. Quinam erant isti curatores principum ? utique primariæ dignitatis viri. An veluti curatores divinæ vel dominicæ domus ? Theophanes in Mauricio : Κουράτωρ τῶν βασιλικῶν οἴκων. Sexta Synodus Cpol. act. 1 : Κουράτορος τοῦ βασιλικοῦ τοῦ Ὁρμίσδου, οἴκου. Erat et curator principis, κουράτωρ τοῦ βασιλέως, ὃς νῦν λογοθέτης λέγεται, ut ait Constantinus Harmenopulus Breviarii l. VI de dignitatibus tit. 1, § 5. Κουράτωρ etiam accipitur pro curatore adolescentis, et κουρατορεία pro cura seu curatione.

Κουρατορεία curatoria Theophanes : Τὰ δὲ κρείττονα τῶν κτισμάτων εἰς τὴν βασιλικὴν κουρατορείαν αἴρεσθαι ἐκέλευε. Anastasius Biblioth. in Hist. Eccles. : *Cæterum quæque meliora erant in rebus in regiam curatoriam deferri jubebat.* Vide notas posteriores P. Goar. p. 44, col. 2. d.

Κουροπαλάτης curopalates, qui palatium curabat, cui palatii cura commissa erat. Nicetas Paphlago in Vita Ignatii (habetur tomo III concil. ed. R.) : Βάρδας μὲν γὰρ ἐφ' ἑαυτὸν τὴν Ῥωμαϊκὴν ἀρχὴν ὑποποιούμενος πρῶτον μὲν κουροπαλάτης, etc. Curopalatæ autem potestas prima post principem. Nicephorus in Breviar. hist. : Ἡράκλειος δὲ Θεόδωρον τὸν ἑαυτοῦ ἀδελφὸν τὴν μετὰ βασιλέα πρώτην ἀρχὴν κεκτημένον, κουροπαλάτην δὲ αὐτὸν οἱ περὶ τὰ βασίλεια καλεῖν εἰώθασι. Corrupte *curopalatus* dicitur. Luitprandus in Legat : *Ante fratris ejus Leonis curopalati et logothetæ præsentiam sum deductus.* Corruptius *curapalatius.* Vigilius PP in epist. encyclica ad universam Ecclesiam : *Justinianum exconsulem et curapalatii. Curopalasius* Chron. Casin. c. 7. Latinis primum *cura palatii* dicebatur, l. 1 C. de comitib. et tribun. schol. hinc *excura palatii* Amm. Marcell. 22.

Κοῦρσον, κούρσευμα, κουρσεύειν. Incursio, præda. Constantinus in Tact.: Μὴ ἀφίῃς τοὺς στρατιώτας εἰς τὴν πολεμίαν γῆν ἵνα ἀτάκτως ἐκβαίνωσιν εἰς κοῦρσα. Item : Καὶ γαρ εἰς μὲν τὰ κοῦρσα καὶ τὰς ἄλλας ἐπιδρομὰς ἔχουσιν οἱ στρατιῶται τὰ συρτὰ μετ' αὐτῶν. Et κούρσευμα. Astrampsychus ἐν τῷ Πυθαγορ. λαξ. : Δηλοῖ αἰχμαλωσίαν καὶ κούρσευμα. Hinc κουρσεύειν pro prædari. Constantinus in Tact. : Κουρεύσας γὰρ τὴν Συρίαν καὶ κρατήσας αἰχμαλωσίαν καὶ πραΐδαν πολλήν. Theophanes in Heraclio : Κουρσεύων κσὶ πραιδεύων. V. in Κούρσορες.

Κούρσορες cursores. Suidas : Κοῦρς Ῥωμαϊστὶ τρέχε, ἔνθεν καὶ κούρσορες. Θεῖος κούρσωρ, cursor imperatoris. Cæsarius dial. 2 resp. 107 B. Chrysostomus vel potius auctor homiliæ de justo et beato Job, quæ exstat tomo VI, Oper. D. Chrysost.: Πῶς

ἀποστέλλουσι τοὺς δρομεῖς, κούρσορας καλουμένους Ῥωμαϊστί. Philostorgius Hist. Eccles. l. II : Κἀκείνην δὲ πάλιν φωραθεῖσάν τινι τῶν κουρσόρων μοιχωμένην. Cursorem intelligit Libanius orat. 23 de honorib. ad Eustath. : Ἔπειτα οὗθ' ὁ παῖς ἦκεν οὔθ ὧν ἐστι τὸ τρέχειν. Petron. vet. inscr. p. 600, 15. Firmicus. Lupus abbas epist. ult. : *Cursor noster, donec veniamus, pauperis apud vos locum implebit.* P. Blesens. ep. 41 : *Cursores diversos nostrorum exploratores itinerum ante faciem meam circumquaque præmisi.* Adventius Meteusium episcopus ad Nicolaum PP. : *Nos tamen inter ista vix unum cursorem, religiosum videlicet presbyterum Theodoricum nomine, compendioso itinere cum prosecutione præsentium litterarum ad vestram dirigere potuimus clementiam.* Paulinus epist. 24 : *Ut cursorem Dominicum Cardamatem signatis in lege divina antiquorum velocium laudemus exemplis.* Cursor igitur pro famulo accipitur, quem hodie Græci οὐλάκις, Galli *un laquais* vocant. Laonic. Chalcondylas : Καλοῦνται δὲ οὗτοι οἱ κήρυκες οὐλακίδες. Vel pro tabellario eove quem ad aliquid perferendum mittimus. *Procursor* in Hist. Misc. et Anastasii Biblioth. Hist. Eccl. Græce est, opinor, πρωτοκούρσωρ, primus cursorum. Κούρσορες etiam dicuntur milites qui belli tempore incursiones faciunt. Leo Tact. c. 7, § 36.

Κοῦσπος cippus. Lexicon vetus biblioth. Regiæ : Ζατρίκιον ὁ κοῦσπος, τὸ τῶν δούλων κολαστήριον. Alii ποδοκάκην exponunt. Quid sit autem ποδοκάκη explicat Simeon Metaphrastes in Luciano : Καὶ τοῦτο μὲν εἰς τὴν ποδοκάκην (ξύλον δὲ προμῆκές ἐστι στρεβλωτήριον) ἀμφοτέρους αὐτοῦ τοὺς πόδας ἐνεβίβαζον, ἐπὶ τέσσαρα τρήματα διελκύσαντες, ὅπερ ἐστὶ το τῆς τιμωρίας ταύτης βαρύτερον.

Κυνήγιον locus in quo venatio bestiarum ad populi voluptatem exhibebatur. Hinc κυνηγοὶ θηριομάχοι in Glossis Nomicis, id est bestiarii : de quibus plenius ibi dicam. In eo supplicium de reis interdum sumebatur. Nicephorus in Breviario historico : Ἐκπέμπει ἐν τῷ καλουμένῳ κυνηγίῳ τμηθῆναι τὰς κεφαλάς. Item : ἐν τῷ τῆς πόλεως κυνηγίῳ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ ἀποτμηθῆναι προστέταχε.

Κυριακή κυριακόν. Μία Σαββάτων. Una Sabbati, dies Dominicus. B. Gregorius Nyssenus : Πρὸς τοὺς ἀχθομένους ταῖς ἐπιτιμήσεσι· Ἡσίοις γὰρ ὀφθαλμοῖς τὴν Κυριακὴν ὁρᾷς ὁ ἀτιμάσας τὸ Σάββατον : B. Gregorius Nazianzenus orat. 19. V. Niceph. Callist. 7, 46. Una Sabbati est dies Dominicus, primus dies hebdomadæ. Œcumenius in primam ad Corinthios c. 9 : Μίαν Σαββάτων τὴν Κυριακὴν λέγει. Theophylactus ad c. 18 Lucæ : Μίαν σαββάτων τὴν πρώτην ἡμέραν τῆς ἑβδομάδος τὴν παρ' ἡμῖν Κυριακὴν ἐκάλουν. Vide eumdem ad c. 24. Ἡ μεγάλη Κυριακή apud Cedrenum. Et est dies Paschatis. Item apud eumdem p. 295 d. Κυριακή vel κυριακόν est templum. Niceph. Callist. 7, 38. Cyrillus Catech. p. 494 edit. in 4. Chronicon Alexandr. p. 660. S. Athanas. in Vita Ant. : Ἐξελθὼν εὐθὺς ἐκ τοῦ κυριακοῦ. Simeon Metaphr. in Cypriani martyrio : Εἰς τὸ κυριακὸν ἀφικνεῖται. V. Zonar. ad c. 74. Synod. 6 in Trullo. Walafridus Strabo de reb. eccles. c. 7. Sicut itaque domus Dei basilica, id est regia a rege, sic etiam κυριακά, id est Dominica a Domino nuncupantur. Adde Aimoinum de gest. Francor. 2 c. .

Κυρός, κύρ, κῦριος. Dominus. In inscriptione operis κυροῦ τοῦ Κεδρηνοῦ. Josephus episcopus Methonensis sic inscripsit apologiam adversus libellum Marci metropolitæ Ephesi : Ἀπολογία εἰς τὸ γραμμάτιον κῦρ Μάρκου τοῦ Εὐγενικοῦ μητροπολίτου Ἐφέσου. Concil. Chalced. act. 1 : Ἀξιοῦμεν καὶ τὸν κῦριν Μάμαν εἰπεῖν. Vet. interp. : *Supplicamus et domnum Mamam dicere.* Synod. Cp. 6 act. 14 : Ὁ κῦρις Κωνσταντῖνος. Vet. int. : *Domnus Constantinus.* Et paulo post : Δέδωκα αὐτὰ αὐτῷ τῷ κυρῷ Κωνσταντίνῳ. Concil. Chalced. act. 1 : Ἐπὶ τοῦ κυροῦ Θαλασσίου καὶ τοῦ κυροῦ Εὐσεβίου παρόντος καὶ τοῦ Σιλεντιαρίου ἐγένετο ἡ πρᾶξις.

Κῶδιξ, κωδίκιον. codex. B. Chrysostomus homil. in Salvatoris diem Nat. : Καὶ τοῖς ἀρχαίοις τοῖς δημοσίᾳ κειμένοις κώδιξιν ἐπὶ τῆς Ῥώμης. Theophanes : Ἀναστάσιος ὁ βασιλεὺς εἶδεν ἐν ὁράματι ἄνδρα φοβερὸν βαστάζοντα κώδικα. Pachymeres : Τὸ κωδίκιον τῆς ἐκκλησίας εἰς πίστιν προεκομίζετο. Sexta synodus Cp. act. 5 : Τὰ εἰρημένα κωδίκια ὑποδεχέσθωσαν. vet. int. : *Prædicti codices suscipiantur.* et act. 7 vet. int. vertit *codicillum*, et act. 13 *polyptychum.*

Λατέρκουλον laterculum. Quid esset laterculum explicat Cedrenus p. 169 d. Theodoretus Quæst. in lib. Reg. interrog. 40 : Πλινθίον οἶμαι καλεῖσθαι, ὃ παρὰ τοῖς ἔξωθεν συγγραφεῦσι πλαίσιον ὀνομάζεται. Κῖδος τοῦτο στρατιωτικῆς παρατάξεως τετράγωνον ἐχούσης τὸ σχῆμα. Vide Cujac. ad tit. Cod. de proxim. sacror. scrin. l. 13. ad Novell. 8, et de off. quæst. in Parat. Cod.

Λεγᾶτον legatum. Suidas. Occurrit passim in Basilicis. Concilium Florentinum sess. 3 : Ὥσπερ τι λεγᾶτον καὶ κληρονομίαν αὐτοῖς ἐγκατέλιπε.

Λεκτίκιον lectica. Menologium Augusti die 2 : Τὸ ἱερὸν λείψανον ἐν λεκτικίῳ ἐπὶ ὄνῳ καταθεῖσα. Græc. ad l. 60 § 8 D. loc.

Λέσσα V. Meursium.

Λιβελλήσιος libellensis. Nov 20 c. 9. qui libellos conscribit, in l. hac lege C. de proxim. sacr. scrin. l. 3 C. ubi senat. Julianus Antecessor Nov. de adjut. Quæst. Vide ad Theophilum de satisdat.

Λίσελλος libellus. Phavorinus. Synodus 6 Cp. act. 3 : Εὑρέθησαν ἐν αὐτῇ λίβελλοι δύο, et act. 4 laudatur Pyrrhi λίβελλος τῆς πίστεως. Theophanes in Heraclio : Καὶ λίβελλον ἐπιδεδωκὼς ὀρθοδοξίας τῷ πάπᾳ. apud b. Chrysostomum epist. ad Innocentium λίβελλοι κατηγοριῶν, libelli accusationum, libelli accusatorii.

Λόγγος locus angustus. V. Meursium in ea dictione

Λογοθέτης logotheta. Plures erant. γενικὸς λογοθέτης, de quo supra in γενικόν. V. Procopii arc. p. 81 et 104 et notas ib. Nicephorus Gregoras 8 : Ὁ λογοθέτης τοῦ γενικοῦ Θεόδωρος ὁ Μετοχίτης. Ὁ τῶν οἰκειακῶν. Georgius Pachymeres : τοῦ μεγάλου λογοθέτου τῶν οἰκειακῶν. Ὁ τοῦ δρόμου logotheta dromi seu cursus. Constantinus de admin. imp. c. 32. Theophanes in Constantino I Ὧν εἰσιν οἱ πρωτεύοντες Κωνσταντῖνος ὁ πατρίκιος καὶ λογοθέτης τοῦ δρόμου γενόμενος. Τοῦ στρατιωτικοῦ. Sexta synodus Cp. act. 1 : Στρατιωτικοῦ λογοθέτου, septima act. 1 : Ἰωάννου βασιλικοῦ ὀστιαρίου καὶ λογοθέτου τοῦ στρατιωτικοῦ λογοθεσίου. Anastasius Biblioth. ita vertit : *Joanne imperiali ostiario et logotheta imperialis logothesii.* Alius interpres ita : *Joanne regio ostiario et quæstore ærarii militaris.* Τῶν ἀγελῶν Codinus de officiis meminit. Denique ὁ τῶν σεκρέτων λογοθέτης, Nicetas, qui et μέγας λογοθέτης dicebatur. Nicephorus Gregoras l. 6 : Μουζάλων ὁ μέγας λογοθέτης. Cancellarius hodie est. Papias : *Logotheta edictum imperatoris foris populo nuntiat.* Vide Chron. Casin. c. 68.

Λωρίκιον, λουρίκιον. Leo Tact. c. 15 § 9 : Τοὺς μὴ ἔχοντας λωρίκια Constantinus Tact. : Ἐχέτωσαν δὲ τὰ λωρίκια θηκάρια δερμάτινα. Gloss. ms. in v. ὅπλα· Θῶρας ὁ σιδηροῦς χιτών, ὅπερ ἐστὶ λουρίκιον. Glossæ Nomicæ : Μανδύας, ἱμάτιον, τὸ λουρίκιον. Chalcond. l. 9 : Ποιοῦντες λωρίκια ἐξαίρετα. Theophanes in Heraclio : Ἔλαβον τὰ λουρίκια αὐτῶν. Corona pretiosa : giaccho λουρίκι. Hinc λωρικάτοι. Leo d. § 9. Apud Theophanem in Justiniano λουρικάτοι, in Theodosio λωρικάτοι.

Λώριον lorum. V. Meursium.

Λῶρος lorum. Scholiastes antiquus Homeri ad Il. γ Ἱμάς, λῶρος. Eustath. Il. β· Τελαμὼν δὲ νῦν λῶρος πλατύς, δι' οὗ ἡ ἀσπὶς ἀνεφέρετο. Macarius hom. 32 : Λώροις αὐτὸν βασανίζει. Schol. Eurip. in

Hippol. : Εἰώθασιν οἱ ἁρματηλάται περιάπτειν τὰ λῶρα τῇ ἄντυγι. Theodorus Metochites in Hist. Romana : Μαστίζεται τὸν νῶτον λώροις πλεκτοῖς · τοιοῦτον καὶ γὰρ τὸ φραγγέλιον. Glossarium ms. illustrissimi Franciæ cancellarii P. Seguierii : Ἀμφωρίσκος ὁ λῶρος. Vide Breviarium Græcum p. τξε et φιζ' parte 2. Græci autem λῶρος et λῶρον dixerunt, ut Latini lorus et lorum. Gloss. Cyrilli : Ἱμᾶς *habena lorus, corrigia, hoc lorum.*

Μαγαρίζειν Mahometicam impietatem profiteri, Theophanes : Καὶ πρός τινα μαγαρίτην εἰπεῖν. Anastas. Biblioth. in Hist. Eccl. : *Et ad Cosmam quemdam juxta se stantem Romanorum profugum margaritam diceret.* Idem : *Occisus est Humar Sarracenorum dux a quodam Persa margarita apostata.* 1. *magarita.* V. Hist. Miscell. l, 19.

Μάγγανον manganum, mangana, machina bellica. Glossæ Philoxeni : Ballistra σφενδόνη, μάγγανον πολεμικόν: Scholiastes Thucyd. : Βάλανός ἐστι τὸ βαλλόμενον εἰς τὸν μοχλὸν σιδήριον, ὃ καλοῦμεν μάγγανον. Idem Scholiastes Aristophanis in Concionantes p. 734 col. 2. Papias : *Tormentum dicitur quidquid summa vi torquetur, ut vulgo manganum.* Abbo de obsidione Parisiens. p. 453 ed. P. Pith. :

Conficiunt longis æque lignis geminatis
Mangana, quæ proprio vulgi libitu vocitantur,
Saxa quibus jaciunt ingentia, seu juculando
Allidunt humiles scenas gentis truculentæ.

Hist. Miscell. l. 20 : *Sistens arcobalistas et magnas in turribus et argumentosas alias machinas.* Anastasius autem Bibliothec. sic habet in Hist. Eccles. : *Sistens arcobalistas et mangana in turribus.* Lege igitur apud auctorem Miscellæ *mangana*, vel si mavis *manganas* : nam et manganas dixerunt. In passione S. Tyemonis : *Ad machinam exstructam, quam vulgo mangonam appellant.* Lege *manganam.* Prius magis placet : nam et scripti codices habent *mangana*, ut notat Canisius variis in Miscellam : et Anastasii, ex quo auctor Miscellæ sumpsit, in veteri codice ita legitur. Hinc μαγγανάριος, qui mangana conficit, manganarius. Leo Tact. c. 15 § 35 : Δι' ἐπινοίας τῶν συνόντων μαγγαναρίων. Hist. Miscella l. 17 : *Basum urbis manganarium interficere nitebatur.* Sic lege : Nam Theophanes habet μαγγανάριον. Imo et Anastasius in Hist. Eccl. et μαγγανικόν. Cedrenus p. 455 : Βάλλεται τῷ ἐκ τοῦ μαγγανικοῦ λίθῳ. Theophanes in Justiniano Juniore : Παραδεδωκὼς αὐῷς πρὸς καστρομαχίαν κριὸν, μαγγανικά τε καὶ πᾶσαν ἑλέπολιν.

Μαγιστεριανός, μαγιστριανός. Magistrianus, agens in rebus, officialis magistri officiorum. Isidori. Pelusiotæ epist. 229 l. 3 inscripta Λεοντίῳ μαγιστριανῷ, et l. 4 81. Synodus Nicæna 2 act. 1, ex libro de Vita S. Sabæ : Παρόντων ἔτι καὶ ἀκουόντων τῶν τε μαγιστριανῶν καὶ ἀρχόντων. Anastas. Bibl. *Præsentibus magistrianis.* Theophanes : Ἰουλιανὸν μαγιστριανὸν μετὰ σάκρας. Anastas. in Hist. Eccles. : *Julianum magistrianum cum sacra.* Constantinus imp. epist. ad Arium in fine (exstat autem apud Gelasium Cyzicenum act. Conc. Nicæni l. 3) : Διὰ Συγκλητίου καὶ Ταυδεντίου μαγιστριανῶν. Utitur Constantinus de admin. imp., Pallad. Hist. Laus. c. 149. Occurrit sæpe in concilio Ephesino. Agapitus episcop, epist. ad Leonem imp. (exstat concil. Chalcedon. parte 3) c. 45 : *Ne quod impedimentum fieret Eudoxio viro devoto magistriano.* Marcus Gazensis diaconus apud eminentiss. cardin. Baronium : *Interim autem dum purgaretur locus, venit magistrianus epistolas afferens imperatorias semper memorandæ Eudoxiæ.* Breviculus histor. Eutychianistarum : *Dirigit magistrianos per totum Orientem.* Anastas. Biblioth. in Hormisda : *Cum militibus et magistrianis.* Acta Abercii apud eumd. Baron : *Valerianum et Busianum magisterianos divinorum nostrorum officiorum misimus.* Alias *magistros* legitur. Priorem lectionem confirmat Simeon Metaphrastes in Abercio : Καὶ Οὐαλέριον καὶ Βασιανὸν μαγιστριανοὺς εὐθὺς εὑρεπισθῆναι κελεύσας, et paulo post : Οὐαλέριον καὶ Βασιανὸν μαγιστριανοὺς τῶν θείων ἡμῶν ὀφφικίων ἐπέμψαμεν. Sic legitur in duobus mss. Meminere Marcellinus comes et Victor in Chronicis. De agente in rebus Ammianus Marcellinus. Glossæ Philoxeni : *Agens in rebus* μαγιστριανός. Concil. Chalced. act. 1 : Κωνσταντῖνος ὁ καθωσιωμένος μαγιστριανός. Vet. int· *agens in rebus*, et p. 76 in fine eod. Βερονικιανὸς μαγιστριανός. Int. *magistrianus*, ut act. 3, p. 229 d. Leo M. epist. 70 ad Marcian. Aug. : *Ut confestim Nectarium agentem in rebus Alexandriam mitteret.* Lucifer Caralitanus epist. ad Florentium magistrum officiorum : *Bonoso in rebus agenti perferendum traditum.* Synod, 5 : *Comitas dicor agens in rebus.* Anastasius in Liberio : *Tunc missa auctoritate per Catulinum agentem in rebus.* Adde b. August. Confes. l. 8. c. 6 et l. 9, c. 8, b. Ambros. epist. ad Marcellinam et d. offic. l. 3. S. Athanas. Apolog. ad Constantin. imp. : Αντίοχός τε καὶ Εὐάγριος ἀγεντισηρίκους. Interpres vertit *præfecti sericorum.* Sed alii cod. habent ἀγεντησηρίους, id est, *agentes in rebus.* V. not. Fronton. Ducæi ad hom. 13 b. Chrys. ad Antioch. vetus interpres Novellæ 17 c. 4. μαγιστριανόν *magisterianum* vertit, et Nov. 124 c. 3. Julianus autem Nov. 21 c. 1 *agentem in rebus*, Nov. 122 c. 2 *magistrianum.* Theodoretus epist. 79 στρατηλατιανόν vocat. epistola autem 136 μαγιστριανόν. Agentes autem in rebus dicti, quia in rebus et in actu militant. Erant inquam, ut dixi, magistriani officiales magistri officiorum, de quo infra in μάγιστρος.

Μάγιστρος, μαγιστερία, μαγιστέριον. Magister, divinorum seu aulicorum magister, μάγιστρος τῶν θείων ὀφφικίων. Chalc. conc. act. 1, magister sacrorum officiorum : Sexta synod. Cp. act. 1 μαγίστρῳ τῶν βασιλικῶν ὀφφικίων. Palaiii magister. S. Athanasius Apolog. ad imp. Constant. : Ἡλλάδιος ὁ γενόμενος τοῦ παλατίου μάγιστρος. Inter epistolas S. Basilii 84 329 416 inscriptæ sunt Σωφρονίῳ μαγίστρῳ. Stephanus περὶ πόλεων in Ἀκόναι : Διαφέρουσα μὲν τῷ πανευφήμῳ πατρικίῳ καὶ τῷ πάντα σοφωτάτῳ μαγίστρῳ Πέτρῳ. V. b. Chrysostomi homil. 17 ad Antiochenos et notas. Græci magistrum interpretantur ἡγεμόνα τῶν ἐν τῇ αὐλῇ τάξεων. Suidas : Ῥουφῖνος Κελτὸς γένος μάγιστρος τῶν ἐν τῇ αὐλῇ τάξεων καταστάς, ex Zosimo p. 773. Alii strictius accipiunt magistri officium, ut Procop. Gaz. in l. 3 Regum c. 3 : Ὁ αὐτὸς δὲ ἦν οὗτος τῷ νῦν παρὰ Ῥωμαίοις μαγίστρῳ, τῶν φρουρούντων τὸν βασιλέα σορατοπέδων ἡγούμενος. Agathias l. 4 : Ὁ μὲσ γὰρ ἐν λοχαγοῖς ἐτέλει ὁ Βαραζῆς, ἄτερος δὲ τῶν μὲν ἐν τῇ αὐλῇ ταγμάτων τοῦ Λαζῶν βασιλέως ἡγεῖτο · μάγιστρος ὄνομα τῇ ἀρχῇ Theodoretus Quæst. in 2 Regnor., interrog. 40 : Ὁ νῦν παρὰ Ῥωμαίοις μάγιστρος ὀνομαζόμενος τῶν περὶ τὸν βασιλέα πεζαιτέρων, ἀσπισηφόρων φημὶ καὶ δοροφόρων, τὴν ἡγεμονίαν πεπίστευται, quod scilicet principis satellitibus præesset. ἐπιστάτην δορυφόρων vocat Synesius de Providentia, prætorianis militibus præpositum. Magnus autem magistri honos quo ornati etiam imperatori consanguinitate juncti. Constantinus Manasses :

Τῶν λαμπρῶν τινος καὶ περιδόξων,
Ἱρὸς γένους ὄντος βασιλεῖ, μαγίστρου τὴν ἀξίαν.

Magistri dignitas dicebatur μαγιστερία vel μαγιστέριον. Glossæ juris : Περὶ τῶν ἀρχῆ, ἴσως μαγιστέριον. Theophanes : Παύει τὸν Λογγῖνον τοῦ μαγιστρίου. Ut apud Sidonium magisteria palatina et militaria l. 1 epist. 3 et in l. un. C· de quæstor. et mag. off. : *Aut efficaci magisterio.* Cl. Salmas, ad Trebell. Poll. p. 293 legit *magisteria.* Sed Cujacii auctoritas potior apud me est, *magisterio* retinentis in d. l. un. Severus Sulpitius dial. 3, c. 15 : *Missis obviam magisterii officialibus*, sic *magisterio fungi*

apud Sueton. in Domit. Nec video cur dignitas magistri magisteria dicenda sit, cæterorum autem magistrorum magisterium. Cujacius magistro officiorum similem esse eum arbitratur qui in Gallia dicitur *prévost de l'hostel*, ad l. 3 C. de præpos. sac. cub. V. eumdem Parat. Cod. tit. de offic. qui mag. offic. ea dignitate functus est dicitur ἀπὸ μαγίστρων, ex magistro Concil. Chalced. act. 1, Theodoretus epistola 110. Dixerunt et μαΐστωρ, ut in Theodoreti epist. 140, inscripta Βιγκομάλῳ μαΐστρῳ. Theophanes : Ἴλλος ὁ μαΐστρος. Codinus in Orig. Cp. : Καὶ ἔδωκε κεντηνάρια τῷ λαῷ διὰ στρατηγίου μαγίστρου. In exemplari viri perillustris Nicolai Fabricii legitur μαΐστρου. Basilica in l. 7 § 1 D. de instit. Μαΐστορα τοῦ ἰδίου πλοίου. Sic legendum, ut in Regio cod. Synops., non μαγίστορα, ut in Basil. ms.

Μαγκίπειον, μαγκιψ. Pistrinum. Chronicon Alexand. p. 761 : Ἔκτισε δὲ ἔνδον τοῦ παλατίου μαγκίπεια. Nicephorus Callisti 12 22. Quod Ulpianus alicubi dixit *conjecit in pistrinum*, Græci vertunt ἐμαγκιπίῳ παράσχω. Vita Joannes Eleemosynarii c. 21 : *Et animal portans siligines a mancipio causa prandii ipsius.* Hinc μάγκιψ pro pistore. Glossæ juris : Μάγκιψ ὁ τεχνίτης τοῦ δημώδους ἄρτου. Ulpian. in l. 13, § ult. de usufr. : *Si stabulum pistrino locaverit.* Basilica : Οὔτε μάγκιπι τὸ στάβλον. Vide Cujac, de divers. temp. præscript. c. 13.

Μαγκλαβίτης. Μαγκλάβιον est lorum, flagellum. Theodorus Hermopolites l. 7, tit. 8 : Τύψας αὐτὸν μαγκλαβίοις ἢ ῥάβδοις. Achmes c. 249. Astrampsychus ἐν τῷ Πυθαγ. λαξευτηρίῳ · Δηλοῖ δὲ καὶ φόνους καὶ κοπὰς κεφαλῶν καὶ χειρῶν καὶ ποδῶν καὶ μαγκλάβια. Hinc μαγκλαβίτης. Georgius Logoth. in Chronic. : Τὸν δὲ μαγκλαβίτην Νικόλαον. De quo v. Meursium et doctiss. Vossium de vit. sermonis.

Μακελλεῖον, λεωμακέλλιον. Macellum, laniatorium. Hinc μακελλάρης et μακελλάριος lanius. Astrampsychus ἐν τῷ Πυθαγορικῷ λαξευτρίῳ · Δηλοῖ δὲ εἶναι τὸν ἄνφρωπον μακελλάρην καὶ μάγειρον. Μάκελλος idem quod μακελλεῖον. Xiphilinus in Nerone : Τὴν ἀγορὰν τῶν ὄψων, τὸ μάκελλον ὠνομασμένον. Hinc λεμμακέλλιον apud Cedrenum. V. Meurs. in Μάκελλος.

Μάνα mater. Meursium et eruditiss. Vossium de vitiis sermonis l. 2 c. 24. Μᾶ ἡ μήτηρ κατὰ βρέφους προσφώνησιν Eustathius sd Il. 5. Etymol. in πᾶς.

Μάνδρα, μανδρίτης, ἀρχιμανδρίτης. Monasterium. Georgius Alexandrinus in Vita B. Chrysostomi. Οὓς δὲ καὶ ἀοπάζων ζῶντας τῇ ἐν ἑαυτοῦ μάνδρᾳ. Item : Σπουδαίως χωρεῖν ἐπι τὴν μάνδραν τὴν τοῦ πατρός. Dorotheus doctr. 23, Nicephorus Call. 14 51. Simeon Metaphrastes : Εἰς τὴν νεόκτιστόν σου ταύτην μάνδραν. Alcuinus epist. 27 : *Cœlestis mandræ agmina.* Albinus 2 de Vita S. Willibrodi : *Circuit idcirco vigil hoc tutamine mandras.* Hinc μανδρίτης. Conc. Const. sub Menna act. 5. Ermenoldus in Vita S. Solæ : *Mandritis e diverso venientibus.* Et ἀρχιμανδρίτης. Synodus Cp. 7 act. 1 : Εὐλαβεστάτων ἀρχιμανδριτῶν ἡγουμένων τε καὶ μοναχῶν. Avitus Viennensis epist. 2 : *Copiosæ monachorum multitudinis præpositus fuit ; cujus officii personas episcopi Orientales archimandritas appellant. Monachorum princeps*, vetus interpres concilii Chalcedonensis.

Μανδίλιον mantile. Etymologicum. Alexius Rharturus doctrina ult. εἰς τοὺς ὀφθαλμοὺς τὸ μανδύλιον. V. Meursii Gloss.

Μανίκιον manica. Theophanes in Theodosio : Τὰ μανίκια τῆς δεξιᾶς αὐτῶν χειρὸς κατέβαψαν. Constantinus in Tacticis p. 15 : Δεῖ δὲ καὶ κένδουκλα ἔχειν αὐτοὺς πολὺ πλατέα ἔχοντα καὶ μανικια πλατέα. Glossæ Nomicæ interpretantur λαβήν seu capulum. Nos ibi dicemus.

Μάππα, μαππάριος, mappa. De mappa vide eos qui de Circo scripserunt, et Vossium virum longe doctissimum de vitiis sermonis c. 5. Marcellinus comes in Chronico : *Una duntaxat ultimaque mappa insanienti populo denegata.* Hinc μαππάριος, qui mappam in Circo mittebat.

Μαργελόγραμμον, Sic legit Salmasius ad Vopiscum p. 406 col. 2 post Meursium in Glossario in μάργελλον. Vide et notas posteriores p. 57.

Ματρικάριος. Ξυλουργος, faber lignarius.

Ματρίκιον matricula. Canones Ecclesiæ Africanæ : Τὸ ματρίκιον καὶ ἀρχέτυπον τῆς Νουμιδίας *matricula et archivum Numidiæ.* Zonaras ad can. 93 Concil. Carth. : Ἀπογραφή τις · αὕτη γὰρ ἐστὶ τὸ ματρίκιον. Græci l. 22 Basilic. tit. 4 ad Novellam 75 c. 8 : Γίνεται σύγκρισις γραμμάτων καὶ ἀπὸ τοῦ κώδικος καὶ ἀπὸ τοῦ ματρικίου.

Μάτριξ matrix. Græci ad l. 15 C. de testib. οἷον ἰσοκώδιξ ἢ μάτριξ. Glossæ Lat. Græc. *matrix* σημεῖον ὀνομάτων. Glossæ Nomicæ : Μάτρικες ἀπογράφαι καὶ ἀντιγραφαί. Tertullianus de Fuga : *Cum in matricibus beneficiariorum et curiosorum* etc. V. not. ad Cann. Eccl. Afr. p. 46, Zonar. ad can. 26 synod. Carth. Hinc matricularii, id est inscripti matriculæ. Aldhelmus de laudibus virginitatis : *Sed omne patrimonium et ornamentorum gloriam, tam discriminalia capitum et periscelides crurum quam olfactoriola nardi et crepundia collo gemmiferis lunulis pendentia, ad stipem mancis es matricularis* (l. matricularibus) *prodiga liberalitate contulerunt*, id est egenis. De variis matriculis. V. Vossium de vitiis sermonis.

Ματρωνίκιον matroneum. V. Meursium.

Μέταξα metaxa, sericum. Laonicus Chalcond. l. 4 : Τρέφει ἡ χώρα αὕτη μέταξάν τε καλλίστην ποιουμένη. Videndi Achmes ὀνειρ. c. 222, Procop. ἀνεκδ. p. 111, Zonar. ad Concil. p. 231, Nicephorus Callist. tom. II, p. 687, Cujacius ad l. 10 C. de murilegulis.

Μιλιαρίσιον, miliarense, nummi genus, duodecima pars solidi. Constantinus de admin. im. : Μιλιαρισίων ἑτέρας δέκα λίτρας. Georgius Syncellus : Καὶ σκεύη τῶν ἐκκλησιαστικῶν λαβὼν ἐχάραξε νομίσματα καὶ μιλιαρίσια. Moschus Limonarii c. 185, Nicephor. Callist, tom. II, p. 838, Codinus in originibus. Constant. p. 79, Menolog. in Martio, Theophanes in Heraclio. Cedrenus deducit a militia. Hero Περὶ σταθμῶν · Μιλιαρίσιον δὲ τὸ ἀργυροῦν, ὅ ἐστι καὶ στρατιωτικὸν δόμα · μιλίτια γὰρ ἡ στρατεία.

Μῖσος. Cedrenus interpretatur ἄθλον. Glossæ Græc. Latinæ : ἄθλον *missum*.

Μισσίκιος missicius, qui missionem consecutus est impletis stipendiis. Dixi ad Theophilum.

Μιτατώριον. V. notas posteriores p. 52, col. 2. Viri doctissimi de vera lectione addubitant. Monco tamen ἀπαραλλάκτως apud Leonem Grammaticum legi εὗρεν αὐτὸν ἐν ᾧ ἠύχετο τόπῳ εἰς τὸ μιτατώριον. Et μέχρι τοῦ μιτατορικίου. Sic legitur in regio exemplari pro μιτατωρίου.

Μοδίολος. V, eumdem, p. 45 b.

Μοναχός, μονάζων, μοναστής. Καλόγηρος, monachus. Gloss. Græc. Latinæ : Μοναχὸς solitarius, singularis, monachus. Rutilius in Itinerario l. 1 :

Ipsi se monachos Graio de nomine dicunt,
Quod soli nullo vivere teste volunt,

Hinc singularitatis professio can. propositum 10 quæst. 3. Zosimus p. 800 : Ἀπείληπτο δὲ ἡ νῦν ἐκκλησία ὑπὸ τῶν λεγομένων μοναχῶν. Epiphan. physiol. c. 22. Idem μονάζων. Macarius homilia 38. B. Chrysost. epist. 14. Μοναστής Gregorius presbyter in Vita Gregorii Theologi : Μοναστὴς ἀντὶ κοσμικοῦ καὶ ἀκτήμων ἀντὶ χρηματικοῦ εἶναι ἐλόμενος. Καλόγηρος. Joannes Moschus Limon. c. 27 et 45. Gallis *beau-père.* Μονάστρια ζωή, vita solitaria, Constant. Manass. Μονάστρια monacha. Manasses : Καὶ τίθησι μονάστριαν.

Μονή monasterium. Nicephorus Gregoras 3 : ὃς ἐτύγχανε παρὰ τὴν ἑαυτοῦ μονήν. Simeo Metaphrastes in Hilarione : ἐπὶ τὴν μονὴν τοῦ Ἀντωνίου ἀφικνουμένοις. Suidas in Justin. Rhinotm.: τῆς Καλλιστράτου μονῆς μοναχὸς, et ibidem : ἡγούμενος τῆς τοῦ Φλώρου μονῆς. Cedrenus simpliciter ἡγούμενος τοῦ Φλώρου, Hinc μονήδριον monasteriolum. Niceph. Greg. 4.

Μονοστράτηγος, p. 441 a. monostrategus. Anastas. Bibl. in Hist. Eccle.: *Imperium ad patrem proprium transferre satagebat, quem et monstrategum fecit.* Sic duo mss. Scribe *monostrategum*, ut alibi apud eumdem.

Μονόξυλα scaphæ de singulis trabibus excavatæ. Veget. de re milit. 2 c. ult. Chronicon Alexandrinum p. 900 et 904. Niceph. Cp. in Breviar. Hist. Gloss. Græc. Lat.: Μονόξυλον *lintris*. Zosimus l. 4 : οἱ μὲν οὖν βάρεαροι τὸ τῆς δυνάμεως ἀκμαιότατον πλήθει μονοξύλων ἐμβιβάσαντες ἐταξαν.

Μονοπώλειον monopolium. Curopalates p. 850. Vide tit. Cod. de monopol.

Μουλικὸν ζῷον, μοῦλα, μουλίων. Theophanes in Constantino. *Animal mulinum* Anastasio Biblioth., ut μοῦλα in Basilicis, mula. Alexander l. 1 c. 15 : πεσεῖται δὲ, ἐὰν τρίχας ὄνου καὶ μούλης ὑποθυμιάσῃς. Et μουλίων mulio. Basil. ad l. 60 § 7 D. loc. et alibi.

Μυστικοί mystici. Joannes Cantacuzenus l. 3 c. 97 : Μυστικῷ τῷ Κιννάμῳ καὶ Ἀσάνῃ πανυπερσεβάστῳ. Niceph. Greg. 8 : ὅθεν καὶ δύλῳ παρὰ μοναχοῦ μυστικοῦ ἀλίσκεται. V. posterior. not. p. 51. Balsamon ad conc. p. 520 d.

Νάρθηξ narthex. De narthece, an intra Ecclesiam vel extra esset, v. eruditissimam dissertationem Leonis Allatii de narthece et de Græcorum templis p. 110 ed. Paris.

Νοτάριος notarius, qui notis sive litterarum compendiis scribit. S. Basilius epist. 178, inscripta νοταρίῳ· οἱ λόγοι τὴν φύσιν ὑπόπτερον ἔχουσι. Διὰ τοῦτο σημείων χρήζουσιν, ἵνα ἱπταμένων αὐτῶν λάβῃ τὸ τάχος ὁ γράφων. S. Athanasius epist. ad Solitar. vit. agent.: Οὔτε γὰρ στρατιώτου παρόντος, οὐ παλατινῶν ἢ νοταρίων ἀποσταλέντων. B. Chrysost. ep. 1 ad Innocent.: Καὶ τοῦ θεοφιλεστάτου βασιλέως νοταρίων εἰς τοῦτο ἀποστείλαντος. Occurrit passim, ut synodi Constant. 6 act. 2 et 3, apud Theophanem, Codinum in Excerptis, interpretem Cann. Eccl. Afr. et libris Basil., *Ingrediantur quoque et notarii, quos ad recitandum vel ad excipiendum ordo requirit.* In capite quod inscribitur, ordo de celebrando concilio, ante concilium Eliberitanum. In schola notariorum qui primum locum tenet, primicerius notariorum dicitur. Prosper in Chronico : *Nullo jure debitum Joannes ex primicerio notariorum regnum sumit.* Concil. Chalcedon. act. 3 ; Ἀέτιος ἀρχιδιάκονος καὶ πριμμικήριος νοταρίων εἶπε. Vide in πρωτονοτάριος. Officio functus ὁ ἀπὸ νοταρίων, Theophanes. V. Cujac. ad tit. Cod. de primicerio et secund. et Meursium in hac voce.

Νούμερα numeri, cohortes. Theophylactus ad Acta apostol. c. 10 : Σπεῖρα δέ ἐστιν ὁ καλοῦμεν νῦν νοῦμερον, ex B. Chrysost, homil. 22 in Acta. Menologium Julii d. 8 : ὥστε τοὺς στρατιώτας ἰδόντας τῶν δύο νουμέρων σὺν τοῖς δυσὶ τριβούνοις Νικοστράτῳ καὶ Ἀντιόχῳ πιστεῦσαι τῷ Χρίστῳ et d. 14 : Ἐν τοῖς νουμέροις στρατευόμενος ὑπὸ τριβοῦνον Κλαύδιον. Theodorus l. 45 βασι . tit. 1 Στρατιώτοτ ἀδιαθέτου τελευτῶντος καὶ ὄντος ἀδιαδόχου, τὰ πράγματα αὐτοῦ δίδοται αὐτοῦ τῷ ἰδίῳ νουμέρῳ. Constantius dixerat in l. 2 C. de hæred. decur. ad vexillationem in qua militavit, res ejusdem pervenire. Basil. ἐκ τοῦ τάγματος αὐτου κληρονομεῖται. Glossa. interlin. ἐκ του συστήματος. Numerus igitur sive νούμερον, vexillatio, τάγμα, σύστημα, pro eodem hic accipitur. Vox numerorum occurrit in libris juris et aliis auctoribus. Vet. inscr : *Ob reditum numeri.* Alia : *Namerus militum caligatorum.* Alii ἀριθμούς appellant. Theophanes in Justiniano. Ἔδωκε δὲ αὐτῷ καὶ ἀπὸ τῆς ἀνατολῆς στρατηλάτου ἀριθμοὺς τέσσαρας.

Νωβελίσσιμος nobilissimus. Curopalates p. 863 c. d. Hac dignitate ornati imperatoris filii, fratres et proxima necessitudine conjuncti ; quibus aliquid principalis majestatis accedebat : utebantur enim corona et χλαῖναν χρυσῆν gestabant. Theophanes in Constantino Copronymo : Νικήταν τὸν ἔσχατον ἀδελφὸν αὐτῶν ποιησάμενος βελίσημον ἐπέθηκεν αὐτῷ χλαῖναν χρυσῆν καὶ τὸν στέφανον. Lege νωβελίσιμον. Anastasius Bibliothecarius hæc ita vertit in Histor. Ecclesiastica : *Et Nicetam novissimum fratrem eorum novellissimo facto superposuit et chlamydem auream et coronam.* Sic legitur in duobus mss. pro *nobilissimum faciens.* De eodem Niceta Nicephorus Cpol. in fine Breviarii Historici : Νικήταν δὲ νωβελλίσιμον. Theophanis in Leone etiam perperam legitur in ms. καὶ τρισὶν ὁ βελισήμοις, pro τρισὶ νωβελισίμοις. Philostorgius Hist. Eccl. l. 8 : Ἰωβιανὸς ὁ βασιλεὺς πρὸς τὴν Κωνσταντινούπολιν ἀπαίρων, καὶ γεγονὼς ἐν Ἀγκύρᾳ, θάτερον τῶν ἑαυτοῦ παίδων Οὐαρονιανὸν κομιδῇ νέον ὄντα ἐπιφανέστατον, ὃ παρὰ Ῥωμαίοις τὸν νωβελλίσιμον δύναται. Vide eumdem l. 12.

Οἰκουμενικος œcumenicus. De titulo œcumenici vide quæ diximus ad collectionem constitutionum Eccles. Balsamonis.

Ὄρνα pro ornatura. Papias : *Limbus est, quam nos ornaturam dicimus, quæ ambit extremitatem vestium, aut ex filo aureo contexta assutaque extrema parte vestimenti.*

Ὀρφανοτρόφος orphanotrophus, pupillorum vel adolescentium tutor aut curator, qui pupillos vel adolescentes parentibus orbatos sustentat et educat, Nicephorus in Chron.: Ἀκάτιος πρεσβύτερος καὶ ὀρφανοτρόφος.

Ὀφφίκιον officium. Eustathius Ἰλ. μ· ἀνὴρ Ἰγὰρ Ἕλλην· οὐ διπλάζει τὰ δασέα, ὑφαιρουμένου τοῦ ὀφφικίου. Synodus 6 in Trullo c. 7 : Ὀφφίκια ἐκκλησιαστικὰ ἔχοντας. Balsamon : Ἐκκλησιαστικοῦ ὀφφικίου ἤτοι ἀξιώματος, et paulo post : Ὀφφίκια δὲ λέγονται ἀρχοντίκια. V. eumd ad. can. 31 Synod. Carthag. et Zonaram ad concil. p. 4.0. Niceph. Call. 14 39 : Πρῶτον ὀφφίκιον.

Ὀψίκιον, ὀψικεύειν. Obsequium, obsicium, comitatus et principis satellitum. Occurrit sæpe apud Theophanem Georgius Alexandrinus in Vita B. Chrysostomi : Ἠκολούθει δὲ αὐτῷ προερχομένῳ καὶ τάξις μεγάλη, οὐ μόνον εἰς ὀψίκιον αὐτοῦ, ἀλλὰ καὶ θέλοντες καὶ ἐπιθυμοῦντες ἀκροαταὶ γενέσθαι τῆς σοφίας αὐτοῦ. Vitp S. Joannis Eleemosynarii c. 6 : *Et ecce quidam regius cubicularius, habens secum et alios obsequii divini,* Θείου ὀψικίου. Anastasius Bibliothec. in Histor. Eccles : *sumptisque secum his qui erant obsicii.* Item : *Maria uxor Leonis coronata est in triclinio Augusta et processit sola cum solemni obsequio.* Ei præpositus comes obsequii dictus, κόμης ὀψικίου, apud Theophanem. Synodus Cpolitana 7, act. 1 : Κόμητος τοῦ θεοφυλάκτου βασιλικοῦ ὀψικίου. Anastasius Biblioth. ita vertit : *comite Deo conservandi imperialis officii.* Legendum *obsequii* vel potius *obsicii :* utrumque usurpat idem Anastasius in Hist. Eccles. *Bacharius,* inquit, *primus patricius et comes obsequi interemptus est.* Sic ms. lege *obsequii.* Et in Collectaneis in Exsilio S. Martini : *Mittit chartularium suum et quosdam ex obsequio suo.* Gregorius II in epist. ad Leonem Isaurum : Νεζεύξιος γὰρ ὁ τότε κόμης τῆς πομπῆς. Interpres : *comes obsequii* ; nisi ipse Gregorius est, qui Latine scripsit. Τοῦ λεγομένου βασιλινοῦ ὀψικίου, Nicephorus in Brev. Histor. hinc ὀψικεύειν obsequi, comitari, obsequium præstare: Theophanes : ὡς ὑπατικὸς ὀψικεύετο. Concil. Florentinum

sess. 16 : Ἀπῆλθον δὲ πάντες ὀψικεόοντες τὸν πατριάρχην.

Ὀψώνιον obsonium, stipendium, diarium, salarium. Polybius : Τῇ τῶν ὀψωνίων ἀποδόσει. Citatur in Ecloga περὶ τῆς ἀρετῆς καὶ κακίας ms. Gloss. Gr Lat. ὀψώνιον *opsonium, diarium*. B. Gregor. Nazianz. orat. 9 : Ἀρκεῖσθε τοῖς ἰδίοις ὀψωνίοις οἱ στρατιῶται, καὶ μηδὲν ὑπὲρ τὸ διατεταγμένον ἀπαιτεῖτε. Ταῦτα ὑμῖν διακελεύεται μεθ' ἡμῶν Ἰωάννης ὁ μέγας τῆς ἀληθείας κῆρυξ, ἡ πρόδρομος τοῦ Λόγου φωνή. τί ἐγων ὀψώνιον ; τὸ βασιλικὸν σιτηρέσιον δηλονότι καὶ τὰς ὑπαρχούσας ἐκ νόμου τοῖς ἐν ἀξιώμασι δωρεάς. B. Chrysostomus hom. 23 in posterior. ad Corinthios : Ὅταν γὰρ εἴπῃ ὀψώνια, τὴν ἀναγκαίαν λέγει τροφήν. Theophylactus in Epist. Pauli ad Rom. c. 6 : Ὀψώνιον λέγεται τὸ τοῖς στρατιώταις παρὰ τοῦ βασιλέως διδόμενον σιτηρέσιον. OEcumen. in eamd. epist. c. 8 : Ὀψώνιον λέγεται ἡ βασιλικὴ δωρεά. Nicetas Chon. Manuelis Comneni l. 7 : Ὀψώνια τοῖς στρατευομένοις παρέχεσθαι. Basilica in l. 17 D. mand. salarium interpretantur ὀψώνιον. Vide l. 13. tit. 1, c. 18, § 2. Hinc ὀψωνάτωρ stipendiarius : Athenæus p. 171. Sed et ὀψώνιον accipitur pro militiæ tempore, ut Dosithei l. 3 Gramm. sententia 1.

Πάκτον, πακτοῦν. Pactum, tributum. Constant. de adm. imp.: μὴ δύνασθαι παρέχειν τὸ τοιοῦτον πάκτον. Theophanes : Ὑποσχόμενος καὶ ἐτήσια τῷ βασιλεῖ παρέχειν πάκτα. Menologium Augusti die 17 : Τοῦ δὲ βασιλέως Λέοντος προθεμένου δοῦναι αὐτοῖς πάκτα, αὐτοὶ καὶ φύλακας τῇ πόλει ἐγκαταστῆσαι ἀπῄτουν. Hinc πακτοῦν sæpissime apud Cedrenum et Græcos juris interpretes, quod est pacisci, pactare, quod barbarum est.

Παλάτιον palatium. Scholiastes Oppiani Ἁλιευτ. ι· μέγαρον τὸ παλάτιον. Utuntur Diodor. Sic p. 228, Arrianus Disss Epict. 411, S. Athanas. epist. ad solit. vitam agentes et de Vita S. Antonii, B. Chrysost. in liturgia, Macarius hom. 15, S. Basil· in inscriptione ep. 308, Gregor. Thaumaturgus serm. in Annuntiat S. Mariæ V. Cyrillus epist. ad clericos et Lamponem (exstat autem in 5 synodo coll. 5) : Ἀνήρ τις τῶν ἐπισήμων στρατευομένων ἐν παλατίῳ. V. Eustath. in Dionys. p. 49.

Πάπας, παππᾶς. Papa, pater. Constantinus Manasses in Chron.:

